Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
C
9
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

QUERCETANI REDIVIVI
TOMUS III.
HOC EST,

ARS MEDICA PRACTICA.

Videlicet

I. DE PESTE.
II. DE PLEURITIDE.
III. DE EPILEPSIA.
IV. DE APOPLEXIA.
V. DE VERTIGINE.
VI. DE PARALYSI.
VII. DE CACHEXIA VIRGINEA.
VIII. DE LUE VENEREA.
IX. DE CALCULO.
X. DE ARTHRITIDE.
XI. DE DOLORE.

FRANCOFURTI,
Sumptibus JOANNIS BEYERI.

ANNO M. DC. XLVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

QVERCETANI REDIVIVI
PRACTICÆ
PROLEGOMENA.

PRacticam dicimus qua præcedentia ceu generalia, ſpecialiter ad morbos deducuntur. *Optanda nobis eſſet centuria illa conſiliorum, quam Quercetanus una cum altera Pharmacopœæ parte edendam ſub manib⁹ verſaſſe dicitur.* Epiſt. Horſt. li. 1. *Illis enim dubio procul enodationem pro more ſuo doctiſsimam morborum ſaltem præcipuorum, tum internorum, tum externorũ nobiſcum communicaſſet, nempe hoc ſibi propoſitum, ut ex loco allegato patet, animum induxerat. Verum quia mors eius immatura communicationem illam intercepit eis, quæ ante mortem divulgavit, contentos eſſe oportet. Rogo interim, ſi qua ſint, qui vel centuriam eam, vel Pharmacopœæ alteram partem poſsident, communi bono ulterius eas ne denegent.*

Digitized by Google

PESTIS ALEXICACUS

ſive

LUIS PESTIFERÆ FUGA.

CAP. I.

De Definitione Peſtis.

SI celebriorum qui de peſtis natura & cauſis ſententiam ſuam nobis olim reliquêre, opiniones tam inter ſe, quàm cum modernorum Medicorum placitis conferamus: mirum eſt ſi tantæ animorum varietates, imbecilla adhuc diſcentium judicia non magnopere conturbent, quibuſdam peſtis naturam nudo ac ſimplici *Epidemii* morbi nomine expreſſiſſe ſeſe ſatis dilucidè arbitrantibus, aliis eam per ſolam *Febrim malignam* definientibus, aliis quòque vocem *Contagii* ad mali hujus naturam exponendam plus quàm ſufficientem reputantibus.

Variæ circa peſtis naturam ſententiæ.

Quibus opinionibus ſive conciliandis ſive refutandis diutius immorari, præſentis inſtituti non eſt. Siquidem peſtē plus quàm epidemium morbum eſſe, itemque eam minus accuratè per febrem definiri malignam, (utpote quæ ne quidem cum omni peſte concurrat; nedum, quæ tamen probæ definitionis nota melior exiſtit & probatior, cum ea reciprocetur) ex ipſo tractationis noſtræ decurſu ſatis patebit.

Nonnullos verò in quorum numero Gregorius Nyſſenus reponitur, contagii notionem & epitheton cum à peſte, tum ab univerſa morborum claſſe removentes haud multum morabimur, ſed ſcriptis noſtris ſubſequentibus, & ipſimet experientiæ evincendos relinquemus.

Verum enimvero ut in hac noſtra tam ſua natura difficili, quàm opinionum varietate intricata materia, ea qua par eſt perſpicuitate procedamus, operæ pretium fuerit, ad probatiſſimas morborum diviſiones, à generalibus ad ſpecialiores deſcendendo, recurrere, atque ad harum ſingularum definitiones peſtis naturam examinando, quonam ſub genere morbi jure collocari poſſit oſtendere.

Brevis ſupradictorum Epitome & collectio.

Cùm itaque omnes in univerſum morbos in duo ſumma capita diſtraxerimus, videlicet in ſporadicos & communes (quos & vulgares ſeu univerſales nominare poſſis) ſimulque ſporadicorum natura breviter declarata, per paralellismum quendam, peſtem minimè ſub horum

rum

Digitized by Google

rum titulo collocari poſſe offenderimus, neceſſarium utique fuerit eam ad *communes* morbos referre.

Rurſum cum morbos communes in Epidemios & Endemios diſtribuerimus, peſtemque oſtenderimus ne quidem Endemiis annumerari poſſe: convincitur *Epidemiorum* claſſe eam contineri.

In hoc tamen intellectus nondum acquieſcere poteſt: cum enim morbi Epidemii aliam inſuper ſubdiviſionem patiantur, qua videlicet diſtinguuntur in ſimpliciter tales, & peſtilentiales: Illi verò definiti fuerint, quòd licet ſæpenumero uno eodemque tempore plures aggrediantur, citra tamen tantam mortalium id fieri ſolere ſtragem, quanta plerunque peſtem ut umbra corpus concomitatur: omninò planè conſequetur, *peſtem propriè eſſe morbum Epidemium contagioſum, venenatum. & perniciosum.*

Peſtis quid.

Atque in hàc quidem definitione ad amuſsim & leges definiendi logicas accommodatâ, cuivis prima peſtis lineamenta ſatis ob oculos propoſita exiſtimo. Verùm ut eam magis perfectam omnibusque ſuis numeris abſolutam, ac ut uno verbo dicam, phyſicam quodammodo efficiamus, quæ deſiderari in ea inſuper videntur breviter ſubjungemus.

Peſtis igitur eſt venenum quod omnes quidem in genere corporis noſtri ſpiritus, inprimis verò cor arcem vitæ cum dependentibus ab eo ſpiritibus aggreditur.

Adumbrata Peſtis deſcriptio.

Niſi enim hæc inſuper adjiciantur, propoſita deſcriptio peſtis characterem nativum ſufficienter non exprimet.

Concludamus ergò: *peſtem eſſe morbum Epidemium, pernicioſum, contagioſum, & venenatum, qui veneno quod gremio ſuo occultat Arſenicali, Napellino, & Aconitali, cor inficiat facultatemque vitalem: ſive hoc venenum communicatum fuerit per aëris inſpirationem, ſive etiam in noſtris ipſorummet corporibus ſit ingenitum.*

Definitionis prædictæ dilucidatio.

CAP. II.

ADpoſitæ à nobis peſtis definitionis naturam ac proprietates paulò penitiùs introſpiciendas, operæ pretium fuerit ſingulas ejus particulas paulò accuratiùs proſequi. Quo quidem ſtudio abrepti, ſi prolixiores juſto videamur quam inſtituti ac materiæ propoſitæ ratio requirat: benevolo tamen, ut confidimus, lectori, tum ſingularis quem in juventute fideliter erudiendâ habemus, affectus, tum inprimis ipſius materiæ dignitas, ſimul ac obſcuritas abundè ſatisfaciet.

Nomen.

Ut igitur ritè & quod rei natura poſtulat primordio explicationē hujuſce definitionis inchoemus: primò quidem *nominis* ipſius diligens & accurata habenda ratio eſt, proindeque quib⁹ aliis titulis ac epithetis hoc malum tā ab Antiquis, quam modernis Medicis fuerit inſignitū neceſſe ſit reſerare.

1. Peſtis Nomina Græcis. At ut à Græcis rem ordiamur, hi licèt ad peſtis contagium deſignandum variis ac diverſis nominibus utantur: communiſſimè tamen id exprimunt per λοιμὸν, id eſt, peſtem vel peſtilentiam, interdum cum adjectione νόσον λοιμὸν, vel λοιμώδη, id eſt, morbum peſtilentem ſeu peſtilentialem. Omnium tamen communiſſimè vocant νόσον ἐπίδημον, & ἐπιδήμιον. Abſolutè ἐπιδημίαν, non tantùm Græci (Galeno plurimis in locis atteſtante) ſed & Latini & Galli frequenter, in hac uſurpant ſignificatione.

Latinis. Latini præterea unà cum Gallis eandem nominant, *Contagium*, *la Contagion*, vel luem, quaſi dicas, quæ plurimos homines inficiat, labem, vel quaſi luctum, quòd luctu repleat omnia.

Latinis dicitur Peſtis à paſcendo quòd veluti efferatus rabie Draco, aut fera venenata, civitates populoſque depaſcatur.

In ſumma, ſi horroris ac conſternationis cauſam inquiras, quam vel ipſum peſtis nomen omnium animis injicere ſolet, id fieri obſervabis ob ſolum vitæ, quod cunctis à ſe infectis adferre ſolet, periculum. Hincque per tranſlationem in vulgato loquendi uſu, hoc nomen ad quodvis in ſuo genere excellens malum, ſive animi, ſive corporis accommodare ſolemus.

Ac in communi quidem vita, ſi viris in dignitate conſtitutis, quibuſque conſequenter ſalus & utilitas Reip. ultima lex eſſe debebat, peſſimè verò demandato ſibi munere defungentibus, prometitum tribuere honoris titulum velimus, communi ſanè proverbio in gallica noſtra lingua Peſtes eos appellare non veremur. Neque in Gallia modò, imò & olim in civitate Romana, cum & ipſi Ciceroni malos conſules Peſtes Reip. appellanti, hanc malorum civium uſitatam fuiſſe periphraſin videamus. Atque hæc de variis ipſius peſtis nominibus eorumq; notationibus breviter dicta ſunto.

Genus porrò peſtis *Morbum* conſtituimus, ceu malum: quod nomen non raro κατ᾽ ἐξοχὴν ſeu per excellentiam pro peſte accipitur, ut videre eſt ex Tito Livio, qui *lib* 7. ait, *Cum vis morbi, nec humanis conſiliis, nec divinâ ope levaretur*, cum de peſte ſermonem inſtitueret. Virgilius quoque ait, *Mali dira lues.* *2. Genus.*

Nec minus in Gallico idiomate vox *maladie*, vel Germanico die Seuche abſolutè uſurpata, de peſte ſola intelligitur, ſive quod omnium morborum maxima ac periculoſiſſima exiſtat, ſive quod omnes quaſi ac univerſos morbos (ut majus à minori contineri ſolet) ſinu ſuo complectatur: vel etiam quod regnante peſte reliqui morbi vel ceſſent, vel in eam transformentur. *Cur peſtis morbus ſimpliciter dicatur.*

Ac ne quod de tranſmutatione aliorum morborum in peſtem dicitur à veritate cuiquam alienius videri queat, id ex virorum magni nominis auctoritate quoque confirmare placet. *Marſilius Ficinus in Epid. antid. cap.* 4. ſic ſcriptum reliquit: *Et omnis quæcunque fuit infirmitas in peſti-* *Quod cæteri morbi ea regnante in peſtem trãsformentur.*

len-

lentiam facilè tranſire poterit, febres præſertim furioſæ & continuæ, unde plerunque evenire ſolet, quod hoc morboſo tempore nulla præter peſtem ægritudo appareat. Mercurialis quoque *in tractatu ſuo de peſte cap.* 13. in hunc ſenſum ſcribit: *Dico quod pauci admodum peſtis tempore, Padua & Venetiis alio genere morbis laborarint, reliquis videlicet morbis in peſtem transeuntibus.*

Hinc ſane peſtem Proteum quendam aut Chamælontem appellare poſſis, omnium morborum faciem aſſumentis, ac univerſorum malorum colore ac pallio ſe obvelantis. Unde morbos qui ſuâ naturâ benigni ac curatu exiſtebant faciles, reddit malignos, incurabiles, aut mortales. Id quod in morbo venereo experientiam edocti ſumus, qui ut contagioſus exiſtit, ſic ſæpe numero ſubalterius cuiuſdam mali frequentioris, cuius cauſæ ſint ſatis manifeſtæ, velo deliteſcens, quique per conſequens curatu haud difficilis videatur, ſtupendam quandam malignitatem (in medicorum ſæpe opprobrium) imbuit. Huius rei exempla manifeſta habui in doloribus capitis, ophtalmicis, iſchiaticis, adde & Nephriticis, qui citra medicamentorum lui venereæ appropriatorum admixtionem, nulla mitigari ratione, nedum tolli potuerunt.

Quod morbi quidam in luem venereã ſæpe transformentur.

De Scorbuto idem moderna edocet praxis, qui adeo in locis præcipuè maritimis increbuit, ut morbi alii non pauci illius indolem adſciſcant, atque Medicos etiam eruditiſſimos fateſcant.

Sequitur in definitione noſtra vox *Epidemii.* Dicitur autem peſtis Epidemius morbus, quod plures, eodem tempore, eâdem regione, eodemque loco commorantes, adoriatur. Videas quoque non paucos autores Græcos & Latinos, ut iam ſupra à nobis indicatum eſt, voce *Epidemii* in peſte denominanda abſolutè citraque adiectionem ullam, & inter cæteros *Galenum* locis complurimis, uſos fuiſſe. *Avenzoar* etiam inter Arabes *lib.* 3. *tractatu* 3. famoſam apud Athenienſes peſtem à Thucydide deſcriptam, non aliter quàm Epidemii titulo inſignit. Cuius verba latinè, licet non ſine barbarie verſa, huc apponere placuit, *Certè à tempore Hippocratis uſq; nunc, non fuit Epidemia tam peſſima ac malitioſa ſicut illa.*

Morbus Epidemius.

Subjungimus in definitione noſtra *Pernicioſa*, idque authoritate & exemplo Galeni, qui definiens peſtem *lib.* 1. *Acutorum textu* 9. eam dicit eſſe ἐπιδημίαν ὀλέθριον, id eſt, Epidemiam pernitioſam: Epitheto ſanè quàm accommodatiſſimo. Siquidem in genere morborum etiam graviſſimorum genus humanum exercentium, nullus hoc hoſte datur capitalior: quandoquidem quos ſemel aggreſſus fuerit & infeſtâverit, vix, ac ne vix quidem illius declinent exitiũ.

Morbus pernicioſus.

Sequitur vox *venenoſi,* quam idcirco ſubnectimus ut malignitatem huius morbi magis magisque oculis diſcentium ſubjiciamus.

Morbus venenoſus.

Porrò licet hoc venenum novis ac inuſitatis terminis *Arſenicale, Napellinum*, vel *Aconitale* vocitemus; quiq; delica-

Digitized by Google

delicatiorum Galenicorum aures non parum offendere videntur: tamen qui dicti huius rationes ex cauſis infrà dicendis, æquâ mentis ſtaterâ perpenderint, ipſi fatebuntur, terminos hos non tantum ad peſtis naturam aptè dilucidandam, verùm etjam ad nebulas, quæ hactenus multorum oculis in tractatione loci communis de peſte obverſatæ fuerunt, penitus diſcutiendas, prorſus eſſe neceſſarios.

Contagioſus. Ultimo denique, ſubjunximus vocem *Contagioſi*, ſiquidem hic morbus infinitis penè modis communicatur, & de uno ſubjecto in aliud tranſmigrat & commutatur. Cujus modus ex ſuperiorib' erit repetend'.

An vox contagii in definitione peſtis ſit aliena?

Principiò autem ante omnia occurrendum videtur cavillis eorum, qui contagii vocem è definitione peſtis abſolutè rejiciendam putant, moti authoritate, vel potius taciturnitate *Hippocratis in lib. ſuis Epidemicis* huius epitheti *nullibi mentionem facientis, cui Galeni ſimiliter in ſua* quam *proponit, peſtis definitione, dictam* contagii *vocem non admittentis*, ſuffragium annectunt.

R. Horum telorum ictus ſic prudenter declinando excipimus, quòd videlicet apud omnes probatos logicos, infirma planè argumentandi ratio judicetur, concludere ab authoritate hominum quantumvis extra omnem judicii aleam poſitorum (quales in Medicina noſtra Hippocrates & Galenus) privativè in hunc modum: *Graviſſimis auctoribus in tractatione morborum Epidemiorum, in quorum ſerie peſtis non infimo loco ſubſiſtit, non placuit adhibere vel expreſſè ponere vocem contagii: Ergo peſtis vera per contagium miniùè definiri debet*: Unica ſiquidem experientia hujus argumenti robur ſatis infringit. Nam inter omnia morborum genera, quibus à lapſu generis humani exercere Deo opt. Max. mortales huc uſq; placuit, Peſtilentia ſane nulli ob ſuum cedit contagium. Verùm potius ad rationes quibus ſententiam noſtram ſtabilimus, deſcendamus.

Aclicet operæ pretium minimè videatur, ſubtiliùs inquirere quænam rationes, præfatos Medicinæ noſtræ dictatores Hippocratem & Galenum ad abſtinendum à voce contagii impulerint (ſiquidem ſi in rimandis alienorum dictorum cauſis ſæpè hallucinamur, certè omiſſorum ab aliis rationes reddere, non ita cenſetur neceſſarium) idipſum tamen hoc loco tantum præſtabimus, ut omnibus pateat dictos Medicinæ principes talibus uſos eſſe in peſtis definitione epithetis, quæ à contagii ſignificatione ne latum quidem unguem recedant.

Ac *Hippocrates* quidem *lib. de flatibus* expreſſe ponit Græcam vocem μιάσματα quæ dicit eſſe naturæ inimica & per conſequens contagii à nobis propoſiti ſeminaria. Galenus quoq; *lib. de diff. febr.* loquens de febribus peſtilentialibus, ait: Ex Æthiopia fluxiſſe putrida quædam iniquinamenta, *Quod Hippocrates & cæteri veterum Medicorum Peſtem contagioſam agnoverint.*

Digitized by G

menta, hoc eſt aëris infectiones putredinem maximam arguentes. Ex quo manifeſtum eſt *Galenum* in dicto loco contagium quoddam indigitare: id quod ex loco relatorum maximè convincitur. Infectio ſiquidem nec eſſe in rerum natura, imò ne mente ſola cogitati poteſt, niſi ſimul nobis repræſentemus id quod corrumpat & inficiat. Inficere autem & contagioſũ eſſe pro ſynonymis haberi ex Grammaticis debet eſſe notum. Fit namque tam infectio quàm contagium ſeminibus putrefactionis è ſubjecto iam infecto progerminantibus, ac aliud propinquum corpus ad ſuſcipiendum diſpoſitum, per mutuum contactum in ſuam labem trahentibus. Cùm verò contagium ipſi etiam ambienti aëri, venenatis ſuis vaporibus eum inficiendo, communicetur: peſtis mali maxima celeritate progredientis infectio, non poteſt non eſſe admodum formidabilis. Siquidem aër infectus cum ab omnibus inſpiretur, contagium quod ſuo gremio fovet, uno quaſi momento in omnia corpora ſimul facilè effundit, dum non ſolum homines, verùm etiam beſtias reliquas contaminat, id quod non obſcurè innuit Virgilius, dum canit.

Quomodo & unde procreetur cõtagio.

Ne mala vicini pecoris contagia lædant.

Ex dictis ergo patet *Hippocratem & Galenum*, morborum peſtilentialium, contagium, individuum agnoſcere comitem: id quod etiam ex verbis *Galeni, in loco ſupra citato*, manifeſtiſſimâ conſequentiâ evuitur, ubi ait, *Cum peſte corruptis inhabitare lubricum & minimè tutum: periculum enim eſt ne concipiatur ut ſcabies & lippitudo.* Scabiem verò ac lippitudinem contagioſos morbos eſſe, vel mulierculis cognitum.

Nomen itaque *Contagii* immeritò à recentioribus quibuſdam Medicis, inter quos eſt Mercurialis, tanquam novum ac venerandæ antiquitati prorſus incognitum exploditur. Mercurialis verò dum confidenter nimis aſſeverat, hanc vocem à paucis admodum hiſtoricis, nullis autem Græcis, Latinis, aut Arabibus, imò à pauciſſimis noſtri temporis clarioribus Medicis uſurpari: ſi de re ipſa, receptaculo videlicet contagium diutius in ſeſe occultante intelligat, vix video quomodo hanc ſuam opinionem tueri queat.

Contra Mercurialis opinionem plurimi veterũ contagii vocem uſurparunt uti.

Nam ut à Philoſophis incipiamus, ejus expreſſe meminit *Ariſtoteles in probl. ſect. 1. probl. 7.* Inter Medicos Græcos poſt Hippocratem & Galenum, *Aëtius* ipſius contagii voce expreſſe utitur *Tetr. 4. cap. de Elephantiaſi*, ſequentibus verbis in Latinum ſermonem verbotenus ita converſis: *Eſt autem gravis morbus* (intelligens lepram) *& propè ex eorum numero qui incurabiles exiſtunt, & gravis quidem eſt ipſi agro, intolerabilis autem conſpicientibus, utpote qui ipſum omninò averſantur, adeò plerique ex neceſſariis & domeſticis ægri ipſius converſationem devitent: etenim ſuſpicionem de ſe præbet malum tanquam ſit contagioſum: Atque ego malum exiſtimo cum ipſis conſervari, inquinatur enim aer quem inſpirando attrahimus ex ulcerum fœtore & ex vitiata ſpiritûs exhalatione.* Hiſto-

Aetius.

Digitized by Google

Hiſtoricorum quoq; antiquiſſimi contagii meminere: inter quos *Thucydides*, qui deſcribens magnam illam quæ Athenienſes afflixit peſtem, expreſsè ſubjungit: Aves carnivoras, quam primum peſte defunctorum cadavera involaſſent, ſtatim infectas, pauloque pòſt concidiſſe mortuas.

Thucy-dides.

Titus Livius quàm plurimis in locis contagii vocem expreſſit de peſte loquens; ut inter alia *lib. 3.* ubi ait de peſte Anno urbis conditæ 289. & 299. Item *lib. xxv.* ingentem illam peſtem enarrans quę populũ Romanum exercuit anno 538. quo loco ſic ait: *Quod curatio ipſa & contactus vulgabat morbos: ut aut neglecti deſertique, qui inciderant perirent: aut aſſidentes, curanteſque eadem vi, morbi repletos ſecum traherent.*

Titus Livius.

Appianus quoque Alexandrinus in bello Illyrico ſcribit, Celtas ſuperatis Illyricis peſte infectos fuiſſe.

Qui poëtas iterum Contagii non meminiſſe aſſerunt, in eorum lectione ſtudii minus collocarunt, ſic enim inter alios quam plurimos canit Lucretius:

Lucretius.

Idq; vel imprimis cumulabat funere funus,
Quippe etenim nullo ceſſabant tempore apiſci
Ex aliis alios avidi Contagia *morbi.*

Atq; ſic ſatis à nobis commonſtratum arbitror contagii vocem non tantùm à philoſophis antiquis, verùm etiam Medicis, Hiſtoricis & Poëtis in peſte deſcribenda uſurpari. De qua tamen non prætereundum in Latina lingua eam variè terminari, dum alii *contagem*, alii *contactum*, alii *contagionem* ſeu *contagium* ſenſu prorſus eodem, accidens hoc morborum facilè commutabilium appellaverũt.

Et hinc manifeſtum evadit, nos non ſine cauſa *Contagii* vocem peſtis definitioni inſeruiſſe, utpote quæ non accidens aliquod (ut multis videtur) hujus mali exiſtat, verùm differentiam ejus conſtituat ſpecificam. Probe tamen ſcimus nos hac in re plurimorum, tum noſtri quoque ſæculi philoſophorum placitis adverſari. Inprimis verò ex antiquitate Gregorio Nyſſeno, cujus in principio hujus tractatus facta mentio: & ex recentioribus Alexandro Maſſariæ qui oppoſitam noſtræ, tum rationum momentis, tum pondere authoritatum ſtabilire conatur incaſſum ſententiam. Dicti verò cum ſuis ſectatoribus authores (de quorum interim authoritate ne hilum quidem detractum velimus) hos noſtros conatus ad publicum magis tendentes bonum, quàm rei novitate vanam gloriam aucupantes, pro candore philoſophico in meliorem partem interpretabuntur.

At quod attinet ad rationes ipſorum, à natura & hiſtoria morborum antiquorum temporum deſumptas, reſpondeo: licet fieri poſſit, ut prioribus ſæculis morbi quidem Epidemii & peſtilẽtiales extiterint, qui quoad contagium noſtri temporis morbis quàm plurimis longè fuerint inferiores: veræ tamen peſtilentiæ circa contagii characterem (quem inſtar ſtigmatis fronti inuſti, primo ſtatim aſpectui prodit, omnis vera peſtis) ne cogitari quidem poſſunt.

Licet

Digitized by Google

Febris peſtifera poteſt eſſe ſine contagione. Licet quoque febres regnare poſſint peſtilentiales non contagioſæ: vera tamen peſtis, contagioſa ab omnibus agnoſcitur. Unde & civitatibus politioribus lege ſancitum videmus, ut certi quidam ac ſelecti tum Medici tum Chirurgi, contagio laborantibus præficiantur, iiſdemq; cum reliquo populo converſatio ſub pœna graviſſima interdicatur.

Hoc verò aliam ob cauſam, quàm ob ſolum contagii metum fieri quis dicat?

Reſponſio ad authoritates pro præcedenti ſententia in medium productas. Authoritates verò quas iſti allegare ſolent, ſequentem in modum à nobis dejicientur. Initio facto à *Gregorio Nyſſeno*, autore inter cæteros graviſſimo, qui peſtem minimè contagioſam conſtanter declaravit. Hujus ergo privatæ opinioni opponimus authoritatem *S. Baſilii*, non minus Medici quàm Philoſophi & Theologi inſignis, in explicatione primi pſalmi contrarium planè aſſerentis.

Alexandrum verò *Maſſariam* qui exercendi, ut credo, ingenii gratia, vocem contagii ex peſtis definitione libro ſuo primo de peſte eliminandam pertinaciſſimè contendit, non aliter refellendum exiſtimamus, quàm ex manifeſta operum ſuorum contradictione, in quibus palinodiam iſtius ſententiæ cecinit, & contagionem agnovit potiſſimam peſtilentiæ naturam conſtituere.

Ut verò paulò familiariùs cum ipſo ac ſectatoribus eius agamus, amicè eos rogatos cupimus: an non in primo ac univerſali invaſionis talium morborum, quos *contagioſos* experientia poſtmodum docuit, principio, ipſi cum non paucis aliis haud infimæ ſortis Medicis, benigniores eos reputando: decepti fuerint? Itemque an non diligentiorem in illis profligandis curam adhibuerint, quamprimum viderunt hos morbos non tantum inſtar flammæ ignis omnia pervadere, verùm non ſecus ac ignem fatuum brevi momento temporis de domo in domum tranſilire, modoque hunc, modò illum, modò plures ſimul invadere? An non item per hæc indicia ſola (contagii notas clariſſimas atque certiſſimas) non alium poſſe eſſe morbum quàm peſtem cognoverint? ſimulq; eo ipſo quòd peſtem eſſe cognoviſſent, ægrotos timidius acceſſerint, ac præſervationis loco confectionem pilularum ex tribus (ſic enim jocoſè à quibusdam nominantur) videlicet *citò, longè, tardè*: etiam cordatiſſimi ipſorum primi deglutierint? Cujus quidem præſervativæ mentionem facit *ſub finem lib. ſui de peſte Anton. Gallus* pluresque alii; quamque Galenus ipſe traditur ſedulò obſervaſſe, ſi authoribus vitam illius deſcribentibus, aut potius ipſimet Galeno idipſum atteſtanti *lib. de libris propriis*, fidem adhibemus. Anno ſiquidem trigeſimo ætatis ſuæ, cùm Remp. Rom. ſub imperio Marci Antonini peſtis efferatiſſima affligeret, eâ relictâ lares patrios repetiit. Luce verò meridiana clariùs apparet, ſolum contagii, ne ipſis quidem Medicis parcentis, metum, celerrimæ hujus receſſionis, ac in patriam reditûs

Digitized by Google

Galenus ipſe contagionis metu Româ diſceſſit.

Galeno cauſam extitiſſe, imo eodem libro fatetur ſe liberatum eſſe Æſculapii ope à lethali apoſtemate, quod multi de Peſte interpretantur.

Non minus quoque experientia eſt comprobatum, eos Medicos qui prę reliquis ſingularem quandam artis ſuæ certitudinem, animique in ægris viſitandis conſtante promptitudinem, oſtentare volunt, hujus ſuæ vanæ præſumptionis ac confidentiæ prometitas ſæpe numero luere pœnas, ſecundum illud: Qui amat periculum, peribit in illo: id quod Ovid. ſatis eleganter ſequentibus verſib. expreſſit.

Nec moderator adeſt, inq; ipſos ſæva medentes
Erumpit clades: obſuntq; authoribus artes;
Quo proprior quiſq; eſt, ſervitq; fidelius ægro,
In partem lethi citius venit, atq; ſalutis
Spes abiit, finemq; vident in funere morbi.

Quis itaque non videt nos merito vocem Contagii, peſtis definitioni loco formæ ſpecificæ inſeruiſſe?

2. *Q. Quænam corpora ad contagionem per fomitem producendam ſint idonea.*

Notandum, corpora ea in quibus peſtis ſeminaria impreſſa retinentur, non neceſſariò naturæ duræ ac ſolidæ inſtar ſilicum aut metallorum exiſtere (licet & hæc quoque à certis quibuſdam peſtiferis liquoribus peſtem producentibus penetrari poſſint,) verum eſſe poſſe naturæ paulò mollioris, & quaſi ſpongioſæ, ut ſunt lintea, panni, pelles, plumæ, paleæ, ligna, pili, corium & alia ſimilia: utpote quæ antedictis ad venenum recipiendum, non modo per contactum, ſed etiam per odoratum, aliis rurſus communicandum, magis ſunt diſpoſita.

Venenum ſiquidem diuturniore ſuâ morâ quaſi fermentatur, indieſque vires acquirit novas. Atque hæc eſt cauſa quod demortuorum ex peſte cadavera, niſi brevi ſepeliantur vivos inficiant: eò quòd in ipſorum nempe pilis aut cute, reliqua infectionis peſtiferæ ſeminaria deliteſcant. Aut quia vapor quidam malignus & peſtilens in corrupto cadavere pridem occultus, impoſterum emergat, qui ſuâ ſubtilitate etjam per ſolum odoratum vicinos inficere potis exiſtat. Inde fit nimirum ut quædam bruta demortuorum cadaveribus quibus antea veſcebantur abſtineant contagionis tempore. Ut ſunt Canes, lupi, corvi; ſiquidem quaſi divinitus admonita, talia cadavera ut mortem ſibi comminantia refugiunt & averſantur. Idipſum eleganter enarrat Ovidius ſequentibus verſibus.

Qua ratione cadavera vivos ſuo contagio inficiant.

Corpora fœda jacent, vitiantur odoribus auræ.
Mira loquor: non illa canes avidæq; volucres,
Non cani tetigere lupi, dilapſa quieſcunt,
Afflatuq; nocent, & agunt contagia latè.

Cui aſtipulatur Lucreti' ſequentib'.

Multa cum humi inhumata jacerent corpora ſupra.

Corpo-

Digitized by Google

Corporibus, tamen alituum genus atque ferarum
Aut procul abſiliebat ut acrem exiret odorem.
Aut ubi guſtaret languebat morte propinqua.

Cæterum vel hoc loco obiter occurrit advertendum, non parum cuiuſvis, ad præſertim Magiſtratuum intereſſe, ut proſpiciant quando tempore contagioſum id genus venenum in corporibus latere poſſit, idque non alio fine quàm ut Reip. conſulant univerſæ, impediantque ne mobilia infectarum domorum ſupellectilia divendantur. Experientia ſiquidem edocuit huius providentię neglectum ſæpe numero maximæ peſtis augmentationis cauſam extitiſſe.

Peſtis univerſalis ſtupendum principium.

Huiuſce rei fidem præſtat certiſſimam hiſtoria illa quæ facit mentionem ingentis illius peſtis Ægyptiacæ, quæ Seleuciæ contigit, cui initium dediſſe narrantur nonnulli milites avari Marci Antonini, qui ciſtam quandam aperuerunt ab Avidio Caſſio in templo Apollinis inſtar theſauri locupletiſſimi repoſitam. Hæc quippe reſerata, fœtorem tam peſtilentem in auras diffudit, ut inde non modo dicta urbs: Verum etiam regiones circumjacentes, tandemque ipſa Græcia ac Italia univerſa inficerentur, unde tanta hominum ſtrages ſubſecuta eſt, ut tertia pars univerſi tum viventis generis humani è vivis ſublata memoretur. Atque huius quidem hiſtoriæ mentionem faciunt Cardanus, Portus, aliiq; plures. Huic ſi nos credamus hiſtoriæ, peſtis contagium non ſolum ad multos annos, ſed etiam ad plura uſque ſæcula protrahi poſſe colligemus.

Quidnã de contagii per fomitem duratione ſenſerit Alexand. Benedictus.

Celeberrimus ille Medicus *Alexander Benedictus*, *tractatu ſuo de peſte cap.* 3. ſimilem ferme hiſtoriam recenſet in hunc ſenſum. Vivente patre in urbe Venetorum quamvis ſtragula lecti in domo alicuius ſenatoris diu manſiſſent incluſa ſuſpicione contagii, tamen ſeptem annis poſt aëri, idque mandato patrisfamilias expoſita, tantam ſtatim peſtilentiam aëtisque infectionem circumcirca ſparſerunt, ut ſervi domeſtici ad eorum ſolum contactum morerentur: Hincq; accidere ſolet (uti idem ait autor) quòd infimæ fæcis ſervilisque conditionis homines, hiſce malis magis ſint obnoxii.

Quid Marſilius Ficinus.

Marſilius Ficinus eadem hanc peſtem paulò uberius enarrat, ac minimè contemnendas dè natura, ſeminariis, ac huius mali receptaculis obſervationes ſubnectit: dum inter alia admonet, quòd parietibus itemque inſtrumentis ac vaſis ligneis, ni probè mundentur, laventur, ignive aut ſuffitibus purificentur, dicta venena adhæreſcere queant, multoque magis veſtibus reliquisque ex lana contextis: idque ut ait ad tres integros annos. Subiungit quoq; rem magis miratu dignam, quod nimirum per annum integrum venenum hoc poteſt non ſolùm in alicuius veſtibus, in ipſa çute citra noxam latitare, ſed etiam alteri communicari.

Id ſi à veritate minus eſt alie-

num, rigidam proculdubio illam Italorum legem quantumvis politicam imminuit & imperfectionis arguit, quâ ii qui ex locis infectis ad ipſos adventant quadraginta dierum ſpatio ante urbes degere coguntur, eò quòd nimirum peſtis venenum longè diutius alicui citra eius offenſionem adhærere poſſit. Cauſa autem huius tenacis adhæſionis ex dictis jam patere videtur: Materia namque talis veneni eſt viſcida & glutinoſa, ſubjectum verò inhærentiæ ſeu perſona temperamenti frigidi habitusque compacti, venas habens anguſtiores & arterias, quàm ut venenum hoc tam facilè eas ſubire queat: interim tamen aliæ perſonæ complectionis bilioſæ habitusq; rarioris, quæ poros latos & amplos habeat, ac per conſequens ad ſudores prona ſit, per cohabitationem facilè communicabitur, nempè ob diſpoſitionem ſubiecti recipientis: in qua ad actionem aliquam producendam, in ſcholis Philoſophorum ac Medicorum, plurimum momenti poſitum eſſe conſtat. Quocirca ſufficiat in huius rei fidem unius Ariſtotelis luculentiſſimum allegaſſe teſtimonium dicentis: *nullum agens niſi in patiente accommodato, apto & diſpoſito ſuam exercet actionem.* Cui aſſentitur Hippocrates *lib. de Flat.* in principio huius tractatus à nobis allegati, ſequentibus verbis per modum interrogationis prolatis: *Sed dicet aliquis cur ergo non omnibus animantibus, ſed generi cuidam ipſorum accidunt hi morbi? Quia* (reſpondet ille.) *differt corpus à corpore, & natura à natura, nutrimentum à nutrimento: non enim omnibus generibus animantium hac aut non conſentanea ſunt, ſed alia aliis congrua ac accommodata.*

Cur contagium diutius foveatur.

Patiens accommodatum in actione phyſica producenda requiritur.

Galenus verò quàm apertiſſimè hæc confirmat *lib. 1. de diff. febr. cap. 4.* tractans de febri peſtilentiali: quò lectorem in allegandis autorũ verbis relego, ne modum videat excedere.

Ac licet aliis argumentis hac in parte deſtitueremur, unica lues Venerea, quæ & ipſa è contagioſorum morborum exiſtit genere, diſpoſitionem ſubiecti patientis ad infectionem, quo dictũ eſt modo, recipiendã, quàm maximè neceſſariam eſſe, ſatis ſuperq; convincit. Docet namq; experientia ex pluribus una eademque nocte ſcorto alicui impuro ſe commiſcentibus, non neceſſario omnes, ſed vel aliquos tantum, vel unicum, vel quandoq; etiam nullum promeritam reportare mercedem. Quæ ſane diverſitas contagii, fomiti, qui duntaxat unicus exiſtit, adſcribi non poteſt, ſed diverſitati diſpoſitionis cohabitantium, quorum alii aliis vel naturæ robuſtioris, vel ob exercitii huius novitatem à nativo vigore minus receſſerunt.

Unde quibuſdam & non aliis lues Venerea contingat.

3. *Q. An febris ſit de Eſſentia peſtis.*

E contrario febris mentionem in peſtis definitione minime neceſſariam putavimus, licet id à compluribus aliis factitatum videamus, dum materiæ huius titulum potius de febre peſtilentiali, quàm de peſte inſcribendum judicantes, nullam peſtem dari febri non concomitatam

Cur autor in definitione peſtis febris non meminit.

iam ſibimet perſuaſerunt. Nos vero contrariam ſententiam ſtabilimus experientia edocti, quaſdam peſtes tanta violentia hominem aggredi, ut intra paucarum horarum ſpacium ipſum è vivis tollant, ſic ut febrili invaſioni occaſio omnis præripiatur. His adde quod nulla in his febrilis caloris indicia, neque in pulſu, neque urina appareant. Quocirca nos in adverſam deſcendendo ſententiam conſentaneè magis veritati aſſerimus febrem minimè neceſſario peſtes quaſdam concomitari. Cumque res hæc tam manifeſta exiſtat, ut etiam pleriſque mulierculis medicatricibus nota ſit, ne fortè in longiore ejus probatione moras nectamus, ſufficiet citaſſe ſequentem *Valeriolæ* locum, quicquid etiam hac in re deſiderari poſſit comprehendentem, qui ſic habet in ſuo locorum communium libello. *Videns enim non raro quæ eſt vis intrò concepti peſtilentis habitûs, ſyderatorum inſtar concidere repentè eos qui peſte correpti ſunt, cum alioqui hic neque pulſus exitialis, neque urina, nec vix ulla adverſa valetudinis ſigna appareant, ſaniq; videantur, & ſtatim loquentes & incedentes tanquam fulmine icti pereunt, quod à me* (adde) *ſæpiſſimè per peſtilentis aeris conſtitutiones obſervatum fuiſſe, ea præſertim quæ ſub anno 1534. in Galliæ Narbonenſis parte graſſata eſt, teſtari ipſe poſſum.*

Peſtis quoddam genus ſine febri eſſe poteſt.

Autorum verò, qui tractatus ſuos de peſte, inſcribere maluerunt de febri peſtilentiali, ſufficiat mentionem feciſſe trium præcipuorum: *Alexandri* videlicet *Benedicti* Itali, *Petri Pauli Pereda, & Ioannis Paſchalii* Hiſpanorum, è quorum numero *Benedictus* in definitione peſtis, febris notionem & vocabulum non dubitavit inſerere in operis ſui frontiſpicio, ſicut & ipſemet iterum *Paſchal. lib. 2. c.* 9. quod ſic ſuum dicit initium: *Peſtilens febris eſt febris Epidemialis, &c.*

Antonius Portus libr. de peſte & Horatius Augenius lib. 4. *epiſtolarum medicinalium*, peſtem definiunt ſua natura nihil aliud eſſe, quàm febrem communem acutiſſimam: ſuntque in hac opinione quàm plurimi alii præſtantiſſimi viri. Maxima vero eorum pars opinionis ſuæ fundamentum eliciunt ex verbis *Hippocratis in principio hujus tractatus à nobis allegatis lib. de flatibus* dicentis: *Febrem omnium malorum eſſe comitem*: itemque ex loco *Galeni aph. 1. com.* 7. ubi febrem morborum omnium acutorum perpetuam comitem eſſe contendit. Quia vero peſte morbum acutiorem vix dari à nemine quod ſciam controvertitur: inde concludunt peſtem ſine febri eſſe non poſſe.

Quidnam prædictos auctores induxit ad aſſerendum, peſtem eſſe febrem Epidemialem.

Verum auctores iſti (pace bona dixerim) locos & textus ſupra citatos præter mentem ac intentionem autorum allegare certum eſt. Si enim ſecundum commune proverbium, quilibet optimus ſui ipſius exiſtit interpres, ex diligenti aliorum dictorum Hippocratiorum & Galenicorum collatione manifeſtum evadet, ipſos, omnem peſtem febri conjunctam eſſe, ne per ſomnium quidem cogitaſſe.

Audiamus *Hippocratem lib.* 3. *Epid.* poſt amplam quæ peſtis tempore con-

Adverſa ſententia

Digitized by Google

re conſpici ſolent, ſymptomatum enarrationem, tandem ſic concludentem: *Quibus igitur circa caput horum quid fieri contingit, his glabrities totius corporis aut menti fiebat, & oſſium denudationes ac delapſus: & multa fluxiones, & hæc in febribus & ſine febribus.*

fundamentum diruitur.

Utque magis oſtenderet ſe de maximis ac deploratis loqui ſymptomatis, tandem ſubjicit: *Erant autem hæc horrenda magis quàm mala.* Idipſum quoque *aph. 5. 6. & 15. & aph. 51.* tractans de iis qui derepentè vocem amittunt, vel convelluntur ſubitò, ſive ex crapula id accidat, ſive citra eam hominibus id contingat ſanis & ſobriis, verbis clarioribus adhuc proponit. Ultimo vero aph. ſic ait: *Quibuscunque ſanis repentè dolores fiunt in corpore & ſtatim obmuteſcunt, & ſtertunt, pereunt in ſeptem diebus, niſi febris apprehenderit.* Quid quæſo ad probandum morbos dari acutos, quin & acutiſſimos, quorum violentia homo citra ullam febrim è vivis tolli ſubitò poſſit, adferri clarius queat?

Morbos acutos ſine febri mortem adferre poſſe cenſet Hippocrates.

Idem Hippocrates 6. Epidem. ſect. 7. poſtquàm plurima eaque maxima enarraſſet quæ circa ſolſtitium hybernum oboriri conſueverunt ſymptomata, ſic ait: *Quibus voces frangebantur ad tuſſim, horum plurimi ne febricitarunt quidem, quidam vero parum.* At paulo poſt ſubnectit: *Celerrimè autem moriebantur, ubi febrili rigore inſuper riguiſſent.* Unde manifeſtè apparet, mala illa licet acutiſſima, quandoq; tamen ſine febre homines invadere.

Galenus.

Galenus quoque in citatorum locorum expoſitione non modo in eandem plane abit ſententiam: verum etiam, dum in curatione peſtis modum adhibendi terram ſigillatam (quam inter præcipua alexipharmaca merito recenſet) protulit, longè adhuc manifeſtius ſententiam noſtram confirmat, ait enim eam exhibendam eſſe in vino puro quidem ſed oligophoro, ſi febris non comitetur, aqua vero permixto, ſi febris adſit. Unde neceſſario concludimus, dari peſtem ſine febri.

Terra ſigillata præſens contra peſtem remedium.

Atque hactenus ex Græcorum Medicinæ principium monumentis noſtram ſententiam ſatis ſuperque arbitramur confirmatam.

Inter *Arabes Haly lib. 5. cap. 2. Theoriæ ſuæ*, expreſſis verbis docet, quàmplurimos peſtilentiales, febri tamen minimè concomitatos conſpici morbos.

Haly inter Arabes.

Inter modernos quoque Galenicæ doctrinæ ſectatores, non paucos reperias noſtræ opinioni minimè adverſantes, ac inter alios, *Petrum Pariſium*; *Andream Gratiolum*, *Maſſariam*, quin & ipſum *Alexandrum Benedictum*, cui, licet ut ſupra dictum contrariæ planè opinionis, ex profeſſo probationem ſuſcipienti, vis tamen veritatis volenti molenti, circa medium capitis ſui primi, hæc verba extorſit: *Hoc malum* (peſtem intelligens) *miſerabile, mortalibus ita evenit ſubito, ut plurimum ſine febre, inter domeſticas aut forenſes actiones, vel publica negotia, decem horarum ſpatio, quidam viginti, ſine urinæ pulſuſque venarum certo ſigno, in templis, in via, in publicis officiis, ex inſperato raptantur, ita miſeram humanæ ſuperbiæ ambitionem*

Et moderni aliquot.

nem oſtendit ſæva pernicies: ut homo interdum lætus, jucundus, ſecurus, levi temporis momento ſtatim cadat.

Ex quibus locis omnibus & ſingulis candidus lector perſpicuè ſatis poteſt videre: vel ex *Alexandri Benedicti* opinione, dari frequenter peſtes febri minimè implicitas, & per conſequens, ſi quandoque febris adſit, eam eſſe referendam inter ſymptomata, qualia pro temporis, locorum, perſonarum, aliarumque circumſtantiarum, diverſitate, alia atque alia, modo plura, modo pauciora adeſſe poſſunt, quæque minus ſunt in definitionibus inſerenda, cum à differentiis morborum ſpecificis toto genere diſtent.

Qua & nos ratione moti, febris mentionem è peſtis definitione removimus: licet minime ignoremus, in genere pauciſſimas ſine febri dari, quæ alicuius ſunt durationis, peſtes.

Alia paulo familiarior peſtis deſcriptio, à ſignis ejus diagnoſticis, tum internis, tum externis deſumpta.

CAP. III.

De Signis Diagnoſticis in genere.

Qualis à Galeno & ab auctore peſtis deſcribatur.

GAlenus *libr. de Theriaca ad Piſonem*, populariter peſtem deſcripturus, introducit eam ſub ſpecie indomitæ alicuius belluæ, in quodvis reliquorum animantium genus indifferenter ſævientis, nec civitates ſolùm, verum etiam integra regna vaſtantis ac in ſolitudinem redigentis. Alij eam aſſimilant draconi omnium ferarum ut ſæviſſimo, ſic generis humani hoſti capitali.

Nos eam dicimus ſimilem furiæ cuidam infernali, in cuius conſpectu vel ipſi morti intrepido conſiſtere pede non licet.

Accurata peſtilentiæ ὑποτύπωσις.

Paulò vero accuratius, amabo, furiam hanc contemplemini: flagellum ſiniſtrâ, dextrâ tenentem facem infernalem, capillo demiſſo ac malè pexo, capiteque tremulo, oculos inſuper habentem ex inflammatione rubentes, eosque modò præ nimia ſomnolentia adductis ſuperciliis ſemiclauſos, modò ob contrarias vigilias exſiccatos, præter naturam amplos, temporibus excavatis, narium diductis lateribus extremitateque in acutum mucronem deſinente, ore hiante, ac inſtar rabidi canis præ nimia ſiti mirum in modum diducto. Expiratione plurimum fœtente, æſtuque interno ac latente linguam ipſius exaſperante, exulcerante, ac nigranti carboni quàm ſimillimam reddente.

Quoad externam corporis figuram & habitum, cutem ejus à ſummo capitis vertice ad talos uſque pluribus exanthematis exaratam, nec non anthracibus & carbunculis hinc indè variè cauteriſatam: terna quoq; quibus prædicta purgat, emunctoria inflata ac innumeris tuberculis obſita, quilibet animadvertet.

Inſpiratio peſtiferis

Heu vero quanta cum difficultate ſpiritum ducit: tuſſi nimirum

Digitized by Google

Difficilima. ſicca & ferina divexata: cui inſuper tanta cordis ſupervenit anguſtia, ut copioſus ei circa collum ipſumque pectus ſudor exprimatur.

Vomitus continuus. Præterea continuis fermè vomitionibus ac nauſea laborat, quas multiplices ventriculi ſubverſiones, eroſiones, ac cardialgiæ, quin & non rarò ſingultus ob nimiam virulentiam convulſivi, comitantur. *Inflammatio non intermiſſa.* Reliqua vero viſcera internaque membra tam nobilia quàm ignobilia, ritè totidem ardentibus fornacibus comparantur, ob intenſiſſimas quibus torrentur inflammationes, quæ ſuperveniente extremitatum frigore, mortem in procinctu eſſe haud dubie denunciant.

Atque hæc ſunt digna diagnoſtica atque ſymptomata communiter peſtem concomitantia, eamque ſenſuum externorum firmiori judicio ſubjicientia. Quibus accurate obſervatis haud cum magno labore ab inſidiis ſubdoli huius morbi, & plurimos decipientis cavebimus, qui ſæpius aliàs clançulum habitu incognito ſubrepit, tuncque præſertim, quando eundem longe à nobis remotum ſuſpicamur. Quocirca nobis operæ pretium viſum eſt, diutius in deſcribendis illius ſymptomatibus & ad unguem repræſentandis immorari. Non tamen peſtem perpetuo comitantur ſigna hæc atque ſymptomata univerſa: cum in eorum obſervatione ac dignotione exercitatis, unicum ſæpe ſufficiat, quo mediante, quid tam in præſervatione, quàm curatione facto opus, ſufficienter perſpicitur.

De Signis Diagnoſticis ſpecialiter.

Reliquum eſt ut ex lege & methodo quam initio nobis adhibere placuit, ad accuratiorem ſingulorum peſtis ſymptomatum deſcendamus explicationem, eandemque pro virili exemplis & auctoritatibus confirmemus. *1. In Capite.* Id enim plurimum ſtudioſis Medicinæ candidatis profuturum nobis perſuademus, in quorum gratiam hic tractatus potiſſimum elaboratur, prout à principio non ſemel fuimus conteſtati, quamvis cæteri non minimum ex illo capere poſſint emolumentum.

Principio itaque peſtem furiæ infernalis nomine exprimere placuit, Virgilium imitando, qui omnia mala furiarum harum deteſtanda compendioſius exprimere ſe poſſe non putavit, quàm ſi peſtes eas cognominaret, dum ait:

Dicuntur geminæ peſtes cognomine Diræ.

Fingimus deinde eam *capillo demiſſo ac male pexo, capite licet nudo, præ calore tamen exæſtuante ac tremulo, oculis oberrantibus*, præque inflammatione *rubentibus*. Poſito hoc fundamento temporibus contagii nomine ſuſpectis, Medicus debet, antequam propius ad ægrum accedat, ante omnia capitis in univerſum ac ſpeciatim, oculorum characterem ac motum, in ægro quàm accurate perpendere. Si

Digitized by Google

Quid medicus ad ægrotum tempore peſtis evocatus obſervare debeat.

Si namque primo ſtatim die ipſum conſpexerit capite tremulo, nec in ullo loco quieſcente (id quod à multitudine vaporum copioſorùm & veneno infectorum, jam cerebrum præcipuam animæ noſtræ officinam ingreſſorum, eiuſque actiones partim abolentium, partim depravantium, fieri certum eſt,) ſi ægrum præterea æſtuantem ac aërem frigidiorem appetentem, nec ullo modo tegumentorum cooperationem ferentem, præ nimio calore qui ad oculos uſque protendatur, & ad inflammationem internam neceſſario tendat, eoſq; ut inflammatos ſic vagos quoque reddat ac rubicundos, quæ tamen rubedo ſæpe ſuos terminos dilatando totam faciem obſideat. Ex his inquam indiciis quæ nequaquam mendacio ſubeſſe poſſunt, neceſſario labem ineſſe concludet, ſibique conſulet perſpectius. *Galenus libro de præſag. ex pulſu cap.* 4. expreſſis verbis teſtatur, non paucos homines plebeios, ruſticos, ac medicæ artis ignaros, ex ſolius faciei charactere, citra ullum errorem, de peſte præſagia ducere: inque hoc puncto ſæpe ſuperare Medicorum expertiſſimos. *Falloppius quoque libro ſuo de tumoribus, cap. de bubone* inter cætera peſtis quæ enarrat ſigna, recenſet vehementem capitis tenſionem, cum dolore ac calore vehementiſſimo conjunctam.

Certiora peſtiferi morbi ſunt indicia.

Ac quod oculorum attinet ruborem, eum præcipuum ac pathognomicum peſtis ſignum merito ſtatuimus, quodque Galenus lib. ſupra citato accuratè præcipit obſervari. Quin & ibidem ægrotum oculos vult ablui frigida, cuius ablutione ſi magis magisque inflammentur, pro certiſſimo ac infallibili id peſtis ab ipſo reputatur indicio.

Oculorum rubor.

Lucanus libr. 6. peſtem deſcribens inter eius ſymptomata, capitis titubationem oculorumq; ruborem expreſſit ſequentibus verſibus:

Igneaque in vultus, & ſacro fervida morbo
Peſtis abit, feſſumq; caput ſe ferre recuſat.

Adjungimus quoque omnem peſtem ægrum *continuis deiicere vigiliis,* & quandoque immoderato ac quaſi continuo obruere ſomno; Idque pro diverſitate tum exhalationum ſeu meteororum, è corporis noſtri locis inferioribus, ac quaſi microcoſmi culina, in arcem ejus editiorem, cerebrum puta, elevatorum, tum complexionis ſeu temperamenti ipſius ægri. Habitu namque corporis pingviori ſi fuerit æger, cerebroque præhumido, ac inſuper ſi humidi vapores hanc nativam cerebri humiditatem obſidentes in haud levem exceſſum abripiant: indubia ſubſequetur ſomnolentia ac torpor. Si vero è contrario, temperamento fuerit tum univerſi corporis, tum cerebri calido & ſicco, ſimileſque exhalationes cerebri temperiem intendant, & actiones diſturbent: vigiliæ ſubſequentur immoderatæ, adde & quandoque phreneſes. Quæ ſymptomata ambo ab *Hippocrate lib.* 3. *Epidem. cap.* 3. minime fuere præte-

Vigiliæ.

Unde peſte affectorum quidam ſomno & quidam vigiliis corripiantur.

Digitized by Google

rita, ubi ait: *Vrina turbata, multa, mala: diu ſoporoſi & rurſus inſomnes*, & paulo poſt: *in totum autem plurimos aut gravis ſopor comitabatur, aut parvos ac tenues ſomnos habebant.*

Oris hiatus. Sequuntur jam explicanda verba, quibus peſte laborantes ore hiante dicimus reſpirare, ac ob reſpirationis difficultatem, longe celerius ac frequentius quàm ſoliti ſint ſpiritum ducere, inſtar canis rabidi: quæ fœtor anhelitus, ac linguæ modo ſcabrities, modo ulceroſa ſcabies, nigredo vero ſemper neceſſario ſubſequitur.

Etenim cum peſtis ex veneno quodam, è varia variorum humorum corruptione & putrilagine progenito oriatur, eadem plane agnoſcit ſymptomata his, quæ venenum profert animantium venenatorum: exempli gratia ſerpentum & canum rabidorum, quæ vel morſu vel ejaculatione corpora inficiunt. Quemadmodum & vice verſa, hæc ipſa venena aſſumpta, eaſdem ferme vires qualitateſque pernicioſas, quas ipſamet

Signa canis rabidi quædam. peſtis, exerunt. Signa namque carnis rabidi (præterquam quod nutante incedat capite oculiſque variè oberrantibus, ut modo in peſte laborantibus fieri audivimus) ſunt, hiante ore reſpirare quàm celerrime, avidiſſime ſiti excruciari, & lingvam nigrã portendere, quæ rugis ſuis ſcabiem mentiatur. Quæ etiam ipſius peſtis ſymptomata exiſtunt ſingula.

Quod verò peſtis venenum beſtiarum reliquarum venenatarum veneno aſſimilamus congenito ac naturali, in eo utique ipſius Galeni authoritate haud deſtituimur: utpote qui *lib. 6. de locis affectis cap. 5.* expreſſe dicit à Medicis olim indubio ſancitum & concluſum fuiſſe. *Quod in animantibus corruptio quadam poteſt excitari, tam vehemens, ut veneni ſerpentis ſimilem habeat vim & qualitatem.* *Et comment. 1. Prorrhet. contex. 17.* ſcribit: *aliquas cauſas eorum quæ in corpore gignuntur, habere ſimilem vim: & rabidorum canum, & lethalium pharmacorum veneno.* Ne verò in allegandis authoritatibus plus æquo ſolliciti ſimus: experientia quotidiana edocemur, Dipſadis ſerpentis morſum peſti prorſus ſimilia producere ſymptomata. Id quod *Lucan.* poëtam minimè latuit *lib. 9.* dum hiſtoriam cuiuſdam juvenis Auli nomine, à Dipſade ſerpente vulnerati, haud minus doctè quàm eleganter enarrat, & præcipuorum quæ talem ſerpentis ictum ſubſequi ſolent ſymptomatum reminiſcitur.

Authoris ſententia Galeni ſuffragio comprobatur.

Inter cætera verò ſitim, quam & peſtis individuum comitem aſſeruimus, miro artificio depingit, quæ ſæpius tanto cætera ſymptomata morbi peſtiferi ſuperat intervallo, ut nullo potûs genere domari ſuperarive queat.

Cur ſitis in peſte nimia. Cauſa verò tantæ ſitis non niſi perenni bilioſorum ac venenatorum humorum, in ventriculi ac præcordiorum regionem affluxui, ac ſiccarum exhalationum ex aduſtis quodammodò inteſtinis ad regionem ſuperam elevationi abſcribi debet: quæ quidem elevatio dum oris concavum ſubit,

ſubit, ejus ſuperficiem mira ratione deſiccat, prout inſpiratione quæ ore fit hiulco, & fumum reddit clibani fumo ſimillimum, manifeſtò comprobatur. Hinc fieri ſolet, quod ore ferè ſemper ſint hiante & aperto. Natura quippe tam infenſo hoſti potiùs, quàm hoſpiti velocem exitum expiratione molitur, ſimulq; inſpiratione flacceſcentia ac quodammodo tabeſcentia interiora viſcera, quantum in ſe eſt, recreare meditatur. Unde haud mirum ſi lingvæ aſperitatem comitetur nigredo. Exhalatio quoque hæc tanta quandoq; acredine prædita eſt, ut non tantùm uvulam, ac interiora gutturis cum lingvæ ſuperficie erodat: verùm totius oris concamerationi qualitatem hanc ſuam indat & communicet.

Cur lingva in peſte aſſidu nigra.

Atque horum quidem accidentium modo enarratorum pleraque, à pleriſque qui materiam hanc lucubrationibus ſuis illuſtrandam ſuſceperunt, melioris notæ Medicis minimè prætèrita ſunt. Ac in primis anhelitus graveolentia ac fœtor, nec non prædicta oris excoriatio, quæ ſigna huiuſce morbi lethalia omnes paſſim agnoſcunt. Nam ut Hippocr. dicit in Progn. *Fauces ulceratæ cum febre grave malum.* Lucretius etiam ſymptomatum in lingva apparentium mentionem facit verſibus ſequentibus:

> *Atque animi interpres manabat lingva cruore,*
> *Debilitata malis, motu gravis, aſpera tactu.*

Anhelitus verò fœtorem ſic effert:

> *Spiritus ore foras tetrum volvebat odorem.*
> *Rancida quo perolent projecta cadavera ritu.*

Avicennas quoque de fœtentis anhelitus ſymptomate ſequentem in modum ſcribit: *Plurimi ex iſtis quorum anhelitus fœtet, ex primis moriuntur: ſignumq; eſt putredinem jam in corde eſſe confirmatam. Fracaſtorius* quoq; *lib. 2. cap. 4. de morbis contagioſis*, hoc ipſum inter ſymptomata peſtis mortalia præcipua refert *cap.* 10. dum refert verbis expreſſis: *Quorum anhelitus præter ſolitum immodicè fœtet, omnes moriuntur, quod putredo in corde omnino confirmata ſit.* Ratio horum pronunciatorum eſt, quod in genere omnis excrementorum fœtor, in quocunque etiam morbo, ſignum exiſtat peſſimum & mortale, veluti odor quidam à naturali plurimum diſtans, utpote qui univerſalem interiorum corporis humorum, corruptionem portendat, eoſdemque penitus labefactet & deiiciat.

Vnde putredo oris oriatur.

De Symptomat. in exteriori habitu.

Symptomata verò peſtis mortalia in *exteriori corporis habitu* apparentia, ſenſibuſque tactus & viſus expoſita, qualia ſunt puſtulæ maligaæ, exanthemata, anthraces, &c. examen & diſcuſſionem recipiunt non minus, quàm authoritatem obviam atque perſpectam. Hæc ſiquidem cùm omnem fermè peſtem concomitari ſoleant; vel ipſi innotuere plebeculæ.

Quænam è puſtulis ſive exanthematis quæ peſtiferis ſuperveniunt, fieri debeat judicium.

Google

Hæc exanthemata ſive maculæ & puſtulæ, quæ corporis ſuperficiem deformant, ſunt effloreſcentiæ ſive fructus, quæ tum à peſte febriq; peſtilentiali, tum etiam ab omnibus morbis epidemicis quadam qualitate malignam comitatis producuntur. Ubi obiter nota: licet hæc ſi in morbi principio appareant, ſymptomatica potiùs ſint dicenda quàm critica: attamen prout tardiùs celeriuſve vel apparent vel diſparent (quorum poſterius conatum naturæ arguit irritum) proq; diverſitate apparentium colorum (qui quidem ſi livorem cum duritie vel nigredine conjunctum habeant peſſima quæq; præſagiunt) ex his quoq; varias fieri prænotiones. Quod ſi critica die hæc ſupervenerint, ac certam diadoſeos ſeu tranſlationis ac propulſionis materiæ morbificæ ad ſuperficiem exhibeant conjecturam; atteſtantur naturam veneno cauſaq; morbifica hactenus oppreſſam, collectis copiis ab iiſdem ſe vindicare harum macularum ſive exanthematum beneficio, ſi præſertim ante tales eruptiones natura ſponte, vel arte adjuta, manifeſtam evacuationem, citra notabilem virium reſolutionē molita fuerit. *Galen. quippe lib. 5. meth. cap.* 12. ubi aliquot adoleſcentum à peſte liberatorum meminit, in quibus omnibus critica hæc exanthematum eruptio conſpiciebatur, ait: *Hi vero ex peſte convaluiſſe mihi videntur, eò quod ante fuerit præſiccatum & præpurgatum corpus: etenim vomitus nonnullis ipſorum adfuerat, & alvus omnibus eſt turbata, & ſic iam evacuata. His qui ſervandi erant, exanthemata nigra per univerſum corpus affatim apparebant, multis quidem ulceroſa, omnibus autem ſicca, & erat conſpicuum aſpicientibus, putrefacti in febribus ſangvinis eſſe has reliquias, quaſi cinerem quendam propellente ad cutim naturâ.* Ex modo citato loco Galeni manifeſtò apparet error eorum, qui cœco quodam metu (ne ſcilicet natura impediatur ac à taliū exanthematum &c. productione per purgationem avocetur) ab omni prorſus evacuatione in peſte reliquisque morbis Epidemiis abſtinendum, credulæ muliercularum coronæ tremula voce conantur perſuadere. Quod enim expreſſiſſimo textui Galeni, ubi ait, *quibus vel per vomitū vel per alvum corpus præpurgatum fuiſſet*, obiiciant, planè non habent. Norunt enim vel medicinæ tyrones, artem dum naturam quo vergit aut vergere debet, dextrè imitando juvat: nunquam poſſe aberrare.

Purgationes in peſte ſunt aliquando neceſſariæ.

Cordatè itaq; contra hos mulieroſos homines *concludimus, in dictis morbis ad imitationem naturæ, cæteris paribus purgationem per vomitum, alvumq; plerumq; utiliter adminiſtrari.* Ut nihil dicam de pluſquam inepta ipſorum in arguendo puerilitate: ſiquidem tantùm abeſt ut tales evacuationes naturam talia exanthemata meditantem, ab intento ſuo abducant, ut eius potiùs conatus proſperent, ac dirigendo quodammodo accelerent, modò ſint ſpecificæ & ad propulſandum venenum aptæ.

Quæ purgationes in peſte accommodatæ.

Modò dicta non minus quoq; in va-

Cautela

In morbillis & variolis obſervanda. in variolarum & morbillorũ eruptione ſunt obſervanda, in quibus hæc exanthemata, morbilli, variolævæ, principali quadam intentione, ſeu robore naturæ, & non vi morbi producuntur. Siquidem in his quoque morbis quidam è vulgo ſupradicta ratione decepti, ut purgatione, ſic ſanguinis miſſione interdicunt: eò quòd malè cenſeant tales molitiones artificioſas, naturæ laudabilem curſum non modò interrumpere, verùm etiam planè invertere, dum cauſam morbificam, quam ipſa à centro ad circumferentiam in animalis ſalutem ablegare totis annititur viribus, ad centrum in quo principium mali & fomes, purgatione in primis revocari clamitant. *Authoris ſententia rationibus confirmatur.* Ut autem hujus ſententiæ falſitas apertiùs convincatur: dicimus à divina munificentia data generi humano eſſe purgantia ſpecifica, certiſque morbis appropriata, quæ ſi in decoctionib⁹, ſyrupis, &c. bezoardicis & cordialibus, ſpecifica quadam proprietate corruptioni ac venenis in genere adverſantibus omnibus propinentur, maximo ægrotantium bono, citraque ullum periculum, materiæ morbificæ non contemnandam partem foras ejiciant, & tantundem de morbi vehementia demant. Atq; ita natura à tanta mole, cui ſuſtinendæ vel etiam excutiendæ par antea non fuerat miris modis ſublevata ac liberata, quod ex fomite mali reliquum facilè ipſa digeret, & per commodas vias è ſuo territorio eliminabit. Si verò totum hoc naturæ committendum putemus: periculum ſanè fuerit, ne ab hoſte jam diu preſſa planè opprimatur.

Quin & ipſa ſanguinis miſſio, ſi febris peſtem comitetur, adſit plethora vera, & vires ſimul cum ætate ægrotantis id permittunt, tutò admi niſtrabitur. *Quando vena tẽpore peſtis incidenda.* In quibus tamen probè dijudicandis maximâ opus eſt Medici dexteritate & prudentia, utpote ex qua ſola ſæpè in gravioribus ejuſmodi malis, pendentis litis dependet exitus.

Carbunculi. Quod porro *ad carbunculos & anthraces* attinet, illi vulgò habentur indiſtincti, eò quod idem à Græcis dicantur: nos verò invicem diſcerni mus, & pro uno eodemque malo minimè habemus: cùm priores à ſale arſenicali magis ſeptico oriantur, & erodente. *Cautela circa anthraces & carbunculos peſtiferos.* Ac à carbunculis quidem *Hippocrates incipit lib. 2. Epid. m.* dicens: *Carbunculi in Cranone æſtivi. Et in ſect. 3. lib. 3.* ubi ſpeciatim peſtilentialia ſymptomata perſequitur, ſic inquit: *Carbunculi per æſtatem multi & alia quæ vocantur puſtulæ magnæ. Galenus 14. meth. cap. 5.* quoque carbunculorum peſtilentialium meminit.

Bubones peſtilentiales quibus in locis oriantur. Bubones quoque peſtilentiales, (qui in lue Venerea circa inguina ſolùm pullulare conſueverunt) ſine anthracum aut carbunculorum eruptione in peſte frequenter indifferenterque in tribus corporis noſtri conſpiciuntur emunctoriis. *Quomodo fiant.* Fiuntque quoad conatum naturæ pari ratione omnes, per diadoſin videlicet, & translationem materiæ morbificæ, dum venenum è centro & partibus corporis interioribus ad exteriores

evo-

evocatur. Atq; hæc ſymptomata ubi apparuerint, peſtem jam ante formatam ac terminis ſuis circumſcriptam eſſe, judicandum eſt: ſin autem ante peſtem tale quid conſpiciatur, non ſymptomatis (quod hac ratione filius naſceretur ante patrem) ſed præcurſoris atque anteambulonis titulum nanciſcetur: ejus nempe *Peſtis quæ eſt in fieri ſeu in via, quaque nondum periodum ſuam attigit*. Secus verò judicium feratur, ſi quando peſtem ſigna & indicia magis intrinſeca, quæque pectori & viſceribus bellum denunciant, conſequuntur.

Et quid ſignificēt.

De ſymptomatis in facultate vitali.

Atque hactenus examen ſuſtinuere publicum ſymptomata peſtis ea, quæ in ſupremo capite, itemque exteriori corporis habitu conſpiciuntur: ſequuntur ordine reliqua.

Ac facultatem quidem vitalem præcipuè ab hujus morbi veneno oppugnari: ſatis teſtatur conjuncta cum omni ſerie reſpirandi difficultas, hinc *Lucretius*,

Reſpirationis difficultas peſtis Comes.

Creber ſpiritus, aut ingens, raroque coortus.

Itemque *ſudor* circa regionem pectoris & collum ex labore & conflictu interno frequenter erumpens copioſus. Cujus vehementis ſymptomatis *Hippocrates meminit lib. 3. Epidem. ſect. 3.* dicens: *multi ſudantes, & hi quidem qui pernitioſe habebant*, & paulò poſt denuò de ſudoribus in peſte loquens ait: *ſudores intempeſtivi multi, frigidi perpetuo. Lucretius* verò hæc ſymptomata ita exprimit:

Sudor.

Sudoriſque madens per collum ſplendidus humor.

Meminimus quoque ſupra peſtiferis adeſſe ſolere, *tuſſim ſiccam maximèque ferinam*: quod quidem ſymptoma *teſte Galeno lib. 5. meth. cap. 12.* omnibus verè peſtilentialibus affectionibus teſtatur commune: experientia dictum *Galeni* ſatis ſuperque confirmante. Siquidem, morbum quem *Coqueluche* Gallicè vocamus, præ cæteris omnibus Epidemium & contagioſum, peſtique ſecundo cognationis gradu junctum, hac tuſſi ſicca ac effera perpetuò ſe prodere manifeſtiſſimum eſt. In cujus tamen rei confirmationem videre licebit elegantem locum *Valeriola, in appendice locorum communium, capite de peſtilentibus morbis.*

& tuſſis.

De ſymptomatibus in infimo ventre & ventriculo.

Veniamus jam ad ſymptomata viſcerum nutritioni dicatorum, ſubverſionem nempe ventriculi, cardialgiam, nauſeam ac vomitum.

Symptomata viſcerum nutritivorum.

Ac *Cardialgiæ* quidem voce (licet Grammatica notitio aliud imperare videatur) ex primis Medicinæ fundamentis notum eſt, minime cordis dolorem intelligi, ſed ventriculi à veteribus cordis nomine appellati, dolorificam eroſionem. Atque hæc explicatio deſumpta eſt *ex Galeno 5. de locis affect. cap. 8.* dicente: *Veteres cor appellabant quod è recentioribus dicitur etiam ſtomachus.* Cardialgia itaque, ſeu cardiogmos, nihil aliud eſt quàm dolor ven-

Cardialgia.

Cur ventriculus olim dictus.

ventriculi non quidem totius ſed ſecundum ejus orificium: idque occaſione inſignium qui numeroſi eidem inſeruntur nervorum, dum ab humore eo delato acri ac bilioſo, aut etiam ab alia aliqua venenoſa & maligna qualitate prædito vellicantur.

Quando verò natura ipſa ad humorem hunc malignum naturæque maximè offenſum excutiendum, in vanum ſæpè exurgit: ſequentia ventriculi oriuntur ſymptomata. Subverſiones nimirum, vomitus, & nauſeæ: quæ inter ſe gradu diſtincta, omnes affectus cauſam malignam ac venenatam habentes perpetuò, comitantur: ſive venenum illud intra nos genitum, ſive extrinſecus introductum fuerit. Omne ſiquidem, citra ullam exceptionem, in genere venenum, conjunctam habens qualitatem acrem & malignam, continuam ventriculi ſubverſionem, nauſeam & vomitum, ob facultatis nimirum expultricis irritationem excitat. Id quod ex venenis metallicis teſtatur *arſenicum*, & *ſublimatum*, ex vegetabilibus Helleborus albus, Tapſia & cætera ſimilia. Ex humoribus verò in corporibus noſtris generari ſolitis, ſæpeque malignis ac virulentiam quandam redolentibus, dictaque conſequenter ſymptomata pari ratione producentibus, ſunt bilis æruginoſa, bilis porracea, & bilis aduſta. Atque hæc dum natura molitur, quis non videt eandem, qua in artificioſa molitione ſeu medicatione procedendum ſit, quaſi digito nobis viam commonſtrare.

Symptomata quæ cardialgiam comitātur.

Vomitus à quolibet veneni genere cauſatur.

In dictorum tamen confirmationem audiamus quæſo locum *Galeni* quo ait: *In ventre*, inquit, *non ſolùm morſus ſed etiam alii affectus, tum qui nauſeam in eo excitāt, tum qui* (καρδιωγμὸν vocatur) *expultricem irritant*. Quibus ſanè verbis Galenus innuere videtur, καρδιωγμὸν oris ventriculi morſum eſſe.

Quid ſit καρδιωγμὸς Galeno.

Qui verò *Galenum lib. 5. meth. cap.* 12 legerit, videbit quàm planè ac perſpicuè inter ſigna peſtis pathognomonica, ac ſymptomata eam perpetuò concomitantia; *nauſeam* quoque & *vomitum* referat.

Nauſea & vomitus perpetuò comitantur.

Atque hæc in ventriculi orificio apparentia (videlicet ejus ſubverſio, cardialgia, nauſea & vomitus) frequentiſſimè adhuc alium maximè pernicioſum agnoſcunt comitem, ſingultum nempe convulſivum, ab iiſdem plane cauſis, ſed intenſioribus productum.

Eſtque hoc ſymptoma plane mortale *teſte Hipp. Aph. 3. ſect. 7.* ubi ait: *A vomitu ſingultus malum. Maximè verò is qui ab inanitione procedit.* Duplicis enim apud *Hippocratem* mentionem ſingultus fieri, unius ex repletione, alterius ex inanitione, patet *ex aph. 6.* & *39.* quibus dicit: *ut convulſio fit ex plenitudine, & inanitione, ſic & ſingultus.* Licet agnoſcat *Hippocrates* (ut *ex aph. 5.* & *4.* & ex aliis pluribus *Galeni* locis patet) eum qui ab inanitione eſt, altero longè periculoſiorem.

Singultus in peſte lethalis.

Digitized by Google

De ſymptomatis in Inteſtinis.

Inteſtinorum ardor peſtem conſequitur.

Reſtat ut de inteſtinorum ardore pauca ſubjiciamus. Qui enim reliquorum jam enarratorum ſymptomatum naturam probè perceperit, mente facile concipiet, fieri aliter non poſſe, quin hoc quoque ſymptoma neceſſariò ſubſequatur. Non aliter enim ac in urbis cujuſdam munitioris obſidione contingere videmus, dum venenum hoc peſtiferum corpus noſtrum non aperto Marte, ſed cuniculis potius ſubterraneis aggredi percipiunt ſpiritus, civitatis ac domicilii ſui vallis ac propugnaculis exterioribus minoriſque momenti, hoc eſt partibus externis relictis, ad cordis unanimiter ſe recipiunt regionem: propugnaculum videlicet ex cujus defenſione omnis reliqua ſalutis ſpes dependet. Quo facto, cæteriſque jam locis à ſuo milite deſertis & ab hoſte occupatis, ad hanc quoque cordis arcem fit hoſtilis appulſus, idque conflictu ſane graviſſimo exorto inter ſpiritus æthereos & calidos, calore videlicet naturali & benigno prædītos: & venenum peſtiferum flagrans, calore externo & adurente comitatum. Hunc verò conflictum quid quæſo aliud ſubſequi poteſt, quàm ſumma internorum viſcerum, ac per conſequens etiam inteſtinorum inflammatio. Cujus quidem manifeſta ſtatim ſe produnt indicia: ſiquidem à morbo detenti præ nimio quo flagrant æſtu vix lodicibus ac linteis nedum aliis ſtragulis ſe tegi patiuntur, maximaque concomitante inquietudine loca frigida perquirunt. Quæ omnia à *Iuberto Laurentio lib. de peſte* 8. docta ſanè manu depinguntur his verbis: *Pleriſque maxima*, inquit, *eſt inquietudo ob æſtum & pectoris qua premuntur anguſtiam (quo etiam tempore pulſus eſt vehementior & inæqualis) quod ſuſcitati vapores minus difflari & diſcuti poſſint, magiſque incluſus manens calor. Inde fit ut nuſquam conſiſtere valeant huc atque illuc agitati, & in lecto ſeſe dimovere impatientes velamenta abjiciant.*

Cur inflammatio viſcerum in peſte ingens.

Ovidius quoque æſtum hunc, univerſa fermè peſte laborantium extorreri conſueverunt viſcera, ſequentibus verſibus eleganter deſcripſit:

Viſcera torrentur primo flammiſque fatiſcunt.
Indicium robur eſt & ductus anhelitus igni.
Aſpera lingua tumet tepidiſque arentia ventis
Ora patent, auraque graves captantur hiatu.
Non ſtratum non ulla pati velamina poſſunt,
Dura ſed in terra ponunt præcordia, nec fit
Corpus humo gelidum, ſed humus de corpore fervet.

Dum viſcera cæteræque corporis partes interiores, ratione enarrata, potius officinam Vulcani quàm naturalis œconomia culinam moliuntur ſpiritibus ipſorũ à ſulphure quodam nitroſo fervente & febrili, ſicque violentiſſimo ac proprium domicilium conſumente, magis magiſque

giſque torrefactis, ac in tantam ſubtilitatem, quam eorundem diſſipatio proxime excipiat elevatis, contingit, ex natura antiperiſtaſeos, ut corporis exteriora præ frigore & ſtupore comitante interim rigeſcant, motuque ſuo priventur. Quo tempore vita è filo pendente tenui, ni divina omnipotentis intervenerit miſericordia, mors præ foribus victrix adſtat, jamque triumphum meditatur.

Brevis ſu prædictorum epitome. Atque ita hactenus propoſitâ deſcriptione, quaſdam velut umbras & colores induximus, ad faciem peſtis Hippocratico penicillo delineandam, quatenus ei *tempora depreſſa, oculos excavatos, naſum acutum, nares diductas, & ſimilia affinximus.* Id autem ratione peſtium quæ alicuius ſunt durationis præſtitimus, non vero illarum quæ homines ſubito è vivis tollunt interitu, nec idcirco faciem ullo modo immutant. Secus vero in morbis acutis accidit in quibus vultus pallidiſſimus & aſpectu fœdiſſimus mortem propinquam inducit. Id totum autem ad imitationem Lucretii expreſſimus, qui hac graphica peſtem veluti ſub oculos ſubiicit deſcriptione:

ad ſupremum deniq; tempus
Compreſſa nares, naſi primoris acumen
Tenue, cavati oculi, cava tempora, frigida pellis
Duraque inhorrebat, rictum frons tenſa minabat,
Nec nimio rigida poſt ſtrati morte jacebant.

CAP. II.

De ſignis prognoſticis, cæteriſque peſtis ſtupendis effectis: in primis vero horrore, quem univerſo generi humano incutit hæc furia.

DE peſtis præſagiis *ab Hippocrate 3. Epidem.* propoſitis, dictum ſatis: quibus, in doctiorum gratiam ac pleniorem paulo ipſius rei tractationem, ſequentes inſuper prognoſticationes placet annectere. *Indicia peſtis & præſagia diverſa repetuntur.*

Harum autem quædam deſumuntur ab Eclipſibus Solis & Lunæ, à Cometis, cæteriſq; meteoris igneis in ſupra aëris regione apparentibus. Item à rubore cœli diurno, ac diverſorum motuum ac figurarum varietate ſubdiſtincto: quæ omnia ſiniſtro ſuo aſpectu ſi non ſubitaneam luem: tamen eam tandem adducunt, & hunc ſuum veluti poſthumum generi humano obtrudunt. *A cœlo.*

Quatuor quoque anni temporum decurſus præter naturam: ut ver calidum & ſiccum, æſtas calida & humida, non minus ex ſententia ipſius *Hippocratis*, quàm terræ motus, peſtem mortalibus præſagiunt. *Ab anni tempeſtatibus.*

Sic & extraordinaria quædam nubium ſterilitas, vel ipſas fontium perennes deſiccant ſcaturigines, non minus quàm ſi continuo quaſi madore cœlum deſtillet, firmum ac ſtabile peſtis præſagium eſſe ſolet. *A terræ motu.* *A nimia ſiccitate vel humiditate.*

Quin & ex ipſa morborum claſ- *A mor-*

billis & variolis frequentibus.

ſe peſtis ſuos habet præcurſores: ſi nempe frequentiores morbilli ac variolæ communiter exerceant ætatem puerilem, ſive crebræ ex ſententia Galeni phlegmones & carbunculi graſſentur.

Ac licet vulgi hominum tanta capacitas, quæ de ſiniſtris cœli aſpectibus dextre judicare queat, non exiſtat: novit tamen peſtis præſagia ſumere ex plurimis aliis, ut animantibus ac inſectorum præcipue genere,

A nimia inſectorũ copia.

exempli g. ſi plus ſolito campi ſcateant, domusque infeſtentur muſcis: lecti cimicum defœdentur odore: à pulicibus grata interpoletur quies: erucæ hortos, ac cicadæ agros depopulentur: ſique ſimilium inſectorum major exoriatur copia, infallibiles ſane prolicere ſolet peſtis futuræ populus conjecturas.

Ab inſolita avium fuga.

Itemque ſi aviculæ admiranda quadam, in aëris mutationibus ram percipiendis quàm dijudicandis, naturæ ſubtilitate præditæ, aëris incipientem corruptionem percipiendo, ſuæ præcipue ſaluti conſulant, & pullos in prædam fami exponant. Vel ſi armentorum gre-

A repentino armentorũ interitu.

gumque numeroſa repente ſtrages præcedat, quæ quidem venenatos terræ vapores prima omnium excipiunt, eo quod videlicet inter paſcendum capita in terram gerant prona.

Ut vero hac in parte vel iis, qui nimia, ut ita loquar, religione incre-

Supradicta præſagitiones authoritatibus & exemplis confirmantur.

duli, omnem plane humanam providentiam, ſicque prudentiæ partem præcipuam, quod ipſi ea careant, ut impiam ac impoſſibilem rejiciunt, os obturemus: quæ de peſtis præſagiis modo attigimus authoritate & exemplis confirmemus.

Exempla prædictorum.

Legimus in Tito Livio hiſtoriam, poſt ipſum à Sabellico ſuis circumſtantiis copioſius paulo exornatam. Anno videlicet 290. ab urbe

à cœlo.

condita, L. Ebutio, & A. Servilio Conſulibus, cœlum tempore multo omnium cum ſtupore animique conſternatione, apparuiſſe in forma flam-

Flamma ardens.

mæ ardentiſſimæ. Hoc vero cœleſte ſignum brevi poſt maxima ſubſecuta eſt peſtilentia, internecionis ſuæ initia ducens ab equis & bobus: hinc progrediens ad capras & oves, tandemq; ipſos opiliones. Paulò verò poſt ipſa urbe contagio obſeſsâ, tanta hominum ſubſecuta eſt ſtrages, ut veſpillonibus deficientibus, ingentibus excavatis foſſis, absq; ceremoniis ac ordine ullo iniicerentur demortuorum cadavera.

Conſulibus quoque Cornelio Coſſo & T. Quintio Pœno, tanta

à ſiccitate.

Romanum tractum exercuit ſiccitas, ut tam fluminum quàm fontium totalis ferme ſubſequeretur ſterilitas, animantibus brutis ſiti pereuntibus quàmplurimis. Paulo vero poſt earum reliquias invaſit ſpecies ſcabiei malignæ prorſus ac peſtilentialis, adeo ut & ipſos ruricolas inficeret, ſicq; facile contagium in urbem tranſportaretur. In quam ſemel ingreſſum non magis hominibus quàm prius beſtiis pepercit. Huiusque peſtis præter

Livium,

Digitized by Google

Livium, Sabellicus quoque meminit. *Virgilius Æneidos* 3. deſcribit huic plane ſimilem his verſibus:

> *Linquebant dulces animas & ægra trahebant*
> *Corpora, tum ſteriles exurere Sirius agros,*
> *Arebat herba, & victum ſeges ægra necabat.*

Modus fiendi.

1. *Animia cœli ſiccitate.* Neque vero hoc loco exemplis certare animus eſt, nimiam videlicet anni conſtitutionem, cœlive ſtatum plus æquo ſiccum, peſtis ſolere inferre contagium: verum potius in huius rei cauſas paucis inquirere lubet. Ex quarum ordine, immoderata præcipua videtur eſſe ſiccitas, quæ frugibus debitam denegat maturitatem, dum videlicet principio eas è terræ gremio obſtetrice manu, at præcipiti nimis evocat, nutrimentum dein uberius, poſt parcius largitur. Unde neceſſario ſemicoctæ, ſeu potius inæqualiter (eo quod extrinſecus ſint aduſtæ, intrinſecus verò adhuc plane crudæ, inſtar carniū nimia ignis violentia aduſtarum potius quàm toſtarum) indigeſtionis, variarumque cruditatum cauſa exiſtunt. Quibus adde, immenſam hanc ſiccitatem, humores quoque corporis noſtri torrefactos primum inſpiſſare, qui tandem in atram (unde anthraces poſtmodum progerminare ſolent, & carbunculi) bilem convertuntur.

Quin eadem nimia ſiccitas, ſpiritus noſtri corporis caloremque nativum diſſipando, cunctas illorum functiones evertit roburque imminuit. Quæ, tanquam umbra corpus, poſtea ſubſequuntur digeſtiones pravæ, cacochymiæ humorumque putredines, quibus tandem, vel ipſa in corpore noſtro diuturniore mora, ingenerantur malignæ & peſtiferæ qualitates.

E contrario vero, anno 194. urbis conditæ, qui ob continuas à menſe Octobri ad Aprilem uſque pluvias, annus pluviarum dictus fuit, nimia de cœlo deſcendens, corporaque omnia diffluere faciens humiditas, non minoris quoque contagii in locis aquoſis, quale totum fere Belgium exiſtit, autor extitit: (de quo conſulere licet Jacobum Meierum) utpote quæ non tantum omnium quibus veſci conſuevimus naturalem temperiem invertendo, peſſimum animantibus præſtiterit nutrimentum, verum etiam probos corporis noſtri ſuccos pari ratione ad peſtis ſeminarium facilius recipiendum diſpoſuerit. *2. A humida tate.*

Anno vero 217. urbis conditæ M. Cornelio Megalinenſi & L. Papinio Craſſo Conſulibus, ingens terræ motus, maximæ ſubſequuturæ peſtis fuit nuntius. *3. A terra motu.*

Anno primo regni Veſpaſiani (quo & capitolium Romanum incendio vaſtatum eſt) tres inſigniores urbes in regno Cypri terræ motu ſubverſæ, univerſæ Italiæ peſtem maximam præceſſerunt, ita ut *Euſebio teſte*, Romæ quotidie decem hominum morerentur millia. Cuius quidem rei ratio ſpirans nec paucis incognita hæc adferri poteſt: quod videlicet per talem motum, terræ *Cur terræ motus peſtem præſagiant.*

D 3 quod-

quodammodo reſerata penetralia recluſaque viſcera diutiùs hiantia, malignos ac peſtiferos, ex beſtiarum aliorumque quæ alit, naſcentium venenatorum, ſpeluncis aſcendentes, emittant vapores & halitus quam plurimos.

4. *A fame.* Famem quoque inſigniorem per totam ac univerſam aliquam provinciam ſe extendentem, communiter peſtem portendere, hiſtorici de territorio Romano loquentes, pluribus in locis teſtantur.

Quin etiam peſtem, famemq; conjunctis quodammodo viribus hanc Urbem tanta cum vehementia afflixiſſe ſæpe legimus, ut vel duriſſimæ cervici horrorem incutere ſola hiſtoria queat. Exempla huius rei contigerunt anno urbis conditæ 300. Conſulibus P. Curiatio & S. Quintilio. Item anno 320. Conſulibus M. Fabio Vitulano & M. Floccio Flaccinate. Sic anno 341. Conſulibus Q. Fabio Ambuſto, & C. Furio Parillo. Denique anno 361. L. Valerio Porcio & M. Manlio Capitolino Conſulibus.

Sin autem huius rei cauſas timemur penitiores, principio reperiemur tria hæc, *Peſtem, Famem, & Bella*, præcipua eſſe Dei omnipotentis, quibus mortalium viſitare iniquitates ſolet, flagella, ut patet ex Davidis hiſtoria, cui Deus ipſe ob dúo quæ commiſerat peccata maximè enormia, adulterium videlicet, & homicidium, inter hæc tria pœnarum genera electionem permiſit. Hæc autem aliquando ita inter ſe cohærent, ut vel ratione à ſe invicem vix ſeparari poſſe videantur: uno videlicet alterius cauſa exiſtente proxima. In cujus quidem ſententiæ confirmationem, niſi ſcopi noſtri principalis potior habenda eſſet ratio, adferri poſſent hiſtoriarum myriades. Verùm enim verò cum Medicum potius agamus quàm hiſtoricum, ſufficiet nobis teſtimoniis & rationibus aliorum Medicorum, famis, & peſtis inter ſe cognationem, ac quaſi reciprocationem demonſtraſſe. *Galenus lib. 1. de bonitate & vitio ſuccorum*, meminit peſtis quæ Romam afflixit crudeliſſimè, quamque continuo excepit haud mitior fames. *Avenzoar Arabs idem lib.* 3. *tract.* 3. *cap.* 4. teſtatur. Plutarchus quoque in vita Alexandri narrat, poſtquam in expeditione Indica milites eius maxima cum fame diu multumq; fuiſſent conflictati, variiſque promiſcuè ac peſſimi ſucci herbis, foliis, radicibus, truncorum corticibus, quin & cornibus, ac demortuarum beſtiarum ſemiputridis veſci cadaveribus coacti fuiſſent: peſſima hac victus ratione, tantam non tantum putredinem, ſed & qualitates contraxiſſe venenatas, ut in ipſo reditu, poſt tam varios exantlatos labores, peſte à veneno in propriis ipſorum corporibus genito orta, miſerè fere omnes perierint.

Deinde ex ſimilitudine ſeu potius identitate vocũ Græcarum, duo hæc mala exprimentium, quæ ſunt λοιμὸς & λιμὸς: quis naturarum quoque in ipſis ſimilitudinem ſignificatis non arguat? *Fames & peſtis idẽ ferè ſonant Græcè.*

Utrum-

Utrumque ſatis convincit Delphicum oraculum, quod cum conſulentium animos, celeritate, qua in vocum harum altera utebatur pronuncianda, reliquiſſet in ſuſpenſo: utrum videlicet horum duorum malorum ab ipſis expectandum eſſet: hoc ipſo ſatis ſignificavit, utrumque ſimul (non aliter ac eorum nomina in unum quaſi contraxerat) hoc eſt, *Peſtem & famem* conjunctis viribus Græciam afflicturum, id quod & factum eſt anno ſecundo poſt bellum Peloponeſiacum.

5. Ab inſectis. Inter beſtias verò ſeu potius inſecta, quæ ſua abundantia in hoc Galliç noſtræ regno peſtem vel alium ſaltem aliquem popularem morbum prænunciare ſolent: primum ſibi locum vendicare videntur Cyniphes inſectorum alatorum genus, qui ſæpe ternos aut quaternos annos continuos, vernò tempore, maximo exercitu arborum genus univerſum operiunt, quique dum folia omnia depaſcuntur, ipſorum quoque fructuum partim maturitatem præcipitant, partim ipſos corrumpendo quandam annonæ charitatis ſpeciem introducunt: præcipuè verò quod ex maxima aëris corruptione pronaſcantur, certiſſima contagia prænunciant. Hanc tamen aëris corruptelam homines prudentiores, qui de ſalute tum amicorum tum propria ſunt ſoliciti, tam evacuatione pravorum humorum in corporibus per hyemale tempus progenitorum, quàm diætæ mutatione facile declinant. Ad cuius confirmationem facit locus *Sabellici lib. eius 9. En. 5.* quo enarrat Africam aliquando tanta locuſtarum copia fuiſſe repletam, non ſolum omnes herbas arborumque folia, verùm & fructus ipſos depaſcerentur: quibus poſtmodum ab Auſtris in mare ipſum deturbatis, tanta ſubſecuta eſt putrefactio aquarum, ut brevi pòſt univerſus inde inficeretur aer, ac tantam ſecum introduceret peſtilentiam. ut in regno Africæ undecim centena hominum millia, brevi temporis ſpatio interirent. Quin & Africæ terminis circumſcribi ſe non paſſa eſt hæc lues, ſed mare in Italiam, Romam uſque tranſvecta, maximam quoque inibi ſtragem exercuit, ut videre eſt apud *Auguſtinum lib. 3. de Civitate Dei cap. 31.*

Præſagitura aliquando peſtilentia per prodigia. Hîc quaſi in tranſitu notare lubet, peſtem quandoque etiam non naturalibus præſagiis portendi, ut patet ex miraculo, ſeu mavis vocare præſtigio, quod in urbe Lavinia accidit, Conſulibus L. Æmilio Paulo, & Cn. Belio, lachrymas effundente ſimulachro Junonis ſoſpitis, quas tanta mox hominum peſte ſublatorum eſt ſubſequuta internecio, ut tota ferè civitatis incolis orbaretur: *vide Iul. Obſeq. cap. 13. de prodigiis.*

Neque hic moramur Criticorum cenſuras, quibus frequentiorem hiſtoriarum allegationem, in hoc tractatu à nobis factam, minus placere haud ignoramus: ſola quippe voluptate & utilitate ſumus contenti, quæ ex illis ad plurimos propalatur.

Quod

Digitized by Google

Quanta ſit peſtilentia malignitas & horror.

Quod ſi Furiæ huius, qua inter necandum uti ſolet, ſpectes crudelitatem, vix fieri poterit quin ingemiſcas. Primo namque corporum noſtrorum ſtrage non contenta, manifeſtam ingenerare ſolet optimè alioquin natorum animis impietatem : dum nimia peſtis formidine officii ac charitatis qua proximo ſuo obligati ſunt, turpiter obliviſcuntur.

Quanta enim mentis conſternatione videas, peſte domum ſeu familiam aliquam infeſtante, parvulos quorum ſpes omnis à maioribus dependet deſeri, filios à parentibus, parentes à filiis, uxores à maritis, & maritos ab uxoribus : Idque tanta animorum exolutione, (cui propellendæ ne ipſa quidem ars Medica æquivalens adhuc reperit remedium) ut vel ex ipſorum Medicorum genere, nulli, aut ſanè pauciſſimi reperiantur, qui non huius Megæræ inexorabilem tyrannidem remis velisq; omnibus, ut ajunt, fugiant. Quæ ſæpe ex Oriente in Occidentem, è Septentrione in Meridiem, mira ſe recipit, & omnes circum regiones populatur, velocitate : quæque clanculum dum nos maximè liberos ab eius incurſionibus credimus, à tergo adoriens, ſine diſcrimine, non modo ætate provectiores, ſed & juniores, viros & fœminas abripit : ac non ſolum populoſiſſimas civitates, verùm & integra regna, ſæpe momento in ſolitudines ac deſerta tranſmutat.

Peſtis arbores aliquando adoritur.

Neque verò crudelitas eius, obiectum in quo exerceatur ac occupetur, amplum ſatis reperit genus humanum cæteraque animantia, verùm & in ipſum genus vegetabilium, virus ſuum frequentiſſimè effundit, diciturque hæc infectio à Græcis στροβολισμὸς, Latinis ſyderatio.

In ſumma ſi calculus eorum qui diverſis in locis vel unica die peſte occubuerunt inſtituendus à nobis eſſet, myriadum myriades facillimo labore colligeremus, ſufficit ergo in huius rei fidem ſequentes allegaſſe hiſtorias.

Hiſtoria multivora peſtis.

Memorande peſtilentiæ quæ olim contigerunt : Seleucia.

Referunt antiquitates, olim in Seleucia templum Apollini ſacrum inprimis fuiſſe celebratum trunco quodam ſeu ciſta deaurata, in qua maximum theſaurum fama mendax ferebat aſſervatum. Cùm verò profani quidam milites etiam ipſi Deo ejusque cultui conſecratis quantum in ipſis eſt non parcentes, avaritia obcæcati, ſacrilega manu dictam ciſtam aperirent, ut recondito in ea theſauro potirentur : hanc prædam reportarunt, ut ex infeſto illinc prodeunte, ac in univerſum mox aerem ſe extendente vapore, non ſolùm Seleucia urbs, verùm etiam univerſa Babylonia, mox & Græcia, tandemque ipſa inficeretur Italia : ac tanta ſubſequeretur peſtilentia, cui vix ſimilem ab hiſtoricis reperias deſcriptam.

Romæ.

Regnante Imperatore Commodo, prout referunt Dion, Nyſſenus, & Xyphilinus, contagioſi huius veneni in Italia tanta fuit infeſtatio, ut

ut in urbe Roma quotidie jugularentur duo hominum millia.

Conſtantinopoli. Volaterrano teſte ſub imperio Leonis Iſaurici, Conſtantinopoli, paucis diebus Peſtis gladio cecidere, ter centena hominum millia.

Jacobus à Partibus quoque meminit peſtis, quæ anno 1345. quinque annorum continuorum ſpacio, mediam univerſi humani generis partem è vivis ſuſtulit.

Florentia. Anno ſalutis 1400. paucis diebus Florentiæ quæ urbs eſt Italiæ, peſte è vivis diſceſſere, triginta hominum millia.

In Germania. Ac ut parentum quoque noſtrorum refricemus memoriam, traditum ab ipſis habemus, anno 1529. contagioſum quendam ac peracutũ morbum, quem, quod ex Anglia primùm advolaſſe crederetur, ſudorem Anglicum nominabant, tanta cum vehementia univerſam Germaniam afflixiſſe, ut homines infinitos 24. horarum ſpacio perimeret. Teſtanturque hiſtoriæ, hoc malum paulò antè in Angliæ regno ſub Henrico VII. ob nimiam hominum pariter ac beſtiarum internecionem tantam deſolationem invexiſſe, ut aves ſylvas inhabitantes contagii metu nidos, feræ cavernas, ſerpentes cum reliquo ſubterraneorum genere incognitos ſuos receſſus, in vanum deſererent. Id quod ipſorum demortuorum hinc inde per campos jacens multitudo ſatis commonſtravit. *In Anglia*

Sed quare è longinquo accerſimus id quod præ foribus nobis verſatur. Anno ſiquidem 1466. hæc Pariſiorum urbs, pauciſſimo tempore, quadraginta civium ſuorum peſte jugulatorum conſpexit millia, Ricio Neapolitano referente. *Pariſiis.*

Cuius porro præ horrore, ut cum poeta loquar, non ſtent comæ, dum legit inauditam illam quam peſtis in Galliæ urbe *Aix en Provence* exercuit ſtragem. *Aquis grani.* Eius ſiquidem tanta fuit malignitas ac ſubita pernicies, ut vel infectorum anhelitus quamcunque ſani corporis partem contingeret, eam continuò plurimis ardentiſſimis puſtulis coinquinaret: pluribus etiam menſæ accumbentibus, ciboſque interdum deglutiendo, animam vomentibus. Unde non abſque cauſa tanta animorum ſuborta dejectio, ut plurimi eorum, ac ſi de interitus ſui hora divinitùs fuiſſent admoniti, ſemet vivos ſanoſque ſudariis inſuerent ipſi, certò ſcientes poſt mortem, qui hoc charitatis ſupremum munus ipſis præſtaret, fore neminem.

In Gallia, & præ ertim Lugduni. Silentio hoc loco præterire placet peſtem noſtri temporis, quæ non tantum Lutetiæ Pariſiorum, verùm & apud Lugdunenſes, aliaſque Gallici regni inſigniores regiones mira velocitate vita ſpoliavit cives innumeros, eadem planè qua Londini Angliæ urbe ratione.

Leonina porro contagii huius rabies, vulgari hominum carne ſatiari neſcia, loco bellariorum fortiſſimos ac literatiſſimos quoſque, quin & eos qui dum cunctis proderant & nemini nocebant, vitam degebant innocentiſſimam, abſumpſit. Ut latè paten-

patentem ſuam in omnes paſſim, tot cladibus manifeſtaret dominationem.

Pro concluſione huius capitis ſubjeciſſe ſufficiat, ea quæ *Thucydides*, *Galenus*, *&* *Manilius* narrant accidiſſe iis, qui è magna illa Athenienſium peſte evaſerunt. Videlicet quòd inter alia ſymptomata ac cicatrices, quas poſt cruentam illam victoriam circumferre cogebantur, iſthæc fuerint: tanta videlicet præteritorum (quæ reliquarum animalis facultatis potentiarum haud exiguam debilitationem neceſſariò arguebat) oblivio: ut eorum quidam ne parentes quidem proprios agnoſcerent, nedum amicos & vicinos, alii inſuper proprii etiam nominis obliviſcerentur, alii præterea viſu privarentur. Alii paralyſi manuum corriperentur: alii generandi organis orbarentur. In aliquibus verò dicti veneni rantæ ſe manifeſtabant reliquiæ, ut lymphaticorum inſtar ac ratione carentium, per plateas & vicos diſcurrerent. Unde ſanè manifeſtum evadit, hoc peſtis venenum quandoque non ſolùm vitalem, ſed & animalem ſimul oppugnare facultatem. Cuius quidem obſervatio, in abſtruſiorum peſtis cauſarum peritiore inquiſitione reſervatur.

Variæ ac diverſæ peſtis efficientes cauſæ: externæ, antecedentes & coniunctæ: item de peſte cæleſti brevis enucleatio ſuſcipitur.

Cap. V.

Quam plurimi philoſophorum non minus doctrina quàm authoritate graves, ſapienter ſanè atq; judicioſe hanc rerum univerſitatem in duos diviſere globos, ſuperiorem videlicet & inferiorem: illum æthèrea regione comprehenſum appellantes cœleſtem, hunc verò elementarem. Simul & mirabilem illam inter utrumque harmoniam, ſeu συμπάθειαν eousque propagarunt, ut omnium quæ in inferiori hoc globo conſpiciuntur, archetypum in ſuperiori reperiri, conſtanter docerent: differentiâ in ſolo perfectionis gradu collocatâ. Nullus enim dubitat quin cœleſtia elementaribus ſpiritualia magis & formalia, hæc verò illis magis ſint materialia & corporea. Cùm verè hac de materia alibi paſſim egerimus: hoc loco τὸ ὅτι indigitaſſe ſufficiet, ſimul facta mentione eorum, qui hanc præcæteris illuſtraſſe ſpeculationem videntur: Ut ſunt magnus ille licet obſcurus Hermes Triſmegiſtus, in tabula ſua ſmaragdina: Joannes Picus Mirandula in ſuis Hepta. Franciſcus Georgius Venetus in harmonia mundi. In primis verò Marſilius Ficinus oculatiſſimus ille *Platonis* interpres in commentariis quos ſcripſit in Timæum.

Mundi in duas ſphæras ſive globos diviſio.

Ad huius mundanæ diviſionis imitationem, nos quoque peſtem dividemus in *cœleſtem*, ſic dictam, quod cauſæ eius efficientes magis ſubtiles & ſpirituales eo ipſo originē ſublimiorem arguere videantur: & *Elementarem*, utpote cuius cauſæ prioribus

Hinc Peſtis in cœleſtem & Elementarem diviſio.

ribus magis corporeæ, ac materiales, ſicque minus obſcuræ ſeu occultæ nobis exiſtant.

Ac cœleſtium quidem peſtilentiarum cauſæ ab Aſtrologis, teſte *Cardano lib.* 2. de venenis, collocantur in planetarũ conjunctionibus ac aſpectibus ſiniſtris, *e. g.* Jovis & Saturni: item Martis, Jovis & Saturni: Martis & Saturni, aut Jovis & Martis: ſiq; fiat ſub ſignis aëreis, puta aquarii, libræ, ſcorpionis, vel etiam ſub geminis, & virgine, eclypſi ſimul Solis aut Lunæ ſuperveniente. Tunc enim ajunt præſentiſſimam ac maximam portendi peſtem: *Tanquam fatali ac deſtinata mundi lege: conſcia enim fatorum ab eis habentur ſydera.*

Unde peſtes cœleſtes exoriantur.

Non tamen omnes hanc approbant ſententiam: quibuſdam ſyderum cœleſtium vim ac influentiam in elementis terminari, mordicus defendentibus, eo quod ſydera videlicet ad creaturarum rationalium potiùs bonum quàm detrimentum condita ſint, de quo ſupra.

Utrum corporum cœleſtium influentia aliquid poſſit in hæc inferiora.

Cap. VI.

Cauſæ efficientes, externæ & internæ, antecedentes & coniunctæ, peſtilentiarum elementarium & inferiorum.

Atque hactenus *de peſtilentia cœleſti ac ſuperiori* à nobis appellata, ſatis ſuperque, quantum quidem per rei ipſius obſcuritatem, fixasque cruces licuit, à nobis dictum videtur: ſequitur *elementaris*, cujus, prout morbi nobis communioris cauſæ, ad intellectum humanum magis videntur proportionatæ.

Ac licet harum elementarium peſtilentiarum, tam internæ quàm externæ cauſæ adferri poſſe videantur quàm plurimæ: nos tamen præcipuarum ſelectione facta, reliquum ſtudium in Philoſophorum veterum ac recentium hac de re opinionibus trutinandis, ac quantum fieri poterit conciliandis, in primis verò in ſeligenda ex utriſque ſaniore ſententia collocabimus.

Quibus de rebus hoc in capite Auctor agere inſtituat.

Galenus lib. 2. *de diff. febr. cap.* 5. unanimi reliquorum dogmaticorum applauſu ſtipatus, omnem peſtem ex *aëris putrefactione oriri contendit.*

1. Aer corruptus.

Teſte quoque *Aetio & Ægineta*, poſt magna prælia, ex cadaverum copia ſepultura carentium, aër terris exhalationibus, tanquam inquinamentis pari ratione infectus, peſtis ſeminarium in loca circumjacentia diſpergit.

Avicennas tractans de cauſis corruptionis in genere, poſtquam earum quamplurimas in medium adduxiſſet, tandem hanc quoque ſubjungit: ex lino videlicet & canabe in ſtagnantibus aquis (in quibus, ut certum quendam lentorem acquirant, magisque evadant tractabilia, communiter macerari ſolent) putreſcentibus: tantum aëri communicari ſæpe fœtorem, tantamque in eum diſſeminari putrilaginem, ut talibus in locis, hanc ſolam ob cauſam, peſtis non rarò graſſetur.

Stagnantes aquæ quomodo aere inficiant.

Digitized by Google

Sententiæ prædictæ improbantur.

Ut verò de hiſce authorum opinionibus, citra gravioris in nos cenſuræ metum, judicium noſtrum interponamus: dicimus eos qui principalem peſtis cauſam attribuunt corruptioni vel aëris, vel aquarum, vel etiam humorum intra corpora noſtra contentorum, licet ratione planè non deſtituantur: quæſtionis tamen ſcopum non attingere. Siquidem in ipſo quaſi limine offendentes (immemores illius axiomatis philoſophici, *qui bene diſtinguit bene docet*) neceſſarias ante omnia corruptionis diviſiones præmittendas omittunt. Simulque ſpirituum Arſenicalium, Napellinorum & Aconitalium, nullam mentionem faciunt, qui tamen tùm inter ſe variè mixti, tum per ſe ſigillatim, peſtis contagium (id quod nulli corruptionis generi, hujuſmodi ſpiritibus deſtituto, contingit) excitare poſſunt.

Rationib.

Si enim magnus fœtor ingentis quoque corruptionis index exiſtit: quis major eſſe poteſt, quàm latrinarum ac reliquarum, ad quas omnis generis ſordes confluere ſolent, cloacarum? Ab illis tamen peſtis non continuò excitatur, prout qui talia purgare loca ſolent, ſatis comprobant. Unde certè conſequitur, Peſtes, graviſſimam etiam, cæteris ſecluſis, corruptionem minus inferre poſſe.

Præterea quid quæſo Empyorum purè ſordidius? quid apoſtematis ſuppurati, ac diutius in corpore ſtabulantis odore abominandum magis? quid ſphaceli & quidem mortificati exitio præſentius? In his verò peſtis abſcondita ſeminaria nullus unquam ineſſe docuit.

Ac ut exemplo, rem expediamus, nemo eorum qui peregrinando, ut plurium regnorum ac civitatum viderunt mores, ſic territorii ac loci cujuslibet obſervarunt commoda, ac incommoditates, nullus unquam horum viſus eſt, qui fœtori platearum Pariſienſium aliquem ſimilem ſubodoratus fuerit. Non minus verò hujus urbis incolis notum eſt, loca ſæpenumero circumjacentia peſtis contagio ipſa urbe longè gravius affligi. Cujus rationem multi Medici hanc reddere auſi fuerunt, prædictam nimirum platearum corruptionem ſeu putredinem incolis familiarem, aëris corruptioni contagioſæ fugandæ exiſtere idoneam.

Exemplum.

Quin & ſæpius audiviſſe me memini, in urbe Calete, tempore perfumationis halecum incredibili fœtore conjunctæ, urbem ſæpenumero à peſtis quo tenebatur contagio eſſe liberatam.

Placet huc conferre ſimilem locum ex *Alexandri Benedicti lib. de febre peſtilenti, ſub finem cap. 6.* ſcribentis, *Silentio hic præterire non poſſum, exemplum hoc, noſtro maximè tempore commemoratione dignum, ab opulento quodam Cretenſi Mercatore mihi relatū. Ipſo nimirum in Turcia negotiante, ſaviſſimam obortam fuiſſe peſtem, cui cùm diu nullis reſiſti conſiliis potuiſſet; tandem cujuſdam Medici inter Sarmatas habitantis* *ſuaſu,*

Mirum peſtis abigendæ conſilium.

Digitized by Google

ſuaſu, quàm plurimos occiſos priùs canes cùm in plateas eieciſſent, ingentem paulò poſt ex cadaveribus ipſorum prodeuntem putredinem ac fœtorem, peſtem feroсiſſimam licet, facile abegiſſe: quam quidem conſuetudinem in hodiernum uſque diem apud Sarmatas ſartam inviolatamque aiunt ſervari.

Putredo ſiquidem in dictorum canum cadaveribus correpta, in aërem exhalans, ejus corruptionem animantium generi mortiferam neceſſariò immutat. Cujus quidem immutationis diſcordia ac diſſimilitudo rerum, cauſa exiſtit. Unde & unum venenum ſæpè fugare alterum, proculque abigere obſervamus. Quod & ipſum inſignis quidam naturæ perſcrutator Zoar nomine, referente Benedicto, conſtanter affirmat.

Nos tamen, ut quod ſentimus liberè profiteamur, horum philoſophorum explicationi, ut ex parte erroneæ, ſuffragari planè non poſſumus. Ut enim ſi malum malo addideris, ſic etiam ſi venenum veneno miſcueris, nunquam reſultabit bonum vel ſalutare.

Ut taceam hoc loco, licet corruptiones dictas, quas illi abigere peſtem contendunt, ad ipſam producendum ſolas judicemus impares: tamen cæteris paribus ad eam ſubtilitatem elevari poſſunt ut contagium potiùs promoveant, quàm ejus inhibeant curſum.

Quænam ſit propria peſtis elementaris cauſa. Quocirca, vera cauſa peſtis efficiens ſimplici corruptioni adſcibi, nec debet nec poteſt, ſed ſoli corruptioni venenatæ ac mortiferæ, ſeu ſi dicere malis, corruptioni ſpiritibus venenatis, mortiferis, malignis, Arſenicalibus, Napellinis, ac Aconitalibus, ac in ſumma talibus, qui ſalutaribus ac vitali nectare plenis ſpiritibus naturalibus è diametro adverſantur, concomitatæ. Hi namque ſpiritus, ut ſimile ſimili, ob ſubtilitatem ſuam, ac tenuitatem ſummam ipſi quoq; aëri facilè ac perfectè miſcentur: aër verò inſpiratione ac tranſpiratione, per os, nares, aures, totumque corporis habitum undiquaque pervium, interiora ſubiens, dictis ſpiritibus vehiculi loco ſubſtratus, ac ſpiritibus noſtris permixtus, eos facilè inficit & contaminat, è qua demum infectione peſtis ipſa procreatur, ut ſuperius patuit.

Aqua corrupta. Poſt aërem, aqua quoque corpus molle & liquidum impreſſionibus talium peſtilentialium ac lethalium ſpirituum ſuſcipiendis, non minus accommodum exiſtit vehiculum.

Quin &, ut jam ſupra à nobis demonſtratum eſt, alia plura reperiuntur (ſi modò rara fuerint mollia, ac ſpongioſa) magis terreſtria, qualia ſunt lana, laneæque veſtes, lintea, coria, pelles, chartacea omnia, ac ſtraminea: in quibus hi ſpiritus, longiſſimo etiam tempore, tanquam in fomite deliteſcere poſſunt.

Ac ut uno verbo quod ſentio dicam, rei hujus in tam edito ac illuſtri loco collocata eſt veritas, ut de ea dubitare proprii accuſare ſit lumen judicii.

Aqua ve- Quin & *Aretaus anima Hippocratis* à

neno corrupta pestem aliquando inducunt.

doctis non immeritò appellatus, aquas publicas veneno, & quidem peſtilentiali, inficiendi conſuetudinem apud Græcos uſitatam ſatis declarat, dum ait: *Quocirca neque à ratione alienum fuit, in peſtilentia quæ Athenas tam graviter afflixit, nonnullorum opinio exiſtimantium, in puteos Pyræi à Peloponenſibus venena fuiſſe conjecta: homines enim peſtilentis morbi cum lethalibus medicamentis ſimilitudinem ignorabant.* Rationi ab Aretæo allatæ *Galenus* ipſemet ſubſcribit, dicens: *Talem vim peſti ineſſe, qualis in deleteriis medicamentis ineſt.* Ac fermè univerſa doctorum cohors unanimiter aſſeverat, peſtilentiale venenum non modò ſimilitudinem, verùm & identitatem cum beſtiarum virulentarũ veneno habere. Unde & *Galenus* utrumque venenum eodem Alexipharmaci ſeu Antidoti genere, Theriaca videlicet, ac Bolo oppugnabat.

Putei Galliæ à Judæis veneno infectis peſtilentiam procreant.

Ex Æmilii quoque loco hæc Aretæi ſententia non parum ſtabilitur, qui ſic habet: Anno 1320. regnante Philippo Longo, Rege Franciæ, peſtis quædam maxima ac extraordinaria Galliam afflixit, fraudeque humana (addit) potiùs quàm vitio cœli, ita ut numinis vi crederetur id malum ſævire. Additq; Judæos priùs à Philippo dicto Pulchro, in exilium " expulſos, brevi verò poſt à filio ejus " Ludovico Hutino in integrũ reſtitu- " tos, partim ut præteritarum injuria- " rum vindictam inirent, partim et- " iam ut Satrapis & Regibus Saracc- " norum, fidei Chriſtianæ hoſtibus " capitalibus obtemperarent, eò fuiſſe " impulſos: ut leproſis quibuſdam, o- " ſtiatim ac vicatim eleemoſynam col- " ligentibus ad id conductis, omnes " quoſcunque pertranſirent, puteos " lethali ac peſtifero veneno infici curarent. " Quo facto tanta aquarũ ſub- " ſequuta eſt univerſalis corruptio, ut " contagii cauſa in hac delitеſcere me- " ritò judicaretur. Id quod ex Judæo- " rum & Leproſorum confeſſione, " quæſtionibus & aculeis extorta, ſatis " patuit.

3. Contagium alicui corpori inhærens.

Peſtis verò contagium non modò mediantibus aëre & aquis, rebus quodammodo univerſalibus, aliiſque magis particularibus, puta veſtimentis, linteis, reliquiſque mobilibus peſtiferorum attrectatione inquinatis, contrahitur: verùm à deteſtandis malè feriatorum quorundam hominum, quos veneficos vocamus, ingeniis atribuſque diabolicis,

4. Veneficium.

quarum medio certa quædam in unguenti formam contemperare venena, eademque portarum cornicibus affricare conſueverunt, ita ut qui eas vel leviter attigerit, ſubtili hoc veneno ſtatim per cutis poros, & arteriarum extremitates, vehiculo diaſtoles, quæ vectoris vicem ſubit, ad cor ipſum uſque penetrante, peſte ſtatim corripiatur, cui vix ullum humana induſtria adhiberi poteſt remedium.

Ipſe quoque in Sabaudia, & quibuſdam Helvetiæ locis qui undique editiſſimis montibus circumvallantur degens, ac inter alios Medicos in cognitione ſimplicium probè verſatos evocatus, ad dijudicatio-

Digitized by Google

cationem quarundam herbarum, quibus loca illa ſcatent, non tantùm à veneficis, ad homines ac beſtias necandas, verùm etiam ad peſtem tum generandam, tum ad eius contagium evitandum adhibitarum confeſſionem horum veneficorum judicibus factam, cum aliis meis Collegis veram animadverti. Hac illi confeſſione ſe à diabolo edoctos fatebantur, ut expreſſos *Napelli & Aconiti*, probeque permixtos invicem ſuccos aliis quibuſdam venenis (quorum hoc loco mentionem facere, ut à propoſito noſtro alienum, ſic minimè foret conſultum) pernicioſiſſimis admiſcerent, iiſque ſecundum artem uterentur.

Quod revera venefici venena miſceant.

Antidoti verò loco præſtantiſſima quæ habemus Alexipharmaca, ab eodem Dæmone ſe accepiſſe omnes ſumma cum admiratione audivimus. Id verò ſatis ſuperq; Iudices certiores faciebat, malignos ſpiritus non imaginatione tenus, ſed revera, quam ipſa confirmaret experientia, mortiferas id genus mixtiones veneficos iſtos docuiſſe: cùm homines imperiti, & è media plebe mulierculæ maleficis artibus addictæ, per ſolam imaginationem & phantaſiam, tam lethifera cognoſcere venena & ſpecifica alexicaca nunquam potuerint.

In hac porro indubia magis ac magis confirmatus ſum multis ac variis modis ſententia, poſtquam ulteriore veritatis ſolius indagatione pellectus, infinitos ferè veneficorum judiciales proceſſus evolvi, in quibus omnibus, miram vidi conſonantiam. Qua procul dubio conſiſtit, me non temere peſtis venenum potiùs qualitati cuidam Napellum ac Aconitum, quod à nullo fermè veneficorum hæc oblita ſint, naturæ ſimilitudine referenti: quàm nudæ exquiſitæ licet, aëris corruptioni tribuiſſe.

Veneficij illius baſis Napellus ac Aconitum.

Dico autem (ne quis dicta mea in calumniam inducat) venenum quod analogiam cum Napello & Aconito habeat: non verò quòd ipſe Napellus aut aconitum realiter ac immediatè (quod eſſet abſurdum) peſtiferas omnes infectiones inducat. Hac ſiquidem ratione ſequeretur, tum regiones & plagas his venenatis plantis carentes, tum iiſdem quodammodo refertas: illas quidem nullas prorſus, has verò continuas peſtilentias experiri. Huius quippe rei vel ipſa experientia ſatis falſitatem convincit. Similitudo verò quam lues peſtifera habet cum Napello, præ reliquis videtur inſignior: utpote quod peſtis inſtar, ſingulari quadam velocitate, tam homines quàm beſtias necare ſolet.

Qua ratione Napellus & Aconitum peſte producent.

His adde quod dicta hæc venena minimè qualitate agant manifeſta, puta calore intenſiore, cauſtico ac adurente, vel ſtupefaciente frigore, ſed potius occulta, maligna, aut ut uno verbo dicam, *qualitate peſtilentiali*: utpote quæ non aliter quàm per ſolos concipi effectus, ut & ipſius peſtis contagium, poteſt. Qua ſola effectuum ſimilitudine peſtis *venenum Napellinum & Aconitale dicimus.*

Qua ratione agant venena ſupradicta.

Cùm

Cur venena quadam Aconitalia & Napellina author nominaverit.

Cùm igitur in Medicina noſtra nihil communis exiſtat, quàm varias rerum, ac inprimis humorum qualitates nuncupare à ſimilitudine effectuum (ut caloris vel alrerius cuiuſdam accidentis) quam cum aliis rebus habenr: id quod vel ex ſola bile flava ſatis innoteſcit, quam variè corruptam modò æruginoſam, modò porraceam nominamus, cùm peſtis ad Arſenici, Aconiti & Napelli quàm proximè accedat effectus: quis ram iniquus rerum judex nos, in hiſce denominationibus introducendis, potius noviratis ſtudio, quàm veritatis clarius proponendæ amore ductos, calumniari non verebitur?

Ut autem magis ac magis ordinem horum inter ſe venenorum & proportionem inſinuemus: juvar *Theophraſti* ſententiam hîc loci producere, qui quidem ait *lib. 9. de plantis capite* 19. Quod radix Thelyphonij herbæ quæ aliis ſcorpio dicitur, ut ſcorpionem ad vivum repræſentar, ſic eidem impoſita ipſum momento quaſi enecer, licer poſtmodum ſi Helleboro albo fricerur, rurſus ille quodammodo reviviſcat. Similiterque illud de eadem planta aſſerit, quod ſi ejuſdem vel ſola folia, viginti quaruor horarum ſpacio, teſticulis animantium applicentur, eoſdem interimar.

Quomodo venenum peſtiferum Arſenicali & aliis comparetur.

Quidni ergo vice verſa in iis quæ propria experientia talem aliquam harmoniam, ſimilitudinem, ac analogiam referre obſervavimus, pari ratione doctam antiquitatem imitando, murua non utemur denominatione? *Plinius lib. 27. cap. 1. de Aconito Parthalianche* poſt Theophraſtum in ſequentem ſcribit ſententiam. Quî ergo ſolicitæ antiquitatis labor ac diligentia, qua par eſt obſervatione non colerur, in explorando Aconitorum natura, quæ mira celeritate, ſolo videlicer contactu animantium genitalibus applicata enecanr? Quin & odore ipſius glires (unde & Myoctonon Aconitum dicitur) pereunrur.

Quãtum ſit Aconiti venenum.

Cum verò peſtis majori adhuc violentia ac ſubtilitate (urpote quæ ipſos homines ac reliqua animantia non ſolùm contactu, verùm & odoratu ſolo, & aſpectu, è longinquo ferire ſoler) venenum præcedat: nihil erit abſurdi, ſi ob actionis ſimilitudinem, eandem Aconiti denominatione exprimamus.

De Napello.

Signatura.

Sagax verò ac provida natura malignitatem ejuſdem Napelli quod Aconitali longè ſubtilius agit & velocius, hieroglyphico veluti calamo ad vivum expreſſit, dum in floribus eius cranij humani ſive morris figuram expreſſit.

Mira Napelli natura & deſcriptio.

Ac licet integra planta ſubtili hoc veneno ſit perfuſa, radix tamen reliquas partes malignitate longè ſuperat: quia vel exterioribus ſolùm digitis leviter attrita, per eoſdem, ob innumeras nervorum, venarum, & arteriarum propagines quodammodo

Digitized by Google

modo eò deſinentes, via facta ad cor, reliquaq; nobiliora viſcera momento quaſi interimat. Non aliter ac ubi peſtiferi unius ſudantem aliquandiu detinueris manum: quamptimum contagio infectum te ſenties.

Proprietates. Symptomata verò, quæ Napellus à peſtis ſymptomatibus vix latum unguem diſtantia profert, ſententiam noſtram haud leviter confirmant. Eorum ſiquidem qui ejus venenum hauſerunt, *frontem* conſpicimus ſudore gelido madentem, totumque externum corporis habitum quodammodo glacialem, frigoribuſque rigentem, intrinſecis partibus nobilioribus interim æſtu conflagrantibus. *Oculi* quoque ipſorum horribili circumvolutione adſtantes terrent, *facies* eorum livida, *labra* omni planè ſpoliata vigore, *maxillæ* detortæ, *lingua* exſiccata ac nigra, arteriarum *pulſus* interceptus, *cor* denique oppreſſum, omneſque *cerebri ſenſus* turbati, concomitantibus *lipothymiis ac deliriis* frequentibus. Quæ peſti pari prorſus ratione ſymptomata adeſſe ſolere, tum quotidiana experientia confirmat, tum *ex ſupra dictis* manifeſtum eſt. Unde meritò concludimus, propter hanc effectuum Analogiam, peſtis *venenum*, *Napellinum* haud ineptè vocari.

De Arſenico.

Cur peſtis venenum dicatur Arſenicale. *Arſenicale* verò non minus verè à ſimilitudine dici, hinc patet. Quemadmodum enim corporeum ac ſepticum *Arſenici* mineralis ſal, cutem noſtram contactu ſuo quàm promptiſſimè cauteriſat: ſic & cauteria, quæ peſtis corporibus noſtris ſub forma anthracum, puſtularum, & carbunculorum inurere ſolet, ſalis ejus Arſenicalis corporalis, ac ſeptici, certi indices exiſtunt.

Verùm ut penitiùs horum venenorum naturam & proprietates inquiramus: obſervandum eſt, quod *ſulphur Arſenicale* maligna ſua ſubtilitate cordi præcipuè, ac ſpiritibus vitalibus bellum indicit: *Mercurius Antimonialis* animalibus: & *ſal auripigmentale*, aut ſandaracale, naturalibus ſpiritibus ac facultatibus in primis adverſantibus.

Ex ordine verò venenorum in animantium corporibus latentium; *rabidi canis* toxicum, utpote cum veneno Mercuriali & Antimoniali majorem ſimilitudinem habens, cerebrum inprimis oppugnat.

Venenum *viperæ* ob qualitates ſulphuri Arſenicali ſimiles cor adoritur. *Scorpii* virus participans de proprietatibus ſalis nitroſi ſandaracalis, ſecundæ coctionis officinam reliquaſque nutritionis partes infeſtat: id quod ex ſymptomatib' frequentibus (videlicet vomitibus, ſingultibus, colore pallido, ventris tumore & inguinum, deſiderio perpetuo deſidendi, & flatuum comitante catetva) cognoſcitur. Omnia hæc ſiquidem ſalis Sandaracalis acrimoniæ adſcribi debent. *Varia venenorum inter ſe comparatio & quibus corporis partibus adverſentur.*

Ex morborum venenatorum, hoc eſt à quadam perniciosa ac maligna qualitate ortorum numero; *epile- *Quæ venena cum certis morbis**

Labeant ... ratione.

ſtis veneno ſuo *Mercuriali* ac vaporoſo cerebrum: *peſtis*, *venenum arſenicale*, ſulphureum & comburens, cor: *Luis verò venerea venenum*, *acre*, *nitroſum*, *ac Sandaracale*, hepar directo petunt.

Quanta ſit ſpirituum naturalium, vitalium, & animalium connexio.

Tanta verò horum trium ſpirituum, Vitalis puta, Naturalis, & Animalis, eſt connexio: ut vix citra reliquorum conſenſum unus eorum affici poſſit.

L. Ven.

Hinc *luis venereæ* gravioris ſymptomata in cerebro ſæpe graviſſima excitari conſpicim': Cephalalgias nimirum intolerabiles & nocturnas, nodulos & ulcera virulenta in cranio, naſo, palato, & ore, aliiſque exterioribus capitis regionibus ſæpè conſpicua: quandoque ophthalmiam, nulli communium remediorum, cui ſpecifica contra luem veneream admixta non fuerint, cedentem: quæque vel ſola ſæpè luis hujus ſufficiens index exiſtit reliquarum partium functionibus, nullo prorſus ſymptomatum genere infeſtatis.

Peſtis.

Ad hujus planè rei ſimilitudinem, *peſtes* quoque ſæpenumero crudelia in primis *cerebro* ſympromatum ſuorum inprimere veſtigia conſueverunt: excitando in eo ſoporem quodammodo lethargicum, quandoque vertiginoſum; quandoque & phreneticum; cujus indicia manifeſta in parotidibus & bubonibus peſtilentialibus pone aures, aut circa colli partes cerebri emunctoria continentes, exortis (natura victrice manu eo venenatam materiam ſæpe ablegante) conſpiciuntur. Febris quoque ar-

Quod peſtes quædam cerebrum invadant, & quomodo dignoſcuntur.

dens, ſi ſudores frigidos, virium repentinam dejectionem, & lipothymias frequentes comites habeat, inſuperque natura huic nocentiſſimo veneno exitum parare ſtudens, ſub axillis bubones efformet: pathognomica ſanè hæc ſigna profert, quod *cor*, ſicut in omni peſtis ſpecie, hîc *πρώτως* afficiatur.

Quædam cor.

Porro ſi bubones ad inguina, concomitantibus non paucis exanthematis & carbunculis ſiti ſint: fomes ac ſeminarium peſtiferæ virulentiæ in *hepate*, venis, aliiſque partibus nutritioni deſtinatis eſt perquirenda. Hæcque peſtis, quod terreſtreitatem (ut ita dicam) majorem conjunctam habeat, minus occultare periculi creditur: cum è contrario priores duæ, à veneno ſubtiliori magiſq; ſpirituali productæ, ut damnum majus corporibus adferre ſolent, ſic animis quoque majori ſunt conſternationi.

Et quædam jecur.

Probè quidem novimus non paucos peſtis cauſam efficientem non alibi quàm in *immenſa humorum corruptione*, *calorem* ſimul putridum (ut verbis *Galeni 6. epidem. com. 1. contex. 28.* utar) inducente, collocare. E qua quidem corruptione, habita ratione diſcriminis humorum, febres peſtiferas in quatuor claſſes ſecernunt. Peſtem quippe aliam dicunt ſanguineam, aliam Bilioſam, aliam Pituitoſam, aliam Melancholicam. Quibus aſtipulari videtur *Galenus lib. 1. de diff. febr. cap. 4.* ubi peſtilentiales febres omnes, tanquam ab inſigni putredine ortas, putri-

Peſtiferæ febres unde nam oriantur & illarũ diviſio.

putridarum quoque febrium ordini ſubjicit.

Sunt & alij, qui magis adhuc apparenter & ſpecioſè peſtilentiales febres ad reliquarum imitationem in *Ephemeras*, *Hecticas*, *& Humorales*, partiuntur: & dicunt, *Ephemeras* peſtilentiales non humoribus ſed ſpiritibus, iisque non incenſis, ſed corruptis radices agere, ita ut licet 24. horarum ſpatio, non aliter ac Ephemeræ communes, periodum ſuam abſolvant: patientem tamen, ob ſubjecti mobilitatem, & nimium cauſæ morbificæ à naturali ſtatu receſſum, vix elabi patiantur. *Hecticam* peſtilentialem dicunt, quando malignitas ipſi ſubſtantiæ aut cordis partibus ſolidioribus impingitur. *Tertiam* ſpeciem videlicet *humoralem* peſtilentialem, licet putridarum ordini accenſeant, à communibus tamen putridis triplici eam differre ratione volunt.

Qua ratione febris peſtifera ab aliis differat.

Primo quidem differt quoad ipſum corruptionis gradum, qui in peſtilentiali ſanè longe major exiſtit.

Deinde reſpectu ſubjecti fomitis ſeu partis laborantis. In peſtilentiali ſiquidem, ex ipſorum ſententia malum radicatur non ſolùm in propria cordis ſubſtantia, ſed etiam in ſpiritibus & humoribus, tum corde contentis, tum vicinis. Id quod in reliquis febribus putridis locum non habet, cum earum baſis ſit ſangvis corruptus in majoribus ingvinum, axillarum, aliisque ſimilibus vaſis, hepati aut cordi propinquis.

Tertio reſpectu magnitudinis ac vehementiæ ſymptomatum, quæ in peſtilentiali ut repentina eſſe ſolent, ſic plerunque in ſyncopas, lipothymias, virium exolutiones, mentisque alienationes ac inquietudines (quæ omnia & ſingula ut *Hippocrati*, ſic etiam poſt eum *Aetio* horrenda ac ſtupenda exiſtunt) ſolent deſinere.

His adjicere licebit differentiam *quartam*, eandem videlicet febrim ſemper à cauſa interna produci, qualis eſt plenitudo, nimiave ſangvinis abundantia, Cacochymia, aut obſtructiones liberam tranſpirationem ſangvinisque ac ſpiritum ventilationem impedientes unde eorundem inflammatio neceſſaria, ex inflammatione verò corruptio humorum, tandemque febris ſubſequitur. Id quod de putridis peſtilentialibus juxta illorum principia minimè dici poteſt, quas à cauſa externa, aëre nempe infecto ac peſtilentiali, inſpirato: aliiſve ſeminariis ac contagionis receptaculis, infinitis penè modis (ut ex præcedentibus ſatis innotuit) in corpora noſtra agentibus: neceſſario, forinſecus tamen, progerminari volunt.

Atque hæ ſunt ſpecies & differentiæ febrium peſtilentialium ad ſententiam graviſſimorum ſane authorum explicatæ, à quibus tamen diverſæ ac contradicentes inter ſe opiniones emergentes ſatis ſuperque colligunt, earundem fundamenta non ſuper immobile ſaxum, ſed are-

Digitized by Google

nam fluitantem eſſe jacta, nec idcirco confutatione indigere.

Quod febres quadam ſint venenata nec tamē propriè peſtiſera.

Minimè tamen negamus (experientiâ id ſatis comprobante) ſæpe numero febres ab humoribus venenatis ac putrilagine in corporibus noſtris genita excitari tantæ malignitatis, ut etiam ſymptomata, puta exanthemata, anthraces, carbunculos proferant, peſti quàm ſimillima: quæ tamen cum contagioſa minimè exiſtant, proprie & accurate loquendo peſtes dici nequeunt. Cujus quidem ratio eſt, quod *præcipuum & fundamentale peſtis ſubiectum ſint ſpiritus, in primis vero vitales*, quibus non ſimplici quodem caloris febrilis exceſſu, & corruptione humorali in corpore noſtro præcedente, peſtis contagia adverſantur: verùm malignitate quadam ſpirituali, quam tanta promptitudo ac ſtupenda violentia ſubſequitur, ut nulla ſcenus in febrem poſſint excandeſcere: prout ſupetius à nobis & rationibus, & auctoritatibus, & exemplis fuit comprobatum.

Venenorū differentia.

Atque hi tam peſtis quàm aliorum *venenorum ſtupendi effectus*, per propria ſymptomata ſe manifeſtant: quorum hæc cerebrum, illa cor, alia hepar, alia inteſtina, & alia demum pulmones, aggredientia, neutiquam attribui poſſunt, *vel* totius compoſiti craſi, *vel* qualitatum elementarium alicui, utpote quæ ſunt agentia ὁμοειδῆ, ſolam, qua pollent, extrinſecam qualitatem in patiens corpus imprimentia (qua quidem ratione ignis calidus calefacit, glacieſque refrigerat) *vel* etiam qualitati occultæ, in imis penetralibus compoſiti reconditæ, quas qualitates doctiſſimus Fernelius aliique Medici celeberrimi à tota ſubſtantia ſeu ſubſtantiali forma fluere docent, earumque effectus κατ' ἐντελέχειαν fieri dicunt. Nam ut horum venenorum facultates ac potentiæ, in natura reperiuntur, à dicta elementari longe diverſæ, ſic quoque effectus producunt *formales ac ſpirituales*: non illos quidem imaginarios, ſed plerisque ipſorum re ipſa inſitos. Et illæ præterea innatos corporum noſtrorum ſpiritus nō ſolum alterant, ſed planè corrumpunt, inficiunt, ac mortificant: idq; ſolius qualitatis Venenatæ (V. G. Napellinæ, Aconitalis ac Arſenicalis,) formaliter ipſis inhærentis vi ac robore. Non aliter ac ſalutares, noſtræque naturæ familiares ſpiritus ex nutrimentis generati, inſitos illos nutritionis ſpiritus, non *elementaliter & qualitativè, ſed formaliter ac ſecundum ſubſtantiā* reſtaurant, roborant, & vivificant.

Vera peſtiſera febris indicia quanam ſint.

Quidnam Hermetice propriè nomine ſpiritus intelligant.

Cum autem nomen ſpiritûs multifariam accipiatur, ut citra homonymiam ac amphibologiam vocum, in ardua hac quæſtione verſari nos, ab omnibus intelligatur: quænam ejus acceptio huic noſtro inſtituto propria exiſtat, notandum eſt, Philoſophis Hermeticis, ſpiritus ſeu ſubſtantias ſpirituales, quibus ab iiſdem omnes actiones, proprietates, facultates, impreſſiones, ac ſignaturæ tribuuntur vitales, ac generativæ, idem eſſe quod Ariſtoteli eſt δύναμις ἐνουσιώδης, potentia eſſentialis & cuiq; ſubſtan-

ſubſtantiæ propria: qui ſpiritus rebus actu inſunt, ac naturam obtinent diſtinctam à ſuo corpore, ut alibi prolixius diductum eſt.

Cauſa peſtilentiarum generalis unde petatur.

Statuimus igitur, cauſas efficientes peſtis adſcribendas eſſe ſpiritibus quibuſdam feculentis, forinſecus aëri inſpirando quàm accuratiſſimè ſeſe commiſcentibus, vel etiam intra corpora noſtra progenitis, diverſis humorum corruptionibus, ac impuritatibus tartareis, matricis ac receptaculi inſtar eos foventibus. Spiritibus inquam ita venenatis, ut in ipſo quaſi primæ efflorescentiæ momento, variarum digeſtionum interventu à diverſis nativi caloris (ſimili qua ſupra oſtenſum eſt de igni artificiali ratione) gradibus ortarum, è fomite ſuo transferantur: ac non ſolum ipſi communicentur cordi, verùm etiam omnes omnino corporis noſtri ſpiritus momento inficiant, & varios morbos Epidemios, Contagioſos, & lethales, unà cum ipſa peſte producant: ſi quando ad venenorum Napellinorum, Arſenicaliumq; naturam propius admoveantur.

Cæterum ſi quis his noſtris dictis minimè acquieſcens, cauſam inſuper inquirat, cur ſpiritus hos Arſenicales, Napellinos, & Aconitales, tanta malignitate dicamus præditos: huic ſanè cœlum ipſum conſcendere ſatagenti, ſcalas fruſtra porrigere conaremur, memores illius *Theophraſti cap. 8. ſuæ Metaphyſ.* ubi ait: *Qui omnium rationem requirunt, hoc ipſo rationem ipſam tollunt, atq; unà ſcientiam abolent & ſubvertunt.* Cujus quidem dicti ratio in promptu eſt, non minus authoritate communi philoſophica, quàm naturali intellectus lumine ſtabilita: quod videlicet, in progreſſum infinitum (qui tamen *Ariſtotele in Metaphyſ. teſte,* tam ſecundum rectam lineam, quàm tranſverſam non datur) ridiculè admittere velimus: tandem principiis quibuſdam primis, immediatis, ac minimè demonſtrandis innitendum ſit.

Prolepſis Authoris adnimis curioſos cauſarum inquiſitores

Si igitur cauſa ſeu medium demonſtrationis, quæ effectus aliquis ſuo ſubjecto inſit, à priori ſeu demonſtratione potiſſima, vel ob rei ipſius naturam (id quod in omnibus propoſitionibus primis, ac immediatis eſt perpetuum) vel ob noſtræ cognitionis imbecillitatem ignoretur, id ſanè mirum videri non debet: ſiquidem quod à ciconia vulpi id alte nimis philoſophantibus, merito objicitur: *Vitrum lambunt extrinſecus, pultem intus latentem non attingunt.* In omni quippe rerum naturalium per analyſin indagatione, abſolutæ neceſſitatis lege tandem perveniendum, ac immorandum certis quibuſdam principiis, quæ certè vel per ſe, ac reſpectu ſui vel ſaltem reſpectu cognitionis ac capacitatis, ſeu potius incapacitatis ac imperfectionis noſtræ, indubitata remaneant.

Quocirca cum non magis reddere poſſimus, ob quas tam ſubitaneos ac mirandos motus, hi ſpiritus conjunctos habeant, quam quare magnes trahant ferrum, ſemperque polum reſpiciant: in ſolis, quos producunt, quoſque ſenſibus ſecundum ſpeci-

Digitized by Google

ſpeciem falli neſciis ſubjiciunt effectis, meritò acquieſcimus.

De ſignis peſtis indicantibus & prognoſticis.

Peſtis inter morbos periculi plenos, curatuque difficiles, vel hoc in primis nomine recenſetur, quod reliquorum diſſimilis per cuniculos admodum occultos nihil non moliatur. Unde fit certe, ut ex tot inſidiis, nihil aliud quam ſumma ejus inconſtantia, variaq; ſymptomatum confuſio ſubſequi poſſit.

Varia peſtis ſymptomata deſcribuntur. Primus ejus inſultus ſæpè fit in inſtanti & ſubito, comitantibus frigore, horrore, ac tremore corporis univerſi. Quandoque calore ardentiſſimo, quandoque præcedentibus nauſea & vomitu, quandoque Lipothymia, ac vitalis roboris repentina reſolutione. Quandoque cephalalgia, eaque vel cum continuis vigiliis, vel ſomnolentia ſtuporifera conjuncta: quandoque etiam telam ſuam exorditur, à ſumma quadam inquietudine cordisque anxietate, comitantibus ſudoribus frigidis calidisve.

Quæ ſigna peſtem adeſſe denunciant. Ex facie. Colorem faciei quod attinet, ejus tot ferè ſunt ideæ, quot laborantium individua. *Quidam* ſubitò expalleſcunt, & afficiuntur livore vario, qui præſertim in oculorum palpebris eluceſcit. *Alii* verò ſunt oculis vagis torvum reſpicientibus, lingva ſubitò areſcente, primisque duobus diebus, carbonis inſtar, nigricante: voce debili ac exili, ſermone ad lapſum præcipite, lingvaque tremula, viribus momento concidentibus omnibus, ita ut vel robuſtiſſimus quisque ſibi ipſi ſuſtinendo non ſufficiat. *Ex pulſu.* Pulſu in agnitione hujus morbi nihil inconſtantius: principio ſiquidem dum ſpiritus vitales æqualibus quodammodò viribus veneno reſiſtunt, ipſū in multis videas plenum, ſatisq; fortem, æqualem & ordinatum: ſi verò paulò poſt examinaveris, pro menſura decrementi virium ab hoſte oppreſſatum, à vigore ac æqualitate paulatim decidere ſenties, percipiesque ipſum primò debilem, mox palpitantem, ac convulſivum. In ſumma, quæcunque repentina ſe offeret mutatio, maximum quoque inter vitale robur, ac contagij venenum conflictum ſignificabit.

Ex urinis. Sic quoque mendaces peſtiferorum *urinæ* in præſagiendi arte, nihil, quod alicujus ferme momenti ſit, ſubminiſtrant. Ipſe enim quandoque, licet admodum malum premat, nihil prorſus immutatæ, ſanorum urinis exiſtunt quàm ſimillimæ: quandoque ſubitò jumentorum urinas referunt.

Signa peſtis quandò ſint pathognomonica. Hæc autem ſigna, principio tantum ſola nituntur conjectura: at ubi mali contagium aliunde manifeſtum evadit, èxiſtunt ferè *pathognomonica*. Mali verò contagium certò cognoſcitur, ſi non aliquibus tantùm, verùm quàm plurimis facili occaſione communicetur, comitantibus anthracibus, carbunculis, bubonibus, puſtulis, & exanthematis ex nigro liveſcentibus, idque vel ſtatim à mali invaſione, vel ſub ipſum

mortis

Digitized by Google

mortis articulum. Naſi quoque, auricularum, ac ungvium in digitis livor, magis quàm in morbis non contagioſis, ad nigredinem vergit. Hæc namque ſi appareant, certiſſimam contagii præſentiam arguunt. Nec verò hanc morbi præſentiam Medico certis quibuſdam ſignis cognoviſſe ac judicaſſe ſufficiet, ni ſimul de ejus periculo aut evaſionis ſpe, non minus certis quibuſdam ex arte ſua depromtis indiciis, aſtantium ſatisfecerit deſiderio, artiſque propriæ tueri noverit authoritatem.

Facies peſtiferi aliquando decipit.

Vera itaque peſtis in genere, morbus exiſtit maximus, acutiſſimus, ac lethalis. In quo, cùm prognoſticationes ſæpe fallant, præſtabit magis ad pejus præſagiis noſtris inclinare: quàm dubio rerum eventu, maximo authoritatis noſtræ præjudicio, inani fortè ſpe, tam ægrotantem, quàm adſtantes amicos lactare. Expertiſſimi namque hoc in caſu, propriæ conjecturæ nimium tribuendo, decipiuntur ſæpè Medici, ex facie ægri parùm admodum immutata, nedum Hippocratica, omnia proſpera ſibi imaginantes. Cùm tamen interim mors à tergo, alexipharmacorum, Theriacarum, aliorumque Bezoardicorum remediorum ſpecificorum robore fracto, ægrum præter omnem ſpem, continuò è vivis jam jam ſit ſublatura.

Signa quæ ab exteriori mortem peſtiferi denunciant.

Sequuntur *ſigna prognoſtica* exteriora, quibus peſte laborantibus certum interitum prænunciamus, dicta vulgo, ſigna ad mortem. Facies ægri horrenda multumque immutata, quæq; ex rubore præcedente mox liveſcat, non ſecus ac extremitatum rigor, cum internorum viſcerum conflagrante æſtu, lethalis exiſtit.

Pulſus quoq; inæqualis & formicans, cum extremitatibus quodammodo gelu rigentibus, ac ſudore ſimul frigido faciem ac pectus irrorante, nec non maximis animi deliquiis, mortem præ foribus aſtare ſignificat: non minus quàm ſi venter ægrotantis languore & anxietate comitantibus turgeat.

Hæmorrhagia quoque omnis in mali principio lethalis eſt: tertio verò vel quinto die poſt invaſionem, narium hæmorrhagia aliquando, rarius licet, periculi evaſionem ſubminiſtrat.

Vrinæ, ut & ſudores copioſi ac intempeſtivi, diaphoretici potius ſunt, quàm Critici, ideoque peſſimi. Si ſoporifer aliquis affectus diu durans, aut phreneſis cum balbutie ſuperveniat: ſpes in anguſto poſita eſt.

Excretis alvi nigricantibus ac fœtentibus, nativi caloris extinctio demonſtratur.

Omnis generis *exanthemata*, ægro ne quicquam ſolatij adferentia, ſiniſtri ſunt judicij.

Anthraces & carbunculi; quorum puſtulæ nigræ, & duræ, ægrè aperiuntur, apertæ verò puris loco ſpumam continent: non minus ac anthraces parvi qui ad ventriculi regionem ſiti ſunt, nihil ſalutare præſagiunt.

Carbunculorum quoque multitudo, peſſima quæq; minatur, utpote quæ

Digitized by Google

quæ magnitudinem cauſæ, ac veneni vehementiam arguat.

Bubonum vero multitudo reputatur in bonis, ac diadoſi materiæ morbificæ laudabili facta, naturæ triumphantis arguit robur.

Si tamen bubones hi ad maturitatem non perveniant, ſed diſparendo ad interiora remeent: regionem cordis veneno repetente, jam conclamatum eſt.

Puſtulæ & exanthemata rubra, paucis poſt diebus ſubito nigricantia ac liveſcentia, mortem propinquam ſignificant.

Exanthemata & puſtulæ, initio mali copioſe erumpenti, nec rurſus evaneſcentia, eò quod præcipua materiæ venenatæ pars foras à natura ablegatur, bene ſperare jubent.

Eryſipelas peſti ſuperveniens, factoque ulcere ſanici multum concipiens: ſalutaris è loco nobiliori ad ignobiliorem, materię revulſionis judicium eſto.

Qui nam peſti ſint magis obnoxii.

Inter prognoſtica generalia primas tenet, quod habitus cachectici huic malo ſuſcipiendo præ reliquis ſint expoſiti: hinc ad præcautionem ſæpius purgandi.

Bilioſi quoq; ob majorem cordis calorem, qui neceſſario frequentiorem ac copioſiorem aëris poſtulat inſpirationem, huic malo ſunt magis obnoxij: cum aër tunc temporis veneni contagia ſuo gremio occultet & contineat.

Senes & fœminæ peſte laborantes, frequentius Luna decreſcente, *Plethorici* in plenilunio plerunq; intereunt.

Primus *Lunæ* quadrans omnibus peſtiferis minus eſt infenſus, ut & tempus matutinum in omnibus fermè morbis.

Ut *Auſtri*, aërem pluviis craſſisque exhalationibus varia putredine concomitatis, replere ſolent, ſic Eteſiæ venti Septentrionales, inſtar ſcoparum eundem repurgare: utque hi peſti adverſari, ſic illi ipſam fovere traduntur.

Peſtes autumnales peſſimæ ſunt, & longioris durationis, ut & reliqui ferme morbi omnes, ac præſertim febres quartanæ.

Hæc igitur de prognoſticis ſignis dicta ſunto, de quibus in genere hæc ſit regula. “Quod ſignorum ſiniſtri judicia præſentia Medicum à ſuccurrendo fideliter ægro minime revocare debeat: cum adverſis ſæpe noſtræ opinioni veſtigiis natura incedat.”

Hinc Latinorum Medicorum Princeps: *Spem dubiam certa deſperationi ait præferendam.* Tutius itaque fuerit qualiacunq;, implorato potiſſimùm divini numinis auxilio, quàm nulla prorſus remedia adhibere.

Atque hæc de natura, eſſentia, differentiis, cauſis, ſignis in[illegible]icationis, ac prognoſticis peſtis dicta ſufficiant.

Reliquum eſt ut ad ejuſdem *curationem* deſcendamus,

PESTIS

Digitized by Google

PESTIS ALEXICACUS

SIVE

LUIS PESTIFERÆ FUGA.

LIBER SECUNDUS.

Cap. I.

De cura peſtis generali ac præcipue peſtis cœleſtis.

PEſtilentiarum *alias* eſſe *cœleſtes* ſeu ſuperiores, *alias* vere *elementares* ſeu inferiores, ex diſtributione ſuperius propoſita, manifeſtum evadit.

Priorum cauſæ cum exiſtant occultæ, remedia quoque ſupernaturalia expoſcunt. Quum, inquam, ab omnipotente Dei manu ad iniquitates mortalium viſitandas immittantur peſtes ſuperiores, ſolo contritionis, ac pœnitentiæ, nec non orationum & ſupplicationum, tam publicarum, quam privatarum alexipharmaco declinantur ſuperanturq;. Hinc ſecundum Prophetiam *Ezechielis c.* 5. & 9. ad miſericordiam altiſſimi fugientes, litera Thau notati inſtar Hieroſolymitanorum fidelium, à malo contagij præſervantur reliqua infidelium caterva peſte ſimul & fame exterminata.

Ideo contra peſtes cæleſtes, quibus tanquam flagellis vindicibus divina juſtitia hominum facinora punire ſolet, nullum pharmacum eſt accommodatius, quam in cinere & ſacco pœnitentiam agere, & cum vera cordis contritione & lacrymarum effuſione domum Dei, ad iram illius mitigandam accedere.

Hujuſce rei nobis exemplum ſuppeditent vel ipſi olim Ethnici, qui lumine quadam naturæ, in tam gravibus afflictionibus illuſtrati, precibus ac lachrymis veram & unicam parari medicinam: hiſce malis ſuſpicari ad idolorum ſuorum invocationem ſolicitè ſe accingere conſueverant.

Id ſatis convincit magna illa peſtis, cujus eſt ſupra facta mentio, quæ Coſſ. Lucio Ebutio & Publio Servilio Romam exercuit, cum prius

Digitized by Google

Quodnam Romanorum ipſe ſtitious cæleſtibus conſilium

ab ingenti cœli rubore per multos dies præſagiretur. Subjicit namque hiſtoria. *Supplicatum eſt omnibus templis, matres paſſim ſtratæ crinibus templa verrebant, cæleſtium irarum veniam pacemq; poſcentes.*

Idem quoq; patet ex alia peſte quæ contigit Coſſ. A. Cornelio Coſſo & T. Quintio Pœno, quæq; magnam ſiccitatem excepit: in hujus enim enarratione ſic adjungit *Sabellicus.* „Hujus contagionis occaſione multa „introducta eſt ſuperſtitio, ita ut non „minus ſpiritus quàm corpora conta- „minarentur. Fiebant ſacrificia inuſi- „tata in omnibus templis, viarum qua- „driviis ac ſuburbiis. Hinc ſacrificu- „lorum numerus ſupra modum fuit „adauctus, ita ut Senatus, edicto cave- „re cogeretur, ne in poſterum ſacri- „ficiis ſolitis, ac ab antiquitate receptis „plura celebrarentur.

Qui ad magicas artes ſeſe convertunt improbatur.

Fit quoque non rarò apud timidam plebeculam, eosque in genere omnes qui tremenda hæc contagionum mala, non qua par eſt animi conſtantia ſuſtinent, ut cæca quadam liberationis ſpe ad media illicita, puta characteres, ſententias, aliasque magicas ceremonias, (quas tamen toto cordis affectu judicamus deteſtandas) ſe convertant. Cujus rei plura exempla, non ſolum apud Ethnicos contigiſſe legas, verùm etiam magno religionis noſtræ dedecore inter ipſos Chriſtianos.

Superſtitiones Ethnico

Scribit *Diodorus,* Ariſtæum quendam, filium Apollinis & Cyrenæ, Græcia à peſte vehementer afflicta, immolatis in inſula Chio victimis, ardores Syrij mitigaſſe: ac Eteſiis (ventis præ reliquis omnibus ſaluberrimis) adductis, Græciam à peſte liberaſſe.

rum in peſte diverſis exemplis illuſtrantur.

Suidas quoque meminit alicujus Ægyptij Iachen nomine, hominis ut ait religioſi utiliſque Reip. qui carminibus non ſolum variorum morborum ac ſymptomatum curam feliciter ſuſceperit, verum etiam iisdem mediantibus Caniculæ ardores moderarit, ac Ægyptum à maxima peſte liberarit. Meminit idem autor, ſacrificulos Ægypti in quovis malo graviori, peractis prius in hujus Iachen templo ſacrificiis, poſtmodum igni ex altari ejus ſecum aſſumpto, rogos hinc inde per urbem incendere, ſicque peſtem fugare, fuiſſe ſolitos.

Iachen præſtigiatoris Ægyptii hiſtoria.

Ecce deplorandam populi hujus ſuperſtitionem, qua non mediocrem aſtruebat virtutem igni qui ex lampadibus coram altari dicti præſtigiatoris incenſis accendebantur: cum tamen id omne ad ſolam illam referri par eſſet ignium efficaciam, qui diverſis in locis urbis infectæ, ad corruptiones aëris abſumendas, extruebantur.

Acron quidam Agrigentinus, Empiricæ ſectæ coryphæus, id ipſum *Plutarcho teſte,* etiam ante Hippocratem in Athenarum urbe expertus fuerat, inque talibus morbis plurium ignium accenſionem, pro ſingulari remedio prædicaverat.

Hippocrates quoq; idem teſtatus eſt, in magna illa peſte ex Æthopia in

Ignibus per diver-

Locis ex-ſtructis Hippo-crates pe-ſtem Græ-cia able-gavit.

in Græciam tranſvecta, in qua præcipuum ejus conſilium erat ad tantam aëris corruptionem ablegandam, in omnibus Græcis civitatibus quàm plurimos ignes accendendos eſſe.

Galenus fideliſſimus Hippocratis interpres, hanc de eodem teſtatur ſolertiam, *lib. ſuo de Theriaca ad Piſonem*: licet quidam hunc librum genium Galeni haud agnoſcere aſſerant. Neque verò hoc incantatorum genus Chriſtiani luminis fulgore diſparuit, verum ut ex revolutione hiſtoriarum ſatis patet, vel ad hæc noſtra uſque tempora, diabolica quadam traditione perduravit.

Venefici aliquando à Chriſtianis approbati.

Refert *Paulus Iovius*, temporibus Papæ Adriani VI. peſtem Romæ graſſantem ſedatam fuiſſe incantationibus cujuſdam Demetrii circulatoris, qui populari fretus benevolentia, & pontificio decreto, ne quiſquam tunc temporis artes magicas in remedium adhiberet, refragatus, taurum quendam ferociſſimum in medium produxit, cui poſtquam cornua reſecuiſſet, & quibuſdam carminibus in aures immiſſis, ipſius ferociam ita edomuiſſet, ut per plateas urbis filo annexus circumduceretur, ac eum poſtea in Amphitheatro immolaſſet: in vulgi creduli mentes induxit ſeipſum brevi à contagio liberaturum.

Gilbertus Cognatus lib. 8. *narrationum ſuarum*, eandem hiſtoriam, licet circumſtantiis paululum immutatis recenſet, referens eam ad annum 1522. ac ſub finem ejus annectens, gubernatores ac Antiſtites populi Romani præcipuos, cùm propter ſuam ab urbe abſentiam, enormem hanc ſacrorum profanationem impedire non poſſent, poſt reditum ſuum, magnum hunc carceribus incluſum pro meritis quidem tractandum decreviſſe: verùm tamen ipſo præ furore populi è manibus erepto, Iuſtitiæ alia ratione ſatisfactum non eſſe, quàm librorum quos habebat magicorum publica concrematione ejuſque in perpetuum exilium relegatione.

Verùm enim vero, qui Chriſti nomen profitemur, quoties peſtilentiæ, cœleſtis inprimis, cujus cauſæ nobis abſconditæ, & effectus ſunt pernicioſi, flagellis, ſicut & ſimilibus divinæ ultionis inſtrumentis, ob ſcelerum noſtrorum immanitatem corripimur: ad ſolius divinæ miſericordiæ aram debemus confugere, in eaque preces noſtras ardentes cum cinere & ſacco immolare, nec hoc præſtantius ullum alexipharmacum inveſtigare.

Porrò cùm veritas ſeu juſtitia altiſſimi ejuſdemque miſericordia, pari paſſu ambulent: remediis malo huic amoliendo idoneis nos minimè deſtitui voluit Omnipotens, nec multò minùs laudato eorum uſu nobis ulla ratione interdixit. In vanum namq; non creavit medicinam Altiſſimus, qui ex multitudine remediorum ſuorum, tam intactos præſervando, quàm reſtituendo obſeſſos, non mediocrem ſibi gloriam comparat.

Digitized by Google

Cura igitur in hiſce cœleſtibus peſtilentiis hæc eſto:ut divinâ ope ac protectione, ardentiſſimis precibus imploratâ,quamprimùm locis regionibuſve infectis valere juſſis, tentoria noſtra in ſolo figamus à contagio remotiſſimo, neque temere cogitemus de revertendo, ſecundum regulam *libro primo* citatam: *Citò,longè,tardè:cede,recede,redi.*

Cùm verò hic noſter labor univerſo generi humano dicatus ſit, neque magis reſpiciat magnates, quàm conſideret pauperes, fugæ verò opportunitas illis ſolis, licet non ſemper cum eventu concedatur proſpero, his verò contagii periculo undique circumdatis ut plurimum denegetur: operæ pretium fuerit, talia tam præſervationis, quàm curationis præſcribere remedia, quæ non tantum omni temperamento, verum etiam omnis generis ac conditionis hominibus poſſint eſſe ſalutaria.

Remediorum quibus peſte utendum ſit diviſio. A curatione itaq; ut tutiſſima, ſic neceſſaria maximè initium ſumendo, Præſervatione videlicet: ipſam dividimus in Diæteticam, Pharmaceuticam,& Chirurgicam.

Cap. II.

De Præſervatione Diætetica.

Diætæ nomine intelligimus legitimam adminiſtrationem ſex rerum non naturalium, ut ſunt: *Aer, cibus potus, ſomnus vigilia, motus quies, excreta retenta, & perturbationes animi.*

1. Indicatio. Libro primo demonſtratum eſt,aerem peſtis contagii cauſam eſſe inſtrumentalem præcipuam: in hujus igitur *emendatione* principalis noſtra haud immeritò verſabitur cura. *Aeris emendatio.*

Cùm autem aëris corruptioni & alterationi infinitæ propemodum pateant rationes & viæ: ille non tantum pro cujuſque particularis induſtria,verum etiam publica corrigi debet vigilantia. Cujus correctionis ergò,imò verò & præſervationis, nonnulla præcepta tradere conabimur: incipiendo à mediis generalibus, in politici magiſtratûs manu ac poteſtate repoſitis.

Præcepta concernentia Magiſtratum.

1. Principio igitur cum aër communiter infici ſoleat à platearum ſordibus, cæteraque habitationibus propinqua eluvie:his inprimis removendis ſtudium adhibendum. *Aer ab omni ſordium fœtore immunis eſſe debet.*

Huic itaque aëris infectioni, Politia probè inſtituta facillimo negotio occurret, ſi plateas frequenter à talibus ſordibus repurgari jubeat.

Si verò ſitus urbium ad vallium ima depreſſus: ſi paludes & reliquæ ſtagnantes aquæ bufonibus & ſimilibus ex putrilagine enatis animalculis ſcatentes, nec non cœmiteriorum aliarumque cavernarum teтros ac venenatos halitus emittentium vicinia, infectionis talis cauſa extiterit: cum illa penitus ob fomitem ac ſcaturiginem mali perennem corrigi nequeat, habitationis ſediſve tranſlatio unicum remedium fuerit. Quod ſi præterea loci cujuſdam penes nos electio fuerit, eligatur potius *Quæ regio vel*

tius

Aer tempore peſtis ſeligendus.

tiùs editus quàm profundus, & potius Orienti aut Septentrioni, quàm Meridiei aut Occaſui expoſitus.

Me minimus in præcedentibus, idque Hippocraticis placitis congruenter, ignem in aëris infectione corrigenda, quodammodo ſibi arrogare primas. Hinc ſub utrumque crepuſculum, in compitis ſeu triviis & quadriviis platearum, incendantur ignes ex lignis, iiſque ſi haberi poſſint odoriferis. Qualia ſunt laurus, pinus, abies, geniſta, roſmarinus: majoriſque efficaciæ ergò aſpergantur herbæ & flores odoriferi, loco corallorum Hippocraticarum, quarum in famoſæ illius peſtis Athenienſis à *Thucydide* deſcriptæ, fedarione fit mentio, 3. *Epidemior.* Itemque apud *Galenum lib. de Theriaca ad Piſonem.*

Variæ aëris purgandi rationes referuntur.

Lemnius vero in libello quem ſcripſit de occultis rerum cauſis *cap.* 10. alterius cujuſdam purificandi aëris rationis meminit. Cujus verba ob elegantiam huc tranſponere placuit: *Factum apud Nervios quos Tornacenſes modò vocant, ubi milites præſidiarii, machinas tormentaq́; bellica, pulvere bombardico non globis oppleta urbi obverterunt, eaq; ſub diei noctisq́; crepuſculo, incenſo funali explodi curabant: quo effectum eſt, ut ſonitu violento, fumantiq; odore, aëris contagium diſcuteretur, ipſaque civitas à peſte facta fuerit immunis & libera.* moxque addit Lemnius: *neque minus præſentaneum eſt hoc remedium in diſſipandis nebulis, infectiq́; aëris contagiis, quàm, quod Hippocratem factitaſſe legimus, extructis pyris per compita ignes excitare.*

Portarum inſuper civitatis cuſtodes, ſpeciali magiſtratûs edicto, temporibus vicini contagii, è locis infectis redeuntes advenas in urbem haud quaquam intromitrent. Quem laudabilem morem per univerſam Italiam magnamque Galliæ partem obſervari notum eſt.

Exteri & peregrini tempore peſtis minimè recipiendi.

Præterea civitate aliqua contagio obſeſſa, cum per canes, feles, columbasque è domo in domum transferri lues facile poſſit, de his quoque beſtiis vel prorſus removendis, vel accurate cuſtodiendis, neceſſaria cautela fuerit.

Columbaria interd cenda.

Conventus quoque publici contagij tempore parciùs celebrandi, nundinæque in talia tempora incidentes interdicendæ penitus.

Nundinæ.

Mendici oſtiatim eleemoſynam colligentes, ſimileſque errones in urbes ne intromittuntor, intromiſſi vel ejiciuntor, vel certo loco continentor: ipſorum interim neceſſitatibus alia ratione commoda curatis.

Mendici.

Ædes verò contagio correptæ ad colloquium inquilinorum commerciumque interrumpendum, non tantum authoritate prætoria obſerandæ, verum & contagij charactere, qui vel è longinquo prætereuntes de periculo commonere valeat, ſunt inſigniendæ. Hæ tamen Chriſtianæ charitatis accedat moderatio, ne infecti auxilio deſtituantur: imo magiſtratus ſolicitudine, viris aut fœminis vitæ probitate, ac talium ægrorum tractandorum cognitione inſignibus committantur. Qua quidem conſtitutione minus probè obſerva-

Ædes infectæ obſerandæ.

Digitized by Google

ta, miſeros hos ſæpe videas, in gulam potius incidere luporum rapacium, quàm fidelem ad id conductorum miniſtrorum curam nanciſci. Videas, inquam, miſeros à veſpillonibus, ipſorum bonis inhiantibus, ſepeliri nonnunquam ſemivivos. Cujus quidem enormis delicti, cùm requirente id neceſſitate plura à nobis allegari exempla poſſint: magiſtratus utique officium fuerit, non tantum Medicos ac Chirurgos expertos: verùm etiam viros ac fœminas vitę morumque probitate conſpicuas, ægrotantibus aſſignare.

Peſtiferorum cura viris piis demandanda.

Hinc fit ſcilicet, ut in bene conſtitutis Rebuspublicis, in miſerorum ſolatium, ac reliquorum civium ſecuritatem, ædificari videamus domos ab hominum conſortio paulò remotiores, in loco aperto, fluminique præterlabenti vicino, januis ac feneſtris Orientem ac Septentrionem verſus ſpectantibus, forma cœnobiorum, dormitoriis quàm plurimis interdiſtinctorum: ita ut quilibet ægrotantium quaſi in proprio domicilio commorans, tractari commodius ac ſecurius poſſit. Tunc enim ab aliis ſecretus, miſerabilem illorum ſtragem minimè conſpicit, nec idcircò omni plane ſpe dejicitur. Cujus quidem, quod in aliis multis civitatibus inolevit, Chriſtiani maxime operis, Pariſinos quoque noſtros brevi futuros audio imitatores, qui plurimùm hoc in labore moventur pietate & imperio Chriſtianiſſimi noſtri Regis Henrici IIII. qui non ſecùs ac aliis præſtantiſſimis ac Reip. utiliſſimis ædificiis: ſic vel hoc in primis ad pios uſus deſtinato, nomen ſuum immortalitati conſecrabit νοσοκομείῳ.

Νοσοκομεῖα peſtiferorum quo loci, & quomodo ædificanda.

Præcepta concernentia ſubditos.

Atque hæc quidem de Magiſtratus officio dicta ſufficiant: ſequuntur partes ſingulorum ſubditorum explicandæ.

Principio autem τὸ ὅτι accuratè perpendendum venit: utrum videlicet contagium ab aëris infectione, an verò aliunde dependeat. Si enim ab illo deſcendat, locorum inhabitatio in imas valles depreſſorum, montibusque undiquaque occluſorum, ſeligenda potius fuerit, quàm locorum editiorum, apricorum, quique ventis ab omni parte perflentur. Tunc enim, cum in aëre libero verſati, præſenti periculo non careat, tutiſſimum fuerit, in ædium noſtrarum conclavibus inferioribus probè occluſis, noſmet ipſos ad tempus quodammodo continere captivos. Quod ſi è contrario à cauſis inferioribus contagium oriatur: contraria quoq; modo dictæ habitationis ratio erit ſuſcipienda.

Quænam domicilii ratio tempore peſtis ineunda.

Mundicies tamen ædium utrique, non parum infectioni reſiſtit, præſertim ſi in ædificiis areas ſeu hortos poſticos habentibus, feneſtræ plateas reſpicientes publicas, quantum fieri poteſt, contineantur occluſæ.

Cum ex ſupradictis manifeſtum evadat, contagij ſeminaria, medi-

Digitized by Google

mediantibus aëre & ventis, in loca ſæpè tranſportari remotiſſima: probati patrisfamilias ſecunda cura fuerit, omnes portas, feneſtras, quin & minimas ſi fieri poſſit rimas, lateris plagam contagio infectam reſpicientes, ſolicitè tenere occluſas.

Cubicula qua ratione procuranda.

Cænacula quoque, dormitoria, cæteraque in quibus degere ſolemus conclavia, ſingulis matutinis, maximè verò temporibus caliginoſis, & pluvioſis, quibus aër quendam fœtorem diffundit, odoribus huic malo appropriatis ſtudioſè fumigentur; ditiorum quidem ex paſtillis ſeu trochiſcis Cypriis, ad imitationem Hiſpanicam confectis, quoniam odoris, illi ſunt præ reliquis ſuavioris, vel etiam ex gallia & alipta moſchata, ſimilibuſque odoriferis præſtantioribus compoſitis. Mediocrium verò compoſitiones fieri poterunt ex olibano, myrrha, ſtorace, nuce moſchata, floribus ſalviæ, roriſmarini, Baccis lauri & Juniperi, cæteriſque ſimilibus.

Varia fumigationum genera tempore peſtis uſurpanda.

Cumque omnia hujuſmodi thymiamata, ingredientia habeant calida & odorifera, (fortiora quippe *teſte Galeno, aph.* 28. *lib.* 5. ſpiritus potiùs diſſipant, quàm fovent) ad hoc ſeligenda erunt leviora, ac præ cæteris ſuaveolentia.

Pauperiores utantur baccis lauri & juniperi, quæ ubivis locorum facili pretio comparantur.

Aëre quoque ob vim radiorum ſolis incaleſcente, ſicque uſu reſpirationis aucto, modo dictæ Juniperi baccæ incoquantur aceto optimo, adjectis caryophyllis, roſis, malorum cydoniorum ac citriorum corticibus, quæ (*Avicenna lib. de ſimplicibus medicamentis atteſtante*) aëris corruptioni præ cæteris reſiſtunt. Fumigandi ratio præ cæteris hæc videtur accommoda, ſi palea, aut lateres igniti dicto decocto irrorentur.

Aër quomodo refrigerandus.

Æſtu verò caniculæ magis ac magis incandeſcente, ad aërem ambientem eventandum ac refrigerandum, utile fuerit per conclavia diſpergere manipulos juncorum, fol. vitis, ſalicis, violarum, nympheæ, flores roſarum, cichorij, bugloſſi, & ſimiles, aquæ frigidæ cum aceto mixtæ, immerſos.

Quod ſi præſervationis, vel etiam curationis ergò, opus ſit majore adhuc proximè ambientis aëris refrigeratione, ſpirituumque inſtauratione magnates ad imitationem *Rhaſis lib. ſuo* 4. *ad Almanſorem Regem*, lintea vel pannos lectis circumtenſos intingi curabunt aqua roſæ, nenupharis, aut ſimili, adjecto aceto roſ. opt. quantum ſuff. ſique huic priùs immacerati fuerint ſantali, flores nympheæ, roſarum rubearum, violarum, bugloſſi, cum tantillo camphoræ: major adhuc aëris correctio, accuratiorque ſpirituum in ægrotis refocillatio ſubſequetur. Inferioris verò conditionis hominibus, ſtrophiola hiſce ſuccis intincta, naribus admoviſſe ſufficiat.

Quibus indumentis tunc temporis utendum.

Cùm aër præterea qui facilè permeat, ſua rebus ambitis facilè imprimat contagia, & veſtimentis potiſſimum inſinuetur: quænam ami-

ctus

Digitized by Google

ctus ratio contagij temporibus videatur accommodatior, paucis docebimus.

Locupletiores ergo, veſtes ſericas laneis præferant, easque in primis quas multitia Juvenalis vocat, itemque Plautus veſtes undulatas, quòd è maximè tenui filo contextæ, difficiliùs contagii venenum contineant. Omnes verò in genere, ut munditiei, ſic veſtium crebræ tranſmutationi ſtudeant. In primis verò ubi per loca, infecta tranſierint, aut cum infectis fortè fortuna (id quod vel maximè circumſpectis accidere poteſt) converſati fuerint.

Pomi odoriferi te n pore peſtis gerendi compoſitio.

Ij verò quibus multiplici negotiorum cura diſtractis, domi quodammodo, ac in tuto latere non datur: in foro vel etiam campis degentes, variorum hominum commerciis implicití manibus alternis contineant pomum artificiale odoratum, compoſitum ex ſtorace Benioino, ladano, ſantalis, floribus arantiorum, roſarum, & pulvere Cypri, quæ omnia aqua roſarum & flor. araut. irrigata vel aſperſa, mediantibus gummi Tragacanti & Arabici, partibus æqualibus, in dictis aquis diſſolutis, in pomum efformentur odoratum, pyxidi eburneæ undiquaque perforatæ, commodioris geſtationis ergò, imponendum: vel etiam dictæ pyxidi includi poterit ſpongia, aceto roſato, in quo dicta aromata prius macerata fuerint, tincta.

Quantum contra peſtem ſuaves odores valeant, pluribus comprobatur.

Eorum verò ſententia qui dicunt, hujuſmodi odoribus ſuaveolentibus ſpiritibusque proinde vitalibus acceptiſſimis, aëris contagia, tanquam ſubminiſtrato vehiculo; regionem cordis ſubire faciliùs, ex ſupradictis facile abſurda convincitur; quibus odores pravos ac abominandos contagia mirificè promovere comprobavimus, atque etiam ex eo, quod odores ſuaves ac grati, tanquam mutua contrariorum juxta ſe poſitorum collatione, contagio potiſſimum reſiſtant. Huc etiam accedat authoritas divini ſenis *Hippocratis, lib. de natura hominis*, qui dum Diætæ contagij tempore obſervandæ, in primis rationem inculcat, aëris odorati nullatenus obliviſcitur, dicit enim: *Nempe primo providendum, ut quàm pauciſſimus aëris influxus in corpus ingrediatur. Secundo ut ille ipſe quàm peregrimiſſimus exiſtat* (hoc eſt ut interpretatur *Galenus) nullo inquinamento corruptus, ſed ſit purus, attenuatus, odoratus, & ſalutaris. Avicennas* quoque *libro ſuo de peſte cap.* 4. per loca fœtida & peſtifera tranſituris author exiſtit, ut odoribus fragrantibus ad aëris correctionem probè ſint muniti, addit enim: *Bonis odoribus ſpiritus oblectari maximè, & putridis lædi.*

Quomodo infecta loca repurganda.

Quod porro attinet ad purificationem conclavium, in quibus peſtiferi expirarunt: ſciendum, ante omnia ſupellectilem ex iis tollendam, & abuſu hominum eſſe removendã, in primis verò lectos ipſos: deinde varò calcem vivam in aqua frigida, cui parum aceti admixtum fuerit, intra idem conclave, feneſtris apertis extinctam, ſuffimentum excitare præſtantiſſimum.

Præ-

Præcepta ſingulos ſpectantia.

Atq; hæc omnia ad legitimam aëris adminiſtrationem tempore graſſantis peſtis, præſervationis ergò, in genere dicta ſufficiant.

1. Agenda.

Quod autem ad ipſa individua ſpeciatim attinet, conſultum fuerit ſingulis matutinis temporibus, antequam in publicum egrediamur, manus, os, nares, oculos & aures abluere aqua limpida, cum pauco aceto roſato permixta, ac in cujus quadrante ſive pinta macerata priùs fuerint, corticis citri ſemiuncia cariophyl. numero xxv. vel xxx. ſalviæ exſiccatæ: tantum folia aliquot. Quandoque etiam antequam domo egrediamur, uti poterimus tabellis cordialibus de Electuario quodam Bezoardico: quandoque aſſumere dimidium cochlear aquæ Theriacalis, cujus varias formulas infra proponemus.

Sequens quoque obſervatio iis, qui ob negotia civilia domi ſe continere prohibentur, videtur neceſſaria: ut quantum fieri poteſt, fugiant aërem pluvioſum ac turbulentum.

Egreſſus. Egreſſus prætereà matutinus ſit, & quidem Sole jam per integram horam ſupra Horizontem noſtrum apparente. Solis verò occidentis radii cane fugiantur pejus & angue. Quin & ab hora diei meridiana ad veſperam uſque, quantum fieri poteſt, à multa corporis commotione, eaque in aëre non domeſtico, abſtineatur. Cum enim à meridiano ſole corpora noſtra flaccida evadant, ſpiritibuſque exhauſtis reddantur debiliora, & cutis pori apertiores ac magis dilatati, infectum aerem, à meridiano æſtu magis magiſque attenuatum facilius intromittant: hinc fit, quod pomeridianum tempus ſuſcipiendo contagio valdè exiſtat opportunum: quin & nocte opportunius, in qua ut aer quodammodo inſpiſſatur, ſic corporis quoque noſtri pori conſtringuntur. Atque hæc de aere dicta ſufficiant, in cujus conſideratione, cùm præcipuum contagii vehiculum exiſtat, paulò nos oportuit eſſe fuſiores.

Ut ſomnus pomeridianus peſtis tempore eſt maximè fugiendus, ſic nocturnus vires reſtaurando, humectandoque ad humorum inflammationem impediendam, valde conducit. Vigiliæ vero omnes ut deſiccantes, humores incendentes, vireſq; dejicientes, huic morbo prorſus ſunt contrariæ. *Somnus.*

Affectus animi.

Animi quoque perturbationes, quales ſunt ira & triſtitia, ob repentinam quam adferunt ſpirituum commotionem, & incendium ſubitaneum, vel etiam centrum verſus coarctationem, ac quaſi extinctionem non mediocre adferunt periculum & detrimentum. Præ omnibus verò reliquis animi pathematis, metus, nimiaque contagii apprehenſio, noxam adferre ſolent: utpote quæ ſola ſæpè ad peſtem ſuſcipiendam nos diſponant. Verùm cùm fuſiùs in diæ- *Animi motus.*

Digitized by Google

tetico noſtro expoſuerimus præcipuos effectus, qui ab iſto affectu producuntur: eò benevolum lectorem ablegamus. In præſentia cauſam ſolummodo ob quam nimia contagii apprehenſio, ad ipſum faciliùs recipiendum corpora noſtra quodammodo præparet, in medium producemus. Ea verò eſt quod omnis metus perpetuam comitem habeat triſtitiam, ſeu melancholiam. Triſtitiam, inquam, quæ humores corporibus noſtris ingenerare ſolet atrabiliarios, omnium peſſimos, inflammationibus, impreſſionibuſque cujuslibet in genere corruptionis, malignæ, venenatæ, & peſtilentis qualitatis, præ reliquis obnoxios, vitali facultati adverſos, ac per conſequens (*Ovidio in Faſtis atteſtante*, dum ait: *vires ſubtrahit ipſe timor*) omne vitale robur, planè dejicientes. Quaſi dicat citato loco Ovidius: timor vires clanculū ſuffocando, animi deliquia ac conſternationem, quæ ſunt veluti mortis umbræ, ſæpè acceerſit, conſternationem deſperatio, deſperationemque tandem ipſa conſequitur mors.

Metus tempore peſtis vitā nocet.

Præcipua ergo Medici cura in hoc verſetur, ut pernicioſiſſimam hanc è mentibus ægrotorum eximat impreſſionem. Id quod alia melius ratione fieri non poterit, quàm ſi divini numinis auxilio, ardentibus precibus primùm implorato, in Medici ſui fidelitate, ac ſufficientia, ægri fiduciam repoſitam habeant: ſecundum illud Avicennæ: *Plus interdum* „ *prodeſt fiducia ægroti in Medicum, quàm* „ *ipſa Medicina. Mercurialis libro ſuo de peſte,* inter præcipua præſervativa reponit, gaudia mentiſq; hilaritatem, dicitque, Muſicæ nomine, qua Thaletes ac cæteri milites pedem in fugām convertiſſe ab Homero ſcribuntur, nihil aliud intelligendum eſſe, quàm mentis, cui in primis ſtudebant, hilaritatē, ac corporis recreationes, tanquam præcipua, quibus contagii inſidioſi inſultus repelluntur, inſtrumenta.

Metus & impreſſio.

Ducentas ſanè hoc loco in dictorum confirmationem allegare liceret authoritates: ſpiritus videlicet metu præoccupatos, ad ſuſcipiendum peſtis contagium maximè eſſe proclives: ſufficiat tamē unius *Heurnii* in celeberrima Univerſitate Leidenſi Profeſſoris, ac Medici ſummi, cum quo in juventute haud pœnitenda mihi familiaritas interceſſit, *libro ſuo de Peſte*, ſic ſcribētis judiciū: *Hinc eſt quod ſubitaneo metu peſtiū perculſi, eam in ſe pelliciant,* „ *ſpiritale enim venenū facile* (intro confertim revocatis ſpiritib' ad cor) *ſymimoriaquadam ſe vitalibus ſpiritibus conſociat.* „

Exercitia.

Atq; hæc de animi pathematis dicta ſunto: Veniamus ad exercitia.

In hoc morbo quies utiq; motui, utpote qui ſpirituū vitalium commotionē atq; incendium facilè inducat, multis modis eſt præferenda: ut taceam, quòd exercitia violentiora, ob crebriorē quam adferunt reſpirandi neceſſitatem, aerem infectum ad ima uſq; cordis penetralia faciliùs adducant. Atq; hæc eſt cauſa præcipua, ob quam *Hippocrates* vivendi rationem præſcribat, contagii temporibus admodum tenent: Ne, inquit, *opus ſit crebrò reſpirare.* Exer-

Quieti peſte ſævientes indulgendum.

Digitized by Google

Quibus horis exercitia capienda. Exercitiis tamen, ſi quæ admittenda ſint, horæ tribuantur matutinæ, quibusque ventriculus cibis exoneretur. Nam pleno quidem ventriculo exercitia ſuſcepta, non tantùm peſtis, verùm cujuſvis morbi tempore eſſe inſalubria, ac periculi plena, nemo eſt qui dubitet.

Quis locus aptus. Locus exercitiis deſtinatus, ſit purus, nitidus, omnique contagij ſuſpicione carens: nec non à regione, unde contagium advolare creditur, ventisq; inde ſpirantibus, averſus. Sermo namque de iis eſt in præſentia, qui maturius ſibi proſpicientes, receptam de tribus pilulis, *citò, longè, tardè*, in ſuperioribus explicatam, primi aſſumpſerunt.

Cibus ac Potus.

A cibis quoque, quos ex locis ſuſpectis aſportatos cognoſcimus, ſumma diligentia abſtineamus, ſive recenter advenerint, ſive etiam ad tempus ante tranſportationem ibidem repoſiti fuerint. Ante omnia verò ſeligendi cibi probi ſucci, faciliſque digeſtionis.

E carnium genere præſtant, vitulinæ, vervecinæ, hœdinæ, unà cum carnibus leporum, ac cuniculorum juniorum, caponum, perdicum, gallinarum, columbarum, turturum, turdorum, alaudarum, ac ſimilium avium montanarum ac ſylvaticarum.

Quibus piſcibus. Inter piſces marinos, reliquis anteponuntur, ſoleæ, rupelliones, viræ. Inter fluviatiles verò, lucij, trutæ vulgò dictæ, percæ, & cæteri piſces ſaxatiles.

Sufficit verò hoc loco præcipua tantum ciborum genera allegaſſe. Siquidem cunctæ proſequi velle, infiniti foret operis ac laboris.

Cibi diverſi generis fugiendi. Præſtat quoque uno atque altero cibi genere famem pellere, quàm multos atque diverſos ingerendo, non tantùm ventriculi impedire concoctionem, verùm etiam pravi ſucci chylum ſangvinis officinæ ſubminiſtrare. Poſterior ſiquidem concoctio prioris vitium emendare nequit.

[Obiter vero hoc loco notare placet, non deeſſe, qui tempore peſtis præcautionis ergò, piſces tam marinos quàm fluviatiles, utpote à contagij periculo omni ævo immunes, longè carnibus præferant. Quorum tamen opinio manifeſta abſurditate non caret. *Vtrum piſces carnibus præſtantiores.* Licet enim marini piſces ob domicilij ſui, aquæ videlicet ſalſæ naturam, putredini inprimis adverſentur, non ſecus ac fluviatiles, qui quandiu in ſede ſua morantur, à contagij periculo exiſtunt immunes, eò quod aër infectus ad illos usque adire non poſſit: tamen cùm utrique domicilium ſuum egreſſi, in aëre etjam puriſſimo, longè majoris, quàm carnes, corruptionis ſint ſuſceptivi, ſuccos quoque ex ipſis progenitos, viſcoſos, ac originem ſuam redolentes, laudabilium carnium chylo nemo præferret. Verùm hæc obiter tantùm.]

Ac licet ex carnium ac piſcium ordine genera attulerim ſelectiora:

Digitized by Google

tamen hoc parum ſufficere videtur, ni diverſam naturarum in ægrotantibus diſtinctionem protulerimus: cùm non omnes præſertim eodem gaudeant temperamento.

Qui cibi ſecundum diverſam hominum temperiem aſſumendi.

Quocirca corporis habitum nacti gracilem, temperamentumque calidum, & bilioſum, ex cibis quidē eligant humidiores, ac minus calidos, veſcantur potiùs elixis quàm aſſatis. Habitus verò repletioris ac humidi, contraria quoque victus ratione utantur. Atque hujus quidem obſervationis tanta eſt longitudo, & latitudo, ut vel Medicinæ Tyrones vix aberrare hîc poſſint. Sufficiat ergo nobis in eorum gratiam prima tantùm duxiſſe lineamenta, ne videlicet exactiori ſingulorum inquiſitione, tædium potiùs quàm emolumentum procuremus.

Utrum parcior an largior victus expediat.

Neque verò hoc loco optimi ſucci cibos ſelegiſſe, ac ad cujuſvis accommodaſſe temperamentum ſufficerit, niſi etiam quantitatis accurata ratio habeatur. Conſiderandum itaque venit, utrum Peſte laborantes cibandi ſint manu tenui, vel tenuiſſima, an verò largiore: hos ſiquidem tres cibationis gradus *Galenus* enumerat. Ac licet hîc in contrarias ſententias abripiantur præcipuorum Medicorum meditationes, dum quidam ipſorum, inter quos *Aëtius & Avicennas,* victus rationem largiorem tenui vires proſternenti oppoſitam approbant, & alij è contrario ſentiunt, fulti ſententiâ *Hippocratis,* qui in omnibus morbis acutis (in quorum ordine peſtis haud immeritò primum locum ſibi vendicare videtur) tenuem victus rationem præſcribit.

Authoris ſententia.

Cum verò in victus ratione, vires, morbique cauſa paribus momentis ponderari debeant, nos media quodammodo incedentes via, victus rationem eligendam judicamus mediocrem. Ut enim ſæpenumero mali cauſa, cibo ac potu majori quantitate aſſumptis, exaſperatur: ſic ab altera parte eorum nimia ſubtractione, vires (quarum tamen præcipua in hoc morbo habenda ratio) mirificè proſternuntur.

Hinc maxima Medici dexteritate opus videtur: qua videlicet in ponderanda victus ratione ita verſetur, ne cauſam mali oppugnando, virium proſtrationi viam ſternat, vel contrà. Medio itaque, nî fallor, ibimus tutiſſimi. Quod medium ut teneri accuratè poſſit, ægris cibus administrandus fuerit parca quidem manu, at verò crebrioribus vicibus. Cibus inquam boni ſucci, facilisque vel ægro digeſtionis: hoc eſt, qui per præcedentem impuræ magisque terreſtris portionis ſeparationem, ad quintam quodammodo eſſentiam elevatus, mediocriter vires reſtauret, nec interim mali cauſam ulla ratione foveat.

Sobrietas tempore contagionis imprimis neceſſaria.

Ante omnia verò ſobrietas & temperantia, in omni quidem morborum genere requiſitæ, peſte graſſante religioſius obſervari flagitant: hisque mediantibus ſolis, Socrates ſolus à peſtis contagio legitur præſervatus. Peſtis, inquam, illius ferociſſi-

Sobrietas Socratem à peſte graviſſima vindicavit.

ciſſimæ Athenienſis, quæ reliquorum prorſus memini, *teſte Æliano hiſtoriæ ſuæ libro* 5. *cap.* 15. pepercit, *Socratis corpus probatum eſt eſſe moderatum, & temperantiæ beneficio continens: & propterea cum vulgo peſtilenti morbo ægrotarent Athenienſes, ex quibus alii interibant, alii ad mortis uſq; periculum graviter affligebantur, ſolus Socrates non ægrotavit.* *Galenus* quoque ſequentibus verbis ſobrietate, temperantia, victusque ratione proba, aëris infectionem reddi nobis poſſe innoxiam teſtatum reliquit. *Offenſiones enim,* inquit, *aëris peſtilentis, victus genere inſtituto à tempeſtate dominante diverſo, facile declinari poſſunt.* Nam, ut ſcribit alibi, *nulla cauſa ſine patientis aptitudine agere natura conſuevit.*

Atque hæc ſobrietas unicum *Socratis*, ut in peſte, ſic aliis gravioribus morbis, antidotum & alexipharmacum, è regione adverſatur moderno in ciborum varietate luxui, qui noſtræ ſanitati in univerſum non parum detrahit, corporaque noſtra variis cruditatibus replet. Unde *Plinius* non ſine cauſa ſcribit, *Simplicem victum homini eſſe utiliſſimum.* Ac licet ſchiſmatis hujus mox in hæreſin degeneraturi, reformationem quandam univerſalem, ſicque conſequenter morum noſtri ſeculi inſtituere velle, non minus videatur ridiculum quàm effectu impoſſibile: tamen hoc unicum cautelæ generalis loco attuliſſe, apud quam plurimos utilitate certa non carebit. Obſervandam videlicet una eademque in refectione ſemper eſſe ciborum con-

Conformitas ciborum in victu obſervanda.

formitatem ac analogiam, qualis eſt inter carnes attagenarum & perdicũ, gallinarum & caponum. Una ſiquidem cœna vel prandio carnibus veſci pariter ac piſcibus, vel etiam carne bubula duriore, ac delicatioribus volatilium, nihil aliud niſi maximam chyli diſcraſiam, ac inæqualitatem producere poteſt, ſiquidem teſte Hippocrate, *Quæ diſſimilia ſunt ſeditionem movent, dum ex his alia citius, alia tardius mitificantur & in corpus dividuntur.*

Hæc quæ de vitanda ciborum varietate diximus, de vinorum quoque diverſitate, aliorumque potuum artificialium dicta ſunto. Potus itaque ſeligatur, non minus loco, in quo moramur, quàm naturæ noſtræ familiaris, abſit omnis diverſorum generum vel mixtura, vel etiam in eadem refectione aſſumptio: ut ſi, exempli gratia, quis aliquot hauſtus cereviſiæ, totidemque vini, eadem aſſumere conſueverit menſa, valetudini ſuæ tandem peſſime conſultum perſpiciet. Præſtat ergo, quodcunque id ſit, unico tantum potus genere qualibet menſa uti, idque quantitate quæ ad ſuſtentationem aſſumpta ſufficiat: licet pro qualitatis diverſitate, ipſa quoque quantitas, licet minor, ſecundum proportionem obeſſe videatur. Potus ſiquidem fecibus, tartareis abundantis, uſus vel mediocris, variorum malorum autor exiſtit.

Quæ vina ſeligenda.

Ex genere vinorum ſeligantur oligophora, & debitã maturitatẽ conſecuta, ſive alba fuerint, ſive rubea,

 Panis

Digitized by Google

Quipanis. Panis inter albiſſimum & nigerrimum ſit quodammodo intermedius, bene fermentatus, mediocriter ſalitus, probeque excoctus. Panum azymorum ac placentarum, ut & leguminum copioſior uſus,cum frequentes obſtructiones, variorum morborum cauſas producere ſoleat: plane fugiatur. In herbarum quoque & fructuum uſu ſecundum commoda vel incommoda quæ adferre ſolent, moderando, nõ minus oportebit eſſe verſatum, ut melius peſti ablegandæ proſpiciatur. Licet enim in genere ad nutritionem (ſecundum Avicennæ opinionem) reliqui cibi, de quibus hactenus egimus, minus exiſtant idonei, ſicque à multis abſolutè videantur prohibendi: attamen cum ex ipſis multi, acidæ in primis ac vitriolaceæ qualitatis, quæ in omni malo putredinem comitem habet, alimenti medicamentoſi, ac medicamenti alimentoſi naturam poſſideant, ipſorum proba accurataque diſtinctio atque uſus non parum conducet aciditate innata, ad malignitatem humorum corrigendam, inflammationes extingvendas, putrefactionesque demum inhibendas.

Quæ herbarum genera. Ex herbis ejuſmodi ſunt Bugloſſum, Borrago, Portulaca, lapathum ſativum, Endivia, licet *Avicennas* primas tribuat Oxalidi. Præſtant verò hæ dictæ herbæ in juſculo decoctæ, quàm commeſtæ crudæ. Licet multi pro remedio ſingulari habeant, præſervationisque loco, in peſte ſeptem aut octo folia oxalidis in oxycrato macerata cruda comedere: quod ipſum quoque remedium conducit iis, qui hepate ſunt calidiori, fortique ſimul ſtomacho præditi.

Qui fructus ſeligendi. Ex fructibus, mala punica acida, limones, mala citria, aurantia, ab omnibus comendantur: quorum ſuccum ſive per ſe aſſumas, ſive aliis admiſceas cibis, alimentum habebis medicamenroſum, appetitum excitans, putredini reſiſtens, ac ardores interiorum viſcerum extingvens. Quæ quidem poſteriora duo, tam in præſervatione quàm curatione morborum peſtilentialium & epidemiorum in primis intenduntur. Uvas quoq; criſpas, ac berberis fructus, ſive crudos ſive conditos, ratione aciditatis ſimiles prorſus præſtare effectus videmus. Mala quoque cydonia cocta aut condita, ejuſdem ſunt generis, quorum ſuccus in ſyrupi conſiſtentiam, vel absq; ſaccharo decoctus, remedium exiſtit excellentiſſimum, cordiale, & Bezoardicum, movens ſudores & provocans urinas: Licet pro ea, qua præditum eſt aſtringendi virtute, in quam plurimis alvum ſubducat.

Dulcibus acidi fructus praferuntur. Pyra, poma, pruna, ceraſa, aliaque ſimilia acida & acerba, quo minus vermibus obnoxia, eò magis reliquis anteferenda: dulces verò fructus vel corruptioni obnoxij, ſic corporibus noſtris varias ingenerant putredines. Quod ſi ſpeciatim omnia perſequi vellemus, hic noſter in immenſum excreſceret labor. Quocirca pauca hæc inſtar Ideæ ſeu Cynoſuræ ſubjeciſſe ſufficiat, ad quo-

quorum ſimilitudinem ac contemplationem, reliqua victûs ratio legitime efformari facili negotio poterit. Antequam vero diætæ finem imponamus, pauca quædam de repletione & inanitione reſtant delibanda.

Excretionis Retentio.

Quid repletionis nomine Medici ſubintelligant. Repletionis nomine redundantiam nimiamque humorum copiam intelligimus, qua corpora noſtra gravantur: ſive hi humores contineantur in capacitate ventriculi, inteſtinorum, aliorumque viſcerum, ſive etiam in ipſis venarum & arteriarum concludantur vaſis. Quibus in locis omnibus ac ſingulis, obſtructiones quas generare ſolent, non tantum infinitorum prope malorum cauſæ exiſtunt: verum etiam in genere curationem impediunt multifariam: Secundum dictum Æginetæ *libr.* 1. de re Medica, *cap.* 32. ubi ait: *Peſſimum enim in morbis venarum repletio.*

Repletionis cauſa. Cujus quidem nimiæ repletionis cauſa principalis à Medicis traditur crapula, ſeu nimia cibi & potus ingurgitatio, vita deſide ac otioſa concomitata: cui ex diametro meritis nunquam ſatis laudibus celebrata ſobrietas adverſatur.

Ac licet crapula hæc in omnium generatim curatione morborum videatur moras nectere, in primis tamen peſtis perniciem promovere conſpicitur. Unde haud immerito *Heurnius libro ſuo de peſte cap.* 8. *ait: Nam peſtis ſummum jus ſibi vendicat in intemperantes. Atq; id maximè tuetur à peſte corpus, ſi vacuum ſit excrementis, optimèq; ſit perſpirabile.*

Præſtantiſſimum adverſus repletionem remedium eſt evacuatio: tum ea quæ fit beneficio motus naturalis, tum quæ artis naturæ imitatricis peragitur induſtria.

Evacuationis, quæ repletioni opponitur diverſa genera. Quemadmodum vero excrementitiarum ſuperfluitatum, atque repletionum varia exiſtunt genera ac differentiæ: ita quoque non eadem eorundem à natura evacuationi emunctoria videmus deſtinata.

Ut autem ſuprema aëris regio in macrocoſmo, non uno modo purgare ſe novit à variis evaporationibus, tam humidis quàm ſiccis, ex inferioribus terræ & aquarum locis elevatis, quæ varias meteororum ſpecies conſtituunt: dum haud minimam earum partem verſus terminum, unde emerſerunt, ablegat: ſic quoque diverſi vapores humidi & ſicci, ex microcoſmi inferioribus (viſceribus puta nutritioni dicatis) ad ſuprema ejuſdem, cerebrum nempe, tranſmiſſi, ibidem diverſorum (pro diverſitate videlicet excrementi modò frigidi & humidi, modò calidi & ſicci) meteororum ſpecies repræſentant, & per varios, à natura ad id efformatos ductus ſeu meatus, aures, oculos, nares, ac palatum, foras excluduntur.

Excrementa quomodo Cæterum ſicut natura per aures ac nares repurgare ſolet excrementa fuliginoſa, calida & ſicca, qualia ſunt bilioſa & melancholica, per oculos

vero

Digitized by Google

à natura expellantur. vero & palatum magis ſeroſa: ſic ars naturæ imitatrix, dictarum ſuperfluitatem expulſionem (quæ retentæ maxima ſæpè adferre ſolent œconomiæ naturali impedimenta) per errhina, ſternutatoria, maſticatoria, aliaque ſimilia juvare ſolet.

Præcipua, ac præ cæteris inſignia humani corporis emunctoria, utpote quæ parem ei uſum præſtare ſolent, quem navibus majoribus ſentinæ, ſunt inteſtina, ac ex eorum numero rectum præcipuè & veſica. Quorum quidem emunctoriorum priori deturbati conſuevetunt feces, quæ plus de ſulphure participant excrementitio, ac graveolente, ſeu fœtido: poſteriori verò ſuperfluitates magis ſeroſæ, acres & ſalſæ.

Excrementorū retentio diverſorum morborum cauſa. Si verò aliquando iſti foras eliminandorum excrementorum ductus, occluduntur, nec demandato ſibi à natura munere pro debito defungantur variorum morborum cauſas antecedentes producunt, ob moram ac deſidentiam talium excrementorum in illis remanentium: quemadmodum è contrario ij quibus venter non fuerit pigrior, rarius malis conflictari ſolent, *teſte Hippocrate lib. 6. Aphor.* 55.

Alvi ſolutio. Si igitur vel errore naturæ, vel quavis alia de cauſa alvus extiterit ſtrictior, arte utriq; ſuccurrendum, ac imminentibus hinc malis occurrendum fuerit, ſorbitiunculis videlicet crebrioribus, ex *emollientium decocto*, prunorum item dulcium vel aliis: vel applicanda *ſuppoſitoria* imo etiam ſi opus fuerit, *clyſteres* adhibendi.

Cum vero non paucos reperias, qui à clyſterum ac ſuppoſitoriorum uſu prorſus abhorrent; ut taceam ſæpenumero ægri conditionem ac ſtatum, itemq; operoſam ſatis & longam horum remediorum tum præparationem, tum requiſitam retentionem, quæ ſemper fieri nequit; eorum uſum vel diſſuadere vel admittere non auſim. Hoc loco tamen familiariora ac faciliora quædam ſolvendi ventris media placet proponere, quæ ex decoctis herbarum emollientium, vel juſculo prunorum dulcium compoſita, longe potentius (citra moleſtiam tamen) alvi excrementa indurata exturbare poſſint.

♃. *Prunorum Turonenſium dulcium conditorum numero* XII. *vel circiter, pro intentione quantitatis decocti, macerentur in vino albo horis quatuor vel quinque. Intereaq; temporis, ſimul duabus libris aquæ fontanæ ad tertia uſque partis conſumptionem incoque, foliorum ſenæ uncias duas, in cujus decocti colatura decoque dicta pruna macerata, adiectis ſacchari candi uncias tres igne lento ad conſiſtentiam ſyrupi mediocris.* De hoc matutino tempore exhibebis prunum unicum, cum duobus aut tribus cochlearibus ſyrupi: videbisque alvos etiam naturaliter duriores ſufficienter relaxatum iri. *Pruna laxativa.*

Pari quoque ratione, loco prunorum parari poſſunt *uva laxativa*, tam Damaſcenæ, à vinaceis ſuis mun- *Uva laxativa.*

Digitized by Google

mundatæ, quàm Corinthiacæ: quibus exhibebis cochlear unum.

Tinctura Senala-xativa.

Vel *macerentur in ſex unciis vini albi, aut aqua pomorum redolentium vel bugloſſi, vel etiam communi, cui pauca admodum gutta aciditatis limonum ad gratam ei aciditatem conciliandam fuerint admixta: foliorum ſenæ ſemi uncia: in phiala vitrea ab igne remota, ſpatio duorum aut trium dierum, donec liquor, tinctura foliorum ſenæ, probè impregnatus fuerit. Huius tinctura unum atque alterum cochlear immiſce quinque aut ſex cochlearibus inſculi caponum vel ſimili. Quo hauſto ſufficiens alvi ſubſequetur ſolutio.* Eſtque Medicina hæc ut guſtui haud ingrata, ſic extra omnem plane periculi aleam poſita: qua & parvuli & gravidæ, citra ullius ſymptomatis metum, ſecurè uti poterunt.

Obiterque hic notandum, dicti remedii, quod parvo comparatur impendio, quantitatem à nobis poſitam, pro octo aut decem vicibus ſufficere.

Ac cum natura unius, atque alterius medicamenti, quorum uſus ulli nimium fuerit familiaris, vim tandem eludat: quandoque variationibus erit ſtudendum. *Immacerentur igitur aquæ, in qua aloe prius diſſoluta, ac in ſyrupi conſiſtentiam fuerit decocta, uvæ paſſæ, vel Zibebæ*: harum poſtmodum unicam in ſedem immiſſam, unam atque alteram commotionem citra laborem ullum cauſabit.

Hæc & alia ſimilia, facilis præparationis remedia purgantia, in forma vini hydromelitis, vel ſimili adminiſtrabis: quarum varietatem *in Diætetico noſtro* itemque *Pharmacopœa reſtituta* fideliter enarravimus: quocirca ad prædictos libros lectorem benevolum remittimus.

Vrinæ provocatio.

Similiter ubi neceſſitas flagitaverit, Ars, naturæ imitatrix excrementorum ſecundæ concoctionis, urinarum videlicet excretionem, medicamentis diureticis juvare conſuevit: ſicut & hydroticis, tertiæ excrementorũ molitur evacuationem, quæ per habitum corporis, ſudoribus vel inſenſibili tranſpiratione, propelli conſueverunt.

Naturam ſæpè videmus nimia ſanguinis redundantia preſſam, ad hoc onus excutiendum, ſolere frequenter excitare in maribus hæmorrhoides, & in fæmellis menſtrua copioſiora. Ad cujus imitationem, ars quoque corporibus noſtris nimio ſanguine, nec ſine periculi metu diffluentibus, ejuſdem meditatur evacuationem, non ſolum per dictas hæmorrhoidum ac menſium vias, ſed etiam per diverſarum venarum inciſionem, pro morborum varietate, qui ſoliti ſunt hac ratione curari vel anteverti.

Vena ſectio.

Regnante verò peſtilentia, ſanguis quoque detrahi debet corporibus plethoricis: magna ſiquidem ſanguinis plenitudo & abundantia, tunc temporis, non vacat periculo.

Ac de repletione quidem, & ei contraria inanitione, longè plura,

hoc loco adferri poſſunt : niſi ſupra dicta ad peſtis, de qua modo tractamus, præſervationem ſufficere putaremus. *Sectione verò ſecunda noſtri Diatetici, cap. 13 & 14.* hanc materiam paulò latius extendimus: quo quidem libro ex profeſſo ea quæ pertinent ad *Diæteticam*, ſive debitam ſex rerum non naturalium adminiſtrationem, perſecuti ſumus. Eò igitur benevolum lectorem remittimus, ſequentibus remedia contra peſtem, à Pharmacia, & Chirurgia nobis ſubminiſtrata poſituri.

CAP. III.

De Præſervatione Chirurgica.

Venæ ſectio.

CApite præcedente, dum tractaremus *de Repletione*, ejuſque contrario, evacuatione, ſive inanitione : ſatis abundè demonſtravimus inciſionem *baſilicæ* in brachio dextro extenſæ, præſervationis ergò, eſſe neceſſariam tempore Verno aut autumnali, corporibus plethoricis, carnoſis & rubicundis, quorum venæ amplæ ac conſpicuæ ſanguine turgerent. Corporibus, inquam, otio diffluentibus, genio indulgentibus, ac ſanguinis miſſioni aſſuetis, ne dum fortè ſanguis copioſior, ob viarum anguſtiam, motu ſuo familiari ac fluctuatione privatur: corpora magis ad varias aëris corruptiones, peſtiſque contagia ſuſcipienda ſubinde diſponerentur.

Quo tempore.

Verùm enim verò cum hæc ſanguinis miſſio præcautionis ergò inſtituatur : eſt quod *tempus opportunum* magis potius arripiamus: quàm quod nimium procraſtinando, illius neceſſitatem quæ omnibus eſt legibus ſoluta, imprudenter experiamur. Tempus autem miſſioni ſanguinis magis opportunum, eſt illud quod reſpectu activarum qualitatum noſcitur magis temperatum, ſique fieri poſſit *matutinum*: prius tamen excluſis, vel naturæ, vel clyſteris cujuſdam emollientis beneficio, alvi & veſicæ excrementis.

Qua conſtellatione.

Medicus quoque in Aſtrologia verſatus, *Lunæ quadras* accuratè obſervabit. Diverſos quippe hujus Planetæ motus varium admodum in humores corporum noſtrorum dominium exercere, vel ex criticorum dierum obſervatione evadit manifeſtiſſimum. Omni itaque cura cavendum, ne tempore quo ad præcautionem peſtis ſanguis mittitur, Magnatum inprimis reſpectu, quorum ſalus & incolumitas multis nominibus nobis debet eſſe chariſſima, Luna Marti, Saturno vel alii cuidam aſtro maligno opponatur, aut in alio quodam aſpectu ſiniſtro collocetur.

E contrario verò tempus obſervandum eſt, quo benignis quibuſdam plantis, quales ſunt Jupiter & Venus, Luna conjungatur, vel ſaltem eos benigno reſpiciat, aut ab iiſdem reſpiciatur, aſpectu.

Qua planetarum conjunctione ſanguini mittendo propitia.

Luna ſimiliter, dum emergit è radiis ſolaribꝰ, vel oritur heliacè, nec non dum poſt paucos ab ejus & ſolis oppoſitione dies, rurſus decreſcit: ſanguinis miſſionem ſuggerit valdè opportunam. Dictis ſiquidem tempori-

Digitized by Google

potibus, ſanguis tàm purus, quàm aliis humoribus permixtus, non modò facilè permovetur, ſed etiam ad evacuationem multò promptior exiſtit & accommodatior.

Quamvis cæteras à prædictis obſervationes, magis vanas, quàm utiles reputemus, cum nulla certa ratione fulciantur: interim tamen, ne hilum quidem, libertati mittendi, omni tempore & loco (modo id flagitet neceſſitas) ſanguinis, aſſertionibus noſtris volumus derogatum.

Qui Quantitate, Si quantitatem porrò ſanguinis evacuandi ſpectes, illa multiplex & varia à *Galeno* ſtatuitur, pro diverſitate naturarum, temperamentorum, & aliarum cauſarum, quas exactè *in ſuis ſcriptis* idem Auctor enucleat. *In libro* quidem *ſuo de curatione* per ſanguinis miſſionem, adoleſcenti mediæ inter duodecimum & decimum octavum annum ætatis, ad integram uſque libram ſanguinem non formidat detrahere. Se quoq; præſente, ex corpore cujuſdam, qui ardentiſſima febre conflictabatur, detractas fuiſſe libras duas integras, eodem in loco atteſtatur: ex aliorum verò corporibus libram unam cum ſemiſſe. Sub quorum tamen verborum calcem annotat, fuiſſe hos mittendi ſanguinis quaſi gradus ſummos, nec ſi paulò ulterius proceſſum fuiſſet, rem periculo fuiſſe carituram.

Interim non parum abſurditatis complecteretur argumentum mittendi in tanta copia ſanguinis, inde collectum, quod tantundem ætate Galeni, à mille hinc & trecentis circiter annis elapſa, profunderetur. Eò quod hominum iſtius ſæculi corpora eſſent magis vegeta; ad hæc verò ultima tempora, quæ ad finem mundi magis accedunt, homines longè ſint imbecilliores, minusq; vivaces. Siquidem prout ferunt noſtrorum corporum temperamenta, præcautionis ergò, plus quàm octo, aut decem, aut ad ſummum duodecim ſanguinis uncias, vix tutò cuiquam detraxeris.

Haudquaquam tamen imus inficias, quin ſæpenumero ulterius nobis procedendum ſit, quando videlicet cum interioribus inflammationibus manus ſunt nobis conſerendæ. Veruntamen id ſecuriùs peragetur, ſi fiat crebriore miſſionis iteratione, quæ ad vires ægri ſolicitè reſpiciat. A viribus quippe ægroti potiſſima ſumi debet indicatio: cujus in ſanguine, tanquam in ſalutari vitæ balſamo, ſalutis origo & conſervatio contineatur.

Maxima porrò hac in parte, reſpectu locorum ac regionum conſpicitur differentia: eò quòd quidam populi largam & amplam evacuationem, etiam citra ſcrupuloſam ætatum obſervationem facilè ferant: alij verò ſecus. Si quis enim ſanguinem per univerſam Germaniam, & magnam Italiæ & Galliarum partem, infanti bimulo aut trimulo, bis aut ſemel emitteret: homicida potiùs, quàm medicus à cunctis judicaretur.

Digitized by Google

In celeberrima tamen Pariſiorum univerſitate, nulla planè difficultate, tam in febribus continuis, quàm in pleuriſi, aliisq; inflammationibus, proſpero rerum ſucceſſu, ſanguis etiam parvulis demi ſolet. Ac licet tot tamque excellentium virorum placitis refragari, noſtri nequaquam ſit inſtituti: tamen ſi maxima in talibus caſibus circumſpectione procedendum eſſe dixerimus, de ipſorum authoritate ne tantillum quidem nos derogaturos autumabimus. Atque *de hiſce plura paulo poſt* accuratiùs diſſerentur.

Parvulis etiam feliciter, Medicorum Pariſienſium judicio, ſanguis detrahitur.

Sin autem fortè contingat, hæmorrhoidum ac menſtruorum curſum, in iis, quibus hæc ſolent eſſe ordinaria, ſubſiſtere: eorum per artem evacuationi, peſtis inprimis tempore erit proſpiciendum. Tales enim evacuationes humorum corruptioni excludendæ exiſtunt opportuniſſimæ.

Cucurbitulæ.

Plethorici quoque, & ſanguinei, *cucurbitulas* ſcarificatas adſciſcere poterunt, diverſis corporis regionibus applicandas: illarum quippe uſum, generali purgatione præcedente, tempeſtivum, ad Peſtis præſervationem non parum conducere, ipſa teſtatur experientia.

Cauteria.

Cacochymica verò corpora tempore graſſantis Peſtis præcautionis loco, meliùs ac commodiùs utentur *cauteriis* potentialibus, inter certos brachiorum ac ſurarum muſculos applicatis. Idque eo magis, ſi jam antea illorum uſui fuerint aſſueti. Siquidem per ea tanquam per canales quoſdam, non ſolum maxima corruptorum humorum copia foras excluditur: verùm etiam ſpiritus in corpore noſtro contenti, fuliginoſæ ac venenatæ materiæ, à centro ad circumferentiam, beneficio virtutis naturalis, artis induſtria adjutæ, extrinſecus expelluntur.

Novi utique multos Chirurgos Peſtiferorum curationi deſtinatos, viros in arte ſua experiſſimos, qui ad propriam præſervationem, antequam infectorum curationem aggrederentur, cauteriis melius, quàm alia quavis cautione ſibi proſpexiſſe, & conſuluiſſe aſſeverarunt.

Quis primus cauteria inſtituit.

Herculanus nominis celebritate & antiquitate non parùm commendatus, habetur omnium *primus*, qui *cauteria* tempore peſtis applicanda *inſtituit*. Hoc tamen remedium ab arte veterinaria videtur eſſe depromptum: ſi modò liceat præcautiones brutis animantibus accommodatas, in malis haud diſparibus, ad hominum ſalutem & incolumitatem transferre.

Columella, ut peſtem & contagium, quod boves ſolet aliquando infeſtare, avertat: aures illis jubet perforandas, cum radice quæ vocatur *Conſiligo*, & inter Hellebori ſpecies collocatur: idque præſtantiſſimi alexipharmaci locum putat obtinere. Quod in hanc usque diem à paſtoribus etiam, & armentariis uſurpatur, Tithymalis pro Conſiligine ſubſtitutis.

Non pauci præterea reperiuntur

tur adhuc Medici, nec infima nota præditi, quibus id genus remedia, veluti præcautiones quædam accuratæ, comprobantur. In quorum numero *Mercurialis* meritò reponi poteſt, cùm palam atteſtetur: in ſæva quadam, quæ Venerias olim afflixit, lue, plurimos cauteriorum beneficio ab omni noxa planè fuiſſe vindicatos.

Pariſinus & Ingraſſias, idem ſimiliter in Peſtibus, quas ipſi ſuo tempore exortas fuiſſe docent, ingenuè profitentur, à quibus *Nicolaus Maſſa*, nec *Palmarius* diſſentiunt: cum tantopere hujuſce generis remedia extollant atque commendent.

Verum, quoniam parum eſt, utilitatem cauteriorum, in medium protuliſſe, niſi ſi pariter eorum uſum indicemus: reſtat modò dicendum, quonam tempore, & quanam in corporis regione, ipſamet applicari debeant.

Quo tempore cauteria applicanda. Quod ad tempus attinet, nequaquam tam diu illorum differenda eſt applicatio, quouſque peſtis incrementa ſua & vires acceperit. Tunc enim Chirurgo magnopere timendum eſſet, ne ulcus malignitatem quandam & inflammationem conciperet, quod pleramque verum eſſe percelebres multi doctique Medici atteſtantur. Melius ergò conſultum fuerit ſub ortum Peſtis jam graſſantis, & pernicioſos admodum ſuos fructus germinantis, eadem applicare.

Et cui corporis parti. Si verò partem cui applicanda ſunt cauteria, conſideremus: non eadem eſt autorum mens, & judicium. *Nicolaus Maſſa*, & *Palmarius*, eadem ſuris imponi volunt: ſic enim humores deorſum evacuari, & majorem revulſionem cauſari putant. Alij verò brachiis melius arbitrantur adhibenda, propterea quod tunc cordi ſint viciniora: cui, cùm ſemper inteſtinum bellum à peſtilentia indicetur, magis debent inſervire, neque ipſa humoribus alias derivandis, melius illorum conducunt judicio.

Ut autem hac in re meum intercedat ſuffragium: cùm talia remedia ad vitam conſervandam ſint introducta: non eſt quod ullus vereatur, cauteria ſuris atque lacertis, imò & aliis corporis partibus adhibere. Quod cùm ſuperius à nobis præſcriptum fuerit, & plurimi felices effectus inde conſecuti ſint: hac in aſſertione conſtituenda diutius non immorabimur.

Atque hactenus quidem à nobis propoſita ſunt ex *Chirurgia* remedia: veniamus ad ea quæ ſubminiſtrabit *Pharmacia*.

Cap. IV.

De Præſervatione Pharmaceutica Alterante.

PHarmacia nobis ſuppeditat remedia, non modò *interna*, ſed etjam *externa*, quibus peſtem amoliri & eandem curare licet. Illud autem potiſſimum hac in parte obſervandum eſt, quo omnis peſtilentiæ noxa procul à nobis expellatur, ut corpora noſtra ab omnibus corruptionibus *Remedia ex Pharmacopæa petita, in tres partes dividuntur.*

Remedia & Pharmaceutica ſecundum tres partes dividuntur.

vacua reddantur & immunia. Efficiens enim cauſa vix agit, niſi in rem jam præparatam & diſpoſitam. Cum ergo ad hunc ſcopum præcipuum, tam in diæta, quàm in Chirurgia cuncta collimaverimus: ad hunc ipſum etiam, quæcunque ex Pharmacia depromuntur remedia, dirigemus. Majoris verò perſpicuitatis gratia, in tres ordines ea omnia ſubdividemus.

Prima: Alterantia.

Primus omnium igitur continebit remedia *alterantia*, quæ humores poſſint calidiores, ac pilioſos refrigerare, frigidiores ac pituitoſos calefacere, nimias corporis humiditates exſiccare, ac exceſſivam temperamenti melancholici ariditatem & ſiccitatem irrigare. Singulis tamen horum alterantium formis ea ſimul admiſcebimus, quæ putredini reſiſtant generandæ, quæque præterea generatæ, ac peſſimo jam ovo incubanti, quantum fieri poterit, detrahant ac imminuant.

Secunda: Purgantia.

Secundus proponit medicamenta, quæ corpora noſtra ab excrementoſis ſuperfluitatibus, ſive cæ bilioſæ fuerint, ſive pituitoſæ, ſive demum melancholicæ, eæque vel ſolæ, vel inter ſe commixtæ, *repurgent.* Ubi ſimiliter ſecundaria quadam intentione, corruptioni & putrefactioni humorum, vel ſupprimendæ, aut præcavendæ, ſtudebimus.

Tertia: Corroborantia.

Tertius, isque præcipuus, continebit *corroborantia* partes nobiliores, in primis verò cor. In cujus quidē univerſo circuitu, tot, tantasq; probatiſſimorum alexiteriorum, ac medicinarum Bezoardicarum cohortes collocabimus: ut nec ipſum, nec ſpiritus vitales, ab ullo veneno peſtifero contingi poſſint. Ante omnia tamen divini numinis implorabimus auxilium, ut videlicet gratiæ ſuæ affuſione, optimarum quas proponemus Medicinarum potentias & virtutes in ſalutarem actum perducere non dedignetur. Reſtat jam, ut ipſas remediorum, ſecundum tres à nobis conſtitutas ſeries, incipiendò à remediis alterantibus, ac concoquentibus, formulas ſubjiciamus.

Alterantia bilem.

Corpora itaque quæ bile circumfluunt, temperamenti exiſtunt calidi & ſicci, & hepar habent calidiſſimum, ad ejuſmodi bilioſos ardores extinguendos, qui varias ex ſe febres facillimè producunt: febres, inquam, ardentes, & quæ tempore peſtis ſævientis in peſtilentiales facilè degenerant, frequentius utentur, præſertim ſtatu cœli ad æſtus paulò tunc inclinante:

Syrup. de *Limonibus*
Berberis
Granatis
Acetoſo
Endivia
Portulaca
Malis cydoniis,
Itemque oxiſaccharo:

Aliisque ſimilibus, vel ſolis vel permixtis cum aquis ſtillatitiis,

Oxalidis
Fragorum
Ceraſor. acidulor.
Endiviæ

Nenu-

Digitized by Google

Nenupharis
Portulacæ.

Ex quibus confectos Julepos aromatizare poteris tantillo ſantal. citrin. aut ſpecieb. Diatrag. frig.

Atque hæc quidem remedia, quæ in officinis ad omnium uſum parata pro non minus corruptionibus humorum, quàm bilis flavæ ac tenuioris ardoribus refrænandis ſunt accommodata.

Contra obſtructiones. In eorum verò uſum, quos judicaveris viſcerum obſtructionibus laborare, ſimulque abundare bile vitellina ac craſſiore: ſequentes præſcribes julepos:

Acetoſæ.
Bizantiis
Acetoſum Diarrhodon.

Et ſimiles, cum graminis, acrimoniæ, ſcolopendriæ, ac lapathi aquis commixtos.

Contra utramq; bilem. Quod ſi Medicinam deſideres, quæ utramque ſimul bilem oppugnando, corruptioni quoque reſiſtat: ad Pharmacopæam recurras, ubi in hunc finem deſcribuntur *Syrupi Alexipharmacus frigidus: de Scordio compoſitus, &c.*

Qui temperamento ſunt pituitoſo & melancholico, utentur Syrupo de ruta capraria, quàm à paucis adhuc annis quadam proprietate peſti adverſari percepimus.

Si verò aliquis à Syrupis abhorreat: eorum loco ſubſtitui poterit ſimilis planè effectûs Hydromel vel Oxymel, quorum formulæ pro eodem temperamento pituitoſo ac melancholico ibidem *in Pharmacopæa* exhibentur. v. g. Hydromel, Alexipharmacum, contra pituitam ac melancholiam.

Qui commorantur in locis, quæ per aliquot annos à peſte divexantur, illi vel intra privatus ſuos parietes, plura id genus hydromelita ad prædictorum normam comparare poterunt, quæ non ſolum per dies aliquot, ſed menſes & annos, ſine ulla corruptione virtutem ſuam tuebuntur, cujus itidem formula *in Pharmacopæa* traditur. *Vide Hydromel Alexipharmacum domeſticum.*

Ex eo ſingulis matutinis ad 2. digitos haurire poteris, ut peſtem à te procul expellas.

Ad prædictorum hydromelitum formulas poterunt talia infinita medicamenta præparantia, corruptionemque humorum ſimul impedientia parari.

Suntq; hæc remedia communia, quibus pro tempore & loco uti *Vulgus* poterit.

Ut verò hac in parte *Magnatum* quoque deſiderio non minus ſatis fiat; operæ precium erit itidem ad Pharmacopæam recurrere, ubi eum in finem exhibentur *Tinctura Iulepi, Syrupi* ſeu *refrigerantes: Roſarum, Violarum Citherii,* (ſive illi flores ſoli ſint, aut aliis ſimplicibus mixti) *accidentibus ſuccis acidis vegetabilibus,* ſeu quod melius eſt, *liquorib. acidi mineralib. ex Sulphure, Vitriolo, &c.* præparati. Plurimum enim juvant biliosos, quibus ſangvis æſtuans & nimis incaleſcens non parum faceſſit negotii.

Eundem

Eundem ad ſcopum collimant, *Tinctura. Iulepi & Syrupi è florib. Bugloſſ. Borrag. Nenuphar, & Geniſtæ* compoſiti, *nec non cum ſuis aquis extracti, cumque prædictis liquorib. acidi* redditi. Videlicet non parum *temperamentis ſiccis & Melancholicis* accommodantur.

Pro illis verò qui nimirum *pituita & rheumatib.* abundant, utpote quorum cerebrum & ſtomachus ſunt frigidiora, vel ætas ad ſenium vergit: *eædem Tinctura Iulepi & Syrupi* præparari poterunt, *cum florib. ſiccis & accurate ſelectis Betonic. Roriſmar. Salviæ atque Calendulæ.* Quibus etiam adjicere licebit aliquot *radices leviter conquaſſatas Scorzoneræ & Scordii enim cortice citri ſicco copulati.* Sic enim remedia acceptiſſima conficies & quæ cor inprimis ab omnibus corruptionib. vindicet & tueantur.

Quod certe præcipuum debet eſſe hac in parte propoſitum; in qua de præſervativis contra peſtem agitur: inter quæ potiſſimum prædictæ *aciditates metallicæ Salis, Sulphuris & Vitrioli,* locum & ſedem meritò ſibi poſcunt.

Cap. V.

De Præſervatione.

1. Per purgationem.

Purgatio ſæpenumero poſt ipſam præparationem deſideratur, ut perſonæ, quæ nimium excrementitiis & ſuperfluis humoribus redundant, à peſte vindicentur. Præcipuæ ſiquidem prædictæ præſervationis indicationes ſunt, corpora quoad fieri poteſt, à fecibus & excrementis exonerare, eadem à corruptione præſervare; & ſpiritus corroborare.

1. *Pilulæ* hanc in rem præſcribuntur *Ruffi peſtilentiales ſeu de tribus* nuncupatæ, eò quod his tribus polleat facultatibus.

2. Ab hujuſmodi quoque virtute non abſunt illæ quæ juxta decretum *Avicennæ ex aloe, myrrha & croco* componuntur. *Aloe* enim corpori purgando & evacuando inſervit: *myrrha* ut idem à corruptione præſerventur: & *crocus* ut correcretur atque corroboretur.

Harum deſcriptiones habentur in diſpenſatoriis. *Doſ. à* ℈ß. *ad* ℈ij, ad ſummum.

N. Sunt quædam deſcriptiones, quæ doſes prædictorum ingredientium aliquantulum variant, ſed parum in alterutris intereſt.

3. *Pilulæ de ammoniaco*, Pharmacopææ quæ easdem cum prioribus baſes agnoſcunt.

4. *Pilulæ peſtilentiales* Alberti Ducis Bavariæ.

2. Per corroborationem ſeu Bezoardica.

Duobus præcedentibus ſubdiſtinctionis noſtræ membris atque partibus abſolutis, nobis in præſentiarum incumbit, de Tertia, ultima atque principali, ut à peſte vindicemur, indicatione curativa, de roboratione videlicet, ſive de remediis alexiteriis, atque Beozardicis, quæ impediunt, quo minus venenum corpſum & partes vitales aggrediatur, imò quæ illius, ſi jam vitæ præcipuam ſedem, atque propugnaculum inva-

Digitized by Google

invaſerit, malignitatem domare poſſint, tractare.

Præcipua contra peſtem alexiteria & roborantia. Præcipua verò magisque communia remedia, cùm ſimplicia, tum compoſita, quæ huic roborationis propoſito inſerviunt, hæc recenſeantur:

Theriaca
Mithridatium
Confectio hyacinthi
Alkermes

Conſervæ florum:

Buglossi
Violæ
Roſæ rubræ
Nymphea
Roriſmarini
Calendulæ
Cortex citrii condit.
Myrobalani conditi.

Species ſive Electuaria:

Triaſantali
Aromat. roſati
de Gemmis
Diambræ
Diamoſchi
Dianthos
Diaſcordii.

Radices:

Angelicæ
Zedoariæ
Tormentillæ
Gentianæ
Scorzoneræ.

Inter herbas:

Ruta capraria
Ruta vulgaris
Scabioſa
Scordium
Meliſſa
Vlmaria
Veronica
Oxalidis
Dictamnus.

Semina:

Oxalidis
Portulacæ
Ocymi
Cardui benedicti
Coriandri
Citri
Grana juniperi
Kermes.

Flores qui ſupra in Conſervarum præparatione memorantur unà cum floribus:

Hyperici
Centaureæ minoris
Lignum Aloes
Santali omnes.

Inter aromata:

Cinnamomum
Caryophylli
Macis
Nux moſchata
Cardamomum.
Item cornu cervi
Parvulum ſeu recens cervi (cornu
Os cordis cervi
Ebur
Vnicornu
Camphora
Crocus
Verus bolus
Viraterra ſigillata
Lapis Bezoar dictus
Ambra
Moſchus.

Inter Lapides pretioſos

Corallium

Digitized by Google

Perlæ
Rubini
Smaragdus
Hyacinthus
Sapphyrus
Topazium.

Pro metallicis autem olea, ſive liquores acidos & balſamicos adjiciemus, quales ſunt,

Salis marini
Vitrioli
Sulphuris.
Item Anodynum minerale, quod ſalprunellæ dicitur.
Croci metallici diaphoretici.
Croci metallici purgativi.
Bezoar metallici.
Mercurii vitæ varii, & aliæ eiuſdem metalli celebres præparationes.
Flores ſulphuris.
Balſamum lactis ſulphuris.
Aurum diaphorecicum, unà cum aliis pluribus præſtantiſſimis, quæ ex eodem metallo eliciuntur remediis.

Ex omnibus autem hujusmodi remediis cordialibus & Bezoardicis, diverſa formularia maximi ponderis atq; virtutis deſcribuntur in Pharmacop. ſub formula videlicet aquarum, extractorum, antidotorum tabellarum atque pulverum. Veluti

Aquæ theriacales præſervativæ, ac curativæ, diverſarum deſcriptionum quæ efficaciores redduntur, additis propriis ſalibus.

Extracta.

Extr. Cardiacum maius, & ex hoc Arcanum ſeu Antidotus.
Alia antidotus maior.
Extr. *Cardiacum minus & ex hoc Antidotus. Cardiacum minus appellata pro gregariis.*
Alia antidotus cardiaca minor pro pauperibus.
Alia: ſ. Theriaca Germanorum.
Elect. de ovo imperatoris Maximil. maius de ovo.
Aliud minus de ovo.
Opiata contra peſtem. Q.
Tabellæ prophylactica.

Quin & remediorum externorum ſive topicorum varius ac multiplex uſus eſt, diverſa quoque genera atque formulæ, v.g.

Epithema cordis in peſte refrigerans
—————— corroborans.
ſc. pro iis qui ſunt extra febrim.
Epithema ſiccum.
Sacculus ſeu Scutum cordiale.
Linimenta ac Emplaſtra cordialia.

Quorum deſcriptiones ex Pharmacopæa excerpi poterunt.

Verum enim verò, non modo pro præſervatione peſtis, ad cordis regionem atque plagam confectiones cordiales admoventur: verum longo uſu atq; experimento compertum eſt, res quaſdam, quas vulgus paſſim venenatas pronunciat, eidem corroborando eſſe valde conſentaneas. Huius generis cenſeri debet *Arſenicum, quod in ſantalo rubro incluſum, ſacculos parvos collo ſuſpendendos efformat.* Illi autem ſacculi vel cordi propius applicantur, vel ſub axillis reponuntur: aliis verò ad carpos lacertorum ligati reperiuntur. Si quis porro interroget, quid illis contineatur:

Virum Arſenici amuletum è collo ſuſpenſum contra peſtē valeat.

tur: Sciat ille, quoſdam Arſenicum ſolum hunc in uſum aſſumere, alios verò *Arſenici* ℥ß. *vel* ℥j. *in pulverem redacti*, accipere, huicque *pulveres cordiales* ſuperaddere, nimirum

Angelicæ
Zedoariæ
Dictamni
Camphoræ
Croci, ad libitum.

Ex hoc autem pulvere, *cum mucilagine gummi Arabici aut tragacanthi paſtilli*, quo placet modo conficientur, qui *in ſantalo rubro*, ut ſupra dictum eſt involventur, ut exinde Amuletum fiat, collo, eadem, quam ſupra explicavimus, ratione ſuſpendendum.

Heurnii circa Arſenici Amuletum ſententia.

Heurnius inter alios, id genus *Amuletum* approbavit, & illo utendū eſſe docuit, utq; quadam veluti ratione longam huiuſce rei ſtabiliat atq; confirmet experientiam: hæc in *ſuo de peſte lib. ca.* 8. memoriæ verba prodidit: Quædam venena regioni cordis applicantur, nec puto id ratione carere: nam dum cor qualitatem illam inimicam percipit, ſæpe contrahit, fitque ejus ſyſtole fortior quàm diaſtole, ita ut validius eo motu à ſe excludat venenum, quàm attrahat.

Arſenicū per præparationem Chymicam è lethali fit ſalutiferum.

Nos infra quid hac de re totam ſentiamus, paucis aperiemꝰ. Intereaque aſſeremus *Arſenicum eſſe remedium utiliſſimum*, atque tum ad præſervationem, tum ad curationem peſtis præſentiſſimum, modò qua decet ratione à vero philoſopho præparetur. Ea enim præparatione, è lethali veneno, facilè in mirum convertetur Alexipharmacum, prout illud à nobis, tum ratione, tum experientia, non ita multò poſt comprobabitur.

Hydrargyri amuletum commendatur, & quomodo conficiendum ſit declaratur.

Aliud præterea *ex hydrargyro fit amuletum cum avellana rubra & aliquo verme arroſa, ut foraminis illius beneficio, hydrargyro repleri poſſit. Poſtquam vero metallicum illud eſt introductum, foramen ſedulo occludetur, & avellana ſerico rubeo è collo ſuſpendenda involvetur. Si vero avellana deficiat, illius vicem calamus ſuppiebit, qui prædicto Mercurio replebitur, & è collo ſuſpendetur, ita ut quamproximè, non ſecus ac præcedens amuletum, ad regionem cordis admoveatur.* Hoc remedium adeo hiſce temporibus eſt uſitatum, totque illius animadverti experimenta: ut non poſſim præ cæteris illud non valdè comprobare. Mihi tamen ipſi hac in parte temperabo, ut alium in locum res ſolertiſſimas, & notatu digniſſimas reiiciam.

Et hactenus quidem prædictis remediis omnibus ad peſtem præcavendam uſi ſumus: De illis modo reſtat dicendum, quæ *ad eiuſdem curationem* deſiderantur.

Cap. VI.

De curatione peſtis generali & primum de curatione Chirurgica ſeu ſanguinis miſſione.

Quæcunq; à nobis antea deſcripta fuere remedia, ſpeciali peſtilentiæ debentur præcautioni, licet ex iis nonnulla quoque ipſimet curationi inſervire poſſint, quotieſcunq; contagione aliquis fortè corripitur. Contagionis autem conceptę indicia

Indicia peſtilentiæ quædam.

Digitized by Google

ſatis abunde per nos ſupra fuerunt declarata, inter quæ præcipua ſunt bubones, anthraces, virium ſubita proſtratio, mentis & corporis inquietudo, moleſta inſomnia, appetitûs dejectio, atque vomitus: quæ omnia ut plurimum febris ardentiſſima ſubſequitur.

At verò *peſtilentia, unus eſt è morbis omnibus vehementiſſimus atq; periculoſisſimus*, in quibus remedia pariter excellentiſſima, atque promptiſſima requiruntur.

Potiſſima omnium morborum remedia, Miſsio ſangvinis & purgatio.

Inter hæc autem, cum *miſsio ſangvinis* & *purgatio* primas partes ſibi vendicent, neceſſarium eſt, ut ab illis exordiamur, eademq; diligenter diſcutiamus: cum majores ex illis, quàm ut aliquando emendari poſſint errores ſuboriantur, eq; debita illorum, vel indebita adminiſtratione, ſalus, vel exitium penitus conſequatur. Interim tamen in illorum tractatione, alexiteria bezoardica non prætermittemus: quoniam non ultimum in peſte avertenda & curanda locum obtinent.

Variæ circa miſsionem ſangvinis in peſte faciendam, necne, ſententiæ.

Porrò ut *à miſſione ſangvinis* exordiamur: non mediocris inter Medicos antiquiores & modernos, circa illam ſolennem evacuationem, in cura peſtis, nec non aliorum epidemicorum & contagioſorum, obſervandam, verſatur controverſia: utrū videlicet illa adhiberi debeat, an ſecus.

Qui pro *venæ ſectione* faciunt, inter cætera referunt, illud remedium eſſe præſtantiſſimum, cùm in cæteris morbis, tum præſertim contagioſis: eò quod ut plurimum ſint cum febre putrida, & ſæpenumero ex obſtructionibus generata, copulari. Ut autem via huiuſmodi obſtructionibus aperiatur, & ex conſequenti ut febris, uti unum è perniciofis peſtilentiæ ſympromatibus, cui præ cæteris occurrendum ſit, auferatur, nullum aliud præſentius auxilium dari poſſe ſentiunt.

Illud præterea ſubiiciunt, ſangvinis miſſione corruptionibus, & putrefactionibus, quæ ſemper vehementem humorum ardorem conſequuntur, ſubveniri: ſic enim ajunt impediri, ne maſſa ſangvinis totius exæſtuet & ebulliat, imò illius nimium ardorem temperari. Non ſecus, exempli gratia (quod ab illis uſurpatur) ac vini fervor & ebullitio prohibetur, quando dolium appoſitè perforatur, vel tantillum ab eodem detrahitur. Quidni, cum in ſangvinis miſſione, idem prorſus quod in dolii perforatione eveniat, cum utrobiq;, ne vinum, aut ſangvis corruptionem aut alterationem patiatur, cura adhibetur.

Miſsio ſangvinis quid præſtet.

Ad ſuas præterea rationes ſupra relatas, plures Græcorum adiiciunt authoritates: atque in primis ipſius Hippocratis, qui in omnibus morbis, & potiſſimum acutis (quales nulli nō peſtes videri debent) nunquam mittendi ſangvinis obliviſcitur.

Auctoritas Hippocratis pro vena ſectione.

Quidam demum Moderni, ſuas in medium proferunt experientias, quibus omnibus ſic inducuntur, ut crimen vix expiandam ſe patraſſe, ni tale remedium præſcriberent, arbitrarentur.

Experientia.

Verum

Verum enim verò hiſce rebus omnibus, nuper antea declaratis reſponſa contrariæ ſententiæ, qua potero brevitate ſubjiciam: ut mox, quid hac de controverſia mihi videatur concludendum proponam.

Rationes & argumenta eorum qui venæ ſectionem in peſtibus improbant. Peſtis non ſemper ab obſtructione & copia humorum procedit.

Qui igitur miſſionem ſanguinis in peſtilentia curanda rejiciunt, primo ſic argumento ſatisfaciunt: ut confiteantur, obſtructionem (à qua tamen ſæpiùs putrefactio & corruptio humorum, unà cum illorum inflammatione febrili, eaque nimia ſuboritur) miſſione ſanguinis ſæpe evaneſcere, atque è medio tolli. Negant tamen peſtilentem corruptionem ab obſtructione ſemper proficiſci, ſed potius à veneno quodam & contagione, de qua ſupra pluribus tractavimus, cum de cauſis ageremus.

Eo verò caſu poſito, ſanguinis miſſionem nihil dicunt profuturam, imò potius valdè obfuturam: cùm valdè verendum ſit, ne humores, & bilis præſertim, quæ cæteris omnibus eſt ſiccior, & inflammationi propinquior, ita incaleſcant & inflammentur, ut malum ſemper vergat in deterius.

Exemplū aquæ vitæ ad ſanguinem accommodatum

Illud autem, ut magis ac magis exemplo quodam oculis ſubjiciant, aquam vitæ producunt: quæ ſi à ſuo phlegmate ſeparetur, citius multo flammam concipit, quàm ſi eò conjungatur. In hujus quoque rei confirmationem vinum proferunt, quod ſi merum ſit, magis quàm cum aqua permixtum calefaciat: nec non lignum aridum, quod multò facilius quàm viride humore ſuo aquoſo & radicali præditum, igneſcat & comburatur. Idem quoque illorum judicio, de bile dici debet, quæ cum ſit humor corporis humani ſiccior, ſi à ſanguine humido, quo veluti irrigatur & temperatur, ſeparetur: citiùs multò atque velocius ſe ſola incandeſcit. Quoties verò venæ ſectio admittitur, ſiccus & humidus ſanguis, non ſecus, ac bonus & malus educitur. Imò verò id etiam incommodum accidit, ut humores frigidi, crudiores evadant atque ferociores: calidi verò ſæpius, juxta Avicennæ ſententiam, magis ac magis inflammentur. Quocirca idem Auctor eleganti admodum translatione, ſanguinem frænum bilis appellat: eo quod ille humido ſuo radicali, velociorem iſtius motum refrænet, impediatque ne nimis ferociat: hoc eſt humiditate ſua nativa ingentem illius fervorem & ſiccitatem temperet & moderetur.

Exemplū contrariæ ſententiæ exploditur.

Ad exemplum verò ſupra narratum, quo contrariæ partis fautores utuntur, ut oſtendant, miſſione ſanguinis ardorem humorum mitigari non ſecus ac vinum ebulliens ea ratione ſedatur, qua exhalandi libera ei facultas tribuitur: *Raymundus à Vinario & Dalechampius*, viri inprimis celebres, qui ſectioni venæ ut plurimum in morbis peſtiferis interdicunt, hæc ipſa verba ſubſequentia opponunt. „Falſum igitur quod vulgo dictitant, „ad humorum noſtri corporis lenien-„dos fervores, ſanguinem educi opor-„tere, exemplumque planè ridiculum, „quod ad id excogitaverunt: ut dolio com-

„ comprehenſum vinum fervere deſinit aliquando, ſi dematur, ſic & detracto ſanguine, humoris fervorem compeſci. Etenim vini fervor acris, intromiſſa frigiditate, ut rerum quæ bulliunt omnium injecta frigida, cohibetur, non verò ob tantulum id quod effundimus. Atq; adeò quamvis non nihil miteſcat hac ratione prorſus tamen non extinguitur. Rurſus enim poſt effereſcunt, & vinum cum aëri præcluſeris aditum, & quæ ad ignem ebulliunt omnia, cùm nihil præterea frigidæ inſtillabitur. Itaque vena incidenda minimè eſt, nec in omnibus ſine diſcrimine: quod percuſſoris eſt laniſtæ, aut gladiatoris, non Medici.

Quod ad Hippocratis demum & aliorum Græcorum ſcriptorum ſpectat auctoritatem, quam multoties jactitant, qui miſſionem ſanguinis, in peſte, & omnibus febribus peſtilentialibus admittunt: alii contra referunt, quod *Galenus* ipſe ad peſtem averruncandam nullum aliud remediorum genus præter Antidotos, Theriacam & Bolum adhibeat, quodque in lib. de different. febrium, cap. de febre peſtilenti, ne verbum quidem de miſſione ſanguinis faciat. Imò verò eandem penitus ipſemet videtur improbare, in libro de ſuccorùm varietate atque vitio, cum de peſte diuturnam quandam peſtilentiam ſubſequente loquitur: quo certè in loco declarat, non immeritò quoſdam Medicos, venenæ ſectionem ob vitium imbecillitatem, tunc temporis in tali peſtilentiæ genere, reſpuiſſe.

Quibus remediis ad peſtis curationem Galenus uſus ſit.

Hæc porrò imbecillitas virium atque debilitatio, eſt præcipua inter cæteras cauſas, quæ plurimos ad id genus remedii improbandum commovet: quam ex eo præterea confirmant, quod hujuſmodi ſanguinis miſſio impediat, quo minus venenum à centro pellatur ad circumferentiam. Præter id, cum quod vires nimium in morbo peſtifero debilitantur, natura à ſalutari motu, quem moliri poſſet, diſturbatur: cum tamen illius ope atque beneficio per modum cujuſdam metaſtaſeos, atque translationis, materia morbi exterius, per loca convenientia eſſet confeſtim expellenda.

Sanguinis miſſio quantum in peſte nocent.

Illi deinde, ad ſuæ confirmationem ſententię, ſubjungunt, venenum peſtiferum non mediocrem habere cum aliis ἀναλογίαν, atque convenientiam, quæ corpus humanum infeſtant, ſive animalium venenatorum morſu inferantur, ſive potu exhibeantur: ſive modo quodam alio occulto communicentur: prout nos, è præcipuorum Medicinæ Coryphæorum auctoritate docuimus. Iſtis tamen morbis, quos prædicta venena, cordis regionem ut plurimum obſidentia, comitantur, nullus celebrium *ut aiunt*, Medicorum, miſſionem ſanguinis adhibuit: Imò verò longè, ea potiſſimum de cauſa ſubmovit, quod per illam venenum, *ſecundum Avicennam*, celeriùs multo ad cor ipſum, vitæ totius arcem atque propugnaculum expugnandum, deferatur.

Miſſio ſanguinis corporibus venenatis noxia.

Deniq; ut propriis, quæ in medium proferuntur, experimentis, circa felicem vel infelicem talis remedii

dii ſucceſſum, occurratur: quidam bonis avibus venam incidendam præbuerunt, quidam vero ſecus. Quiſquis celebriores Medicos qui centum ab hinc annis has obſervationes ſcriptis ſuis inſeruerunt, perlegerit: illos proculdubio hac in parte, plurimum inter ſe diſſidentes comperiet, illorumque præterea numerus, qui infauſtam venæ ſectionem animadverterunt, aliorum paucitatem, longo ſuperabit intervallo.

Argumento ab experientia ducto reſpondetur, contraria experientia.

Fallopius inter alios obſervat, quotquot venam Chirurgis incidendam ab anno 1524. usq; ad 1530. admoviſſent, è medio fuiſſe ſublatos: alios vero qui detrectaſſent, ut plurimum convaluiſſe.

Septem aut octo anni ferè ſunt elapſi, ab eo tempore, quo regionem Lemovicenſem & Marchianam perluſtrabam, quoq; non paucæ illic vigebant peſtilentes pleuritides: illud pro certo mihi fas ſit affirmare, eos quibus ab initio ſanguis detractus fuiſſet, expiraſſe, alios vero qui poſtmodum à venæ ſectione ſibi temperaſſent, atque purgationibus ſibi conſuluiſſent, vel ab ipſo morbi ſævientis initio, incolumes, pauciſſimis deſideratis, evaſiſſe.

Tot igitur, tamque ſibi repugnantes ſunt hac in quæſtione Medicorum ſententiæ: quibus, tempus poſtulat, ut noſtram pariter ſubjiciamus.

Judicium Auctoris in hac controverſia.

Illud in primis hoc loco, antequam ad controverſiæ totius definitionem accedamus, accuratè eſt præſtandum, ut omnes tam naturæ mali, quam virium & temperamenti ægrotorum, circumſtantiæ, recto judicij æquilibrio perpendantur.

Quod autem ad morbum attinet, illud eſt ſedulò obſervandum, num malum communicatum fuerit, & à cauſa externa ſubortum: an contra in nobis per cauſam quandam internam, per propriam ſcilicet humorum noſtrorum corruptionem ingeneratum fuerit.

Quænam cautela in ſanguinis miſſione ad peſtem curandam adhibenda.

Si peſtis per cauſam quandam extrinſecam nos invaſerit, eò quod nimirum aliquem peſtilentia correptum adierimus, vel ſupellectilia quædam contagione infecta contrectaverimus: à ſanguine mittendo penitus eſt abſtinendum. Niſi ſi magna inſit corpori humorum copia & plenitudo, quæ nos in ipſa prima morbi irruptione, ad id muneris obeundum vel invitos evocaret.

Verùm ſi morbus peſtilentialis, à ſe primum in nobis innatus fuerit, tunc etiam vel in ſua ſcaturigine atq; principio, vel in ſuo progreſſu ſpectari debet: ſive ut clariùs loquar, quando primùm perſonam ſubiit, vel aliquem ſucceſſu temporis vigorem, & incrementum accepit.

In principio quidem, ſi febris inardeſcat, æger nimiùm ſit obeſus aut plethoricus, ſi vaſa habeat turgentia, ſi urinas craſſiores & rubicundiores emittat, ſi magnis doloribus urgeatur, ſi quietem nullam capere poſſit, ſi vigiliis, & ventriculi ardoribus laboret, & demum pulſu polleat valido, qui vires minimè eſſe dejectas arguat, atque denunciet: tunc

Digitized by Google

tunc certè magnus error incurreretur, nî ſanguis ad magnam etiam quantitatem emitteretur. Id autem primo vel ad minimum ſecundo morbi incipientis die fieri debet. Nam ſi tertia lux expectetur, miſſio ſanguinis eſt penitus omittenda. Tunc enim cùm malum vires ſuas acceperit, & vires ægri in pejus collapſæ fuerint, cor, ſedes vitæ, optimis quibusque alexiteriis præſervandum occurrit: ut vis veneni plurimùm jam progreſſa expellatur, aut ſaltem imminuatur. Unde colligere cuivis facilè licet, venæ ſectionem nuſquam eo tempore, niſi valde periculoſè & importunè futuram, qua robur ægri imbecillius redderetur.

Miſſio ſanguinis primo aut ſecundo die in peſte facienda.

In hanc *Fracaſtorius*, *Heurnius*, *& alii* quamplurimi, pedibus eunt opinionem, cui ego meum pariter adjicio calculum, illam interim improbando, quæ mali ſtatum operiendum eſſe decernit, ſive potius poſt mortem Medicinam. Etenim cum morbo tam lethali & mortifero præſens ſit adhibendum auxilium, nec ulla procraſtinatione differendum: cumque præterea duo præcipua quæ opem eidem præſtent, remedia, ſint miſſio ſanguinis, & purgatio, ut antea declaravimus: illa ut quamprimum adſciſcantur, in primis neceſſe eſt, vel ipſius *Hippocratis* decreto dicentis: *Si quid movendum videatur, de principio move.* Quo loco verbo *oportet*, aut *neceſſe eſt*, utitur, quo peritus atque prudens Medicus diligentem cautionem adhibeat; utrum tales evacuationes procurandæ ſint, vel ſecus. Quod ſi in omnib. morbis, idipſum pondus, & locum habere debet, eſt quod in peſtilentiis accuratè potiſſimum perpendatur: quæ diverſos vultus atque figuras, inſtar cujuſdem Protei inconſtantis ſubeunt. Cùm ſæpenumero videamus, in quibuſdam ſanguinis miſſionem, atque purgationem ſalubertimam: at in aliis valde noxiam, quæque mortem facilius ſecum inferat. Sagax igitur Medicus animum huc intendat, neceſſe eſt, ut maturè ſecum colligat, quod ex utrisque remedium, peſtibus ſuo tempore ſævientibus exterminandis, erit aptius, atque ægri ſaluti convenientius. Non me fugit procul dubio, quin non ſecus, ac in ſubitis armorum tumultibus, obvii, quique initio ſternuntur: ſic plurimos peſte incipiente ſublatum iri. Sed ut ad propoſitum redeamus, Medici laudatiſſimi ex partes meo judicio cenſeri debent, ut magis tepidus ſit quàm incitatus: & parcus, quàm ad effundendum humanum ſanguinem, vitæ totius balſamum, prodigus atque proclivis. Quod ſi in Peſtilentibus morbis faciendum ſit, id primis quibusque diebus, quàm aliis ſubſequentibus, peragatur.

Cur remedia in peſtis curatione non ſint differenda.

Peſtis cur Proteo ab authore comparetur.

Quale ſit Medici periti officium.

Verùm enim vero, ne in tam gravi aſſertione ſtabilienda, ſine capite & authore progrediar: audiamus, amabo, quidnam hac de re doctiſſimus *Heurnius in libro ſuo de peſte, cap.* 5. præſcribat. Ubi poſtquam multis ſpirantibus rationibus addu-

« ductus, oſtendit ſanguinis miſſionem « magis peſtiferis obeſſe, quàm pro- « deſſe, in eos agens qui ſuæ refragan- « tur ſententiæ, ſic ait: Si nec his ratio- « nibus perſuaſi, nec authoritate vete- « rum moti, abire à ſententia nolint, o- « ro, ſi ægrorum eis ſanitas, ac vita « chara, ne poſt triduum peſte afflictis « venam aperiant: gravis enim jam tum « virium imbecillitas in procinctu e- « rit, pabula vitæ jam invadente ve- neno.

Quanam vena in peſte ſcindenda. Non eſt porrò hic omittendum, de vena, quæ ſit incidenda pertractare, cum id plurimi interſit. Nam ſi bubo in collo prima die fieri poteſt, apparuerit, majoraque ſint in capite ſymptomata: cephalica ſecundum communiorem opinionem erit aperienda. Verùm quando è collo tenus verſus umbiculum bubones iſti manifeſtantur, baſilica erit ſcindenda. Quod ſi infra umbilicum anthraces peſtiferi unà cum reliquis ſymptomatibus comperiantur, & bubo in coxendice innoteſcat: tunc è ſaphena, vel illa quæ dicitur Malleoli vena, miſſi ſanguinis erit procuranda.

Ea enim in tam periculoſo caſu cautio eſt adhibenda, ut ſanguis ex illo, quo vergit & apparet malum, loco & regione emittatur, ut ſic derivationi & declinationi cauſæ antecedentis inſerviatur. Si enim è latere & ſede fiat oppoſita, utilitas nulla, vel certè admodum tarda ſubſequetur, è qua nullum mali levamen æger relaturus ſit. Et hoc eſt celebriorum Medicorum hac in parte decretum.

Quarurſus vena in peſte ſit incidenda quando Bubo non apparet. Quod ſi aliquando contingat (ut ſæpè numero olim accidit) ut febris peſtilentialis ſine ulla bubonis utrinque manifeſtatione corripiat, in qua tamen ſanguinis miſſio ſit requiſita: è quanam vena aut corporis regione ſanguis elicietur? ut huic interrogationi ſatisfiat, reſpondemus, venæ ſectionem tunc temporis non à brachio dextro (ut in morte nihilominus eſt poſitum) eſſe faciendam, ſed potius è baſilica ſive mediana brachii ſiniſtri: eò quod illæ majorem habeant cum venis & arteriis pulmonis, & cordis, quàm reliquæ, communicationem atque reſpectum. Si dicti mei rationes Lector ſtudioſus efflagitet, conſulat *Fernelium lib. 2. Method. cap. 7.*

Quantũ ſanguinis in peſte mittendum. Si quantitas prætereà mittendi ſanguinis inquiratur, illa nullam penitus aliam regulam agnoſcit, quàm vires ipſius ægri, à quibus prima atque præcipua curæ indicatio eſt petenda, ea nihilominus cautela adhibita, ut ſemper minus, quàm nimium ſanguinis detrahatur.

Qua hora vena ſectio facienda. Horam fortaſſis, qua prædicta venæ ſectio fieri debeat, aliquis inveſtigabit: ea meo certè judicio ſeligi debet, quæ minus negotii, & doloris laboranti faceſſet, & matutina potius quàm veſpertina.

Utrum verò ſanguis iterato ſit extrahendus, nec ne: celebres Medici non in una ſunt & eadem opinione. *Fernelius* iterationem ſanguinis mittendi, *lib. 2. Methodi, in cura febrium peſtilentialium* videtur admit-

Digitized by Google

Parvulis etiam feliciter. Medicorum Pariſienſium judicio, ſanguis detrahitur.

In celeberrima tamen Pariſiorum univerſitate, nulla planè difficultate, tam in febribus continuis, quàm in pleuriſi, aliisq; inflammationibus, proſpero rerum ſucceſſu, ſanguis etiam parvulis demi ſolet. Ac licet tot tamque excellentium virorum placitis refragari, noſtri nequaquam ſit inſtituti: tamen ſi maxima in talibus caſibus circumſpectione procedendum eſſe dixerimus, de ipſorum authoritate ne tantillum quidem nos derogaturos autumabimus. Atque *de hiſce plura paulo poſt* accuratiùs diſſerentur.

Sin autem fortè contingat, hæmorrhoidum ac menſtruorum curſum, in iis, quibus hæc ſolent eſſe ordinaria, ſubſiſtere: eorum per artem evacuationi, peſtis inprimis tempore erit proſpiciendum. Tales enim evacuationes humorum corruptioni excludendæ exiſtunt opportuniſſimæ.

Cucurbitulæ.

Plethorici quoque, & ſanguinei, *cucurbitulas* ſcarificatas adſciſcere poterunt, diverſis corporis regionibus applicandas: illarum quippe uſum, generali purgatione præcedente, tempeſtivum, ad Peſtis præſervationem non parum conducere, ipſa teſtatur experientia.

Cauteria.

Cacochymica verò corpora tempore graſſantis Peſtis præcautionis loco, meliùs ac commodiùs utentur *cauteriis* potentialibus, inter certos brachiorum ac ſutarum muſculos applicatis. Idque eo magis, ſi jam antea illorum uſui fuerint aſſueti. Siquidem per ea tanquam per canales quoſdam, non ſolum maxima corruptorum humorum copia foras excluditur: verùm etiam ſpiritus in corpore noſtro contenti, fuliginoſæ ac venenatæ materiæ, à centro ad circumferentiam, beneficio virtutis naturalis, artis induſtria adjutæ, extrinſecus expelluntur.

Novi utique multos Chirurgos Peſtiferorum curationi deſtinatos, viros in arte ſua expertiſſimos, qui ad propriam præſervationem, antequam infectorum curationem aggrederentur, cauteriis melius, quàm alia quavis cautione ſibi proſpexiſſe, & conſuluiſſe aſſeverarunt.

Quis primus cauteria inſtituit.

Herculanus nominis celebritate & antiquitate non parùm commendatus, habetur omnium *primus*, qui *cauteria* tempore peſtis applicanda *inſtituit*. Hoc tamen remedium ab arte veterinaria videtur eſſe deprompum: ſi modò liceat præcautiones brutis animantibus accommodatas, in malis haud diſparibus, ad hominum ſalutem & incolumitatem transferre.

Columella, ut peſtem & contagium, quod boves ſolet aliquando infeſtare, avertat: aures illis jubet perforandas, cum radice quæ vocatur *Conſiligo*, & inter Hellebori ſpecies collocatur: idque præſtantiſſimi alexipharmaci locum putat obtinere. Quod in hanc usque diem à paſtoribus etiam, & armentariis uſurpatur, Tithymalis pro Conſiligine ſubſtitutis.

Non pauci præterea reperiuntur

tur adhuc Medici, nec infima nota præditi, quibus id genus remedia, veluti præcautiones quædam accuratæ, comprobantur. In quorum numero *Mercurialis* meritò reponi poteſt, cùm palam atteſtetur: in ſæva quadam, quæ Venetias olim afflixit, lue, plurimos cauteriorum beneficio ab omni noxa planè fuiſſe vindicatos.

Pariſinus & Ingraſſias, idem ſimiliter in Peſtibus, quas ipſi ſuo tempore exortas fuiſſe docent, ingenuè profitentur, à quibus *Nicolaus Maſſa*, nec *Palmarius* diſſentiunt: cum tantopere hujuſce generis remedia extollant atque commendent.

Verum, quoniam parum eſt, utilitatem cauteriorum, in medium protuliſſe, niſi ſi pariter eorum uſum indicemus: reſtat modò dicendum, quonam tempore, & quanam in corporis regione, ipſamet applicari debeant.

Quo tempore cauteria applicanda. Quodad tempus attinet, nequaquam tam diu illorum differenda eſt applicatio, quouſque peſtis incrementa ſua & vires acceperit. Tunc enim Chirurgo magnopere timendum eſſet, ne ulcus malignitatem quandam & inflammationem conciperet, quod pleramque verum eſſe percelebres multi doctique Medici atteſtantur. Melius ergò conſultum fuerit ſub ortum Peſtis jam graſſantis, & pernicioſos admodum ſuos fructus germinantis, eadem applicare.

Et cui corporis parti. Si verò partem cui applicanda ſunt cauteria, conſideremus: non eadem eſt autorum mens, & judicium. *Nicolaus Maſſa*, & *Palmarius*, eadem ſuris imponi volunt: ſic enim humores deorſum evacuari, & majorem revulſionem cauſari putant. Alij verò brachiis melius arbitrantur adhibenda, propterea quod tunc cordi ſint viciniora: cui, cùm ſemper inteſtinum bellum à peſtilentia indicetur, magis debent inſervire, neque ipſa humoribus alias derivandis, melius illorum conducunt judicio.

Ut autem hac in re meum intercedat ſuffragium: cùm talia remedia ad vitam conſervandam ſint introducta: non eſt quod ullus vereatur, cauteria ſuris atque lacertis, imò & aliis corporis partibus adhibere. Quod cùm ſuperius à nobis præſcriptum fuerit, & plurimi felices effectus inde conſecuti ſint: hac in aſſertione conſtituenda diutius non immorabimur.

Atque hactenus quidem à nobis propoſita ſunt ex *Chirurgia* remedia: veniamus ad ea quæ ſubminiſtrabit *Pharmacia*.

Cap. IV.

De Præſervatione Pharmaceutica Alterante.

Pharmacia nobis ſuppeditat remedia, non modò *interna*, ſed etjam *externa*, quibus peſtem amoliri & eandem curare licet. Illud autem potiſſimum hac in parte obſervandum eſt, quo omnis peſtilentiæ noxa procul à nobis expellatur, ut corpora noſtra ab omnibus corruptionibus *Remedia ex Pharmacopæa petita, in tres partes dividuntur.*

Remedia & Pharmac[illegible] in tres partes dividuntur.

vacua reddantur & immunia. Efficiens enim cauſa vix agit, niſi in rem jam præparatam & diſpoſitam. Cum ergo ad hunc ſcopum præcipuum, tam in diæta, quàm in Chirurgia cuncta collimaverimus: ad hunc ipſum etiam, quæcunque ex Pharmacia depromuntur remedia, dirigemus. Majoris verò perſpicuitatis gratia, in tres ordines ea omnia ſubdividemus.

Prima: Alterantia.

Primus omnium igitur continebit remedia *alterantia*, quæ humores poſſint calidiores, ac pilioſos refrigerare, frigidiores ac pituitoſos calefacere, nimias corporis humiditates exſiccare, ac exceſſivam temperamenti melancholici ariditatem & ſiccitatem irrigare. Singulis tamen horum alterantium formis ea ſimul admiſcebimus, quæ putredini reſiſtant generandæ, quæque præterea generatæ, ac peſſimo jam ovo incubanti, quantum fieri poterit, detrahant ac imminuant.

Secunda: Purgantia.

Secundus proponit medicamenta, quæ corpora noſtra ab excrementoſis ſuperfluitatibus, ſive eæ bilioſæ fuerint, ſive pituitoſæ, ſive demum melancholicæ, eæque vel ſolæ, vel inter ſe commixtæ, *repurgent*. Ubi ſimiliter ſecundaria quadam intentione, corruptioni & putrefactioni humorum, vel ſupprimendæ, aut præcavendæ, ſtudebimus.

Tertia: Corroborantia.

Tertius, iſque præcipuus, continebit *corroborantia* partes nobiliores, in primis verò cor. In cujus quidē univerſo circuitu, tot, tantasq; probatiſſimorum alexiteriorum, ac medicinarum Bezoardicarum cohortes collocabimus: ut nec ipſum, nec ſpiritus vitales, ab ullo veneno peſtifero contingi poſſint. Ante omnia tamen divini numinis implorabimus auxilium, ut videlicet gratiæ ſuæ affuſione, optimatum quas proponemus Medicinarum potentias & virtutes in ſalutarem actum perducere non dedignetur. Reſtat jam, ut ipſas remediorum, ſecundum tres à nobis conſtitutas ſeries, incipiendo à remediis alterantibus, ac concoquentibus, formulas ſubjiciamus.

Alterantia bilem.

Corpora itaque quæ bile circumfluunt, temperamenti exiſtunt calidi & ſicci, & hepar habent calidiſſimum, ad ejuſmodi bilioſos ardores extinguendos, qui varias ex ſe febres facillimê producunt: febres, inquam, ardentes, & quæ tempore peſtis ſævientis in peſtilentiales facilè degenerant, frequentius utentur, præſertim ſtatu cœli ad æſtus paulò tunc inclinante:

Syrup. de *Limonibus*
Berberis
Granatis
Acetoſo
Endivia
Portulaca
Malis cydoniis.
Itemque oxiſacchara:

Aliisque ſimilibus, vel ſolis vel permixtis cum aquis ſtillatitiis,

Oxalidis
Fragorum
Ceraſor. acidulor.
Endiviæ

Nenu-

Digitized by Google

Nenuphar is
Portulaca.

Ex quibus confectos Julepos aromatizare poteris tantillo ſantal. citrin. aut ſpecieb. Diatrag. frig.

Atque hæc quidem remedia, quæ in officinis ad omnium uſum parata pro non minus corruptionibus humorum, quàm bilis flavæ ac tenuioris ardoribus refrænandis ſunt accommodata.

Contra obſtructiones. In eorum verò uſum, quos judicaveris viſcerum obſtructionibus laborare, ſimulque abundare bile vitellina ac craſſiore: ſequentes præſcribes julepos:

Acetoſæ.
Bizantiis.
Acetoſum Diarrhodon.

Et ſimiles, cum graminis, acrimoniæ, ſcolopendriæ, ac lapathi aquis commixtos.

Contra utramq; bilem. Quod ſi Medicinam deſideres, quæ utramque ſimul bilem oppugnando, corruptioni quoque reſiſtat: ad Pharmacopæam recurras, ubi in hunc finem deſcribuntur *Syrupi: Alexipharmacus frigidus: de Scordio compoſitus, &c.*

Qui temperamento ſunt pituitoſo & melancholico, utentur Syrupo de ruta capraria; quàm à paucis adhuc annis quadam proprietate peſti adverſari percepimus.

Si verò aliquis à Syrupis abhorreat: eorum loco ſubſtitui poterit ſimilis planè effectus Hydromel vel Oxymel, quorum formulæ pro eodem temperamento pituitoſo ac melancholico ibidem *in Pharmacopœa* exhibentur, v. g. Hydromel, Alexipharmacum, contra pituitam ac melancholiam.

Qui commorantur in locis, quæ per aliquot annos à peſte divexantur, illi vel intra privatus ſuos parietes, plura id genus hydromelita ad prædictorum normam comparare poterunt, quæ non ſolum per dies aliquot, ſed menſes & annos, ſine ulla corruptione virtutem ſuam tuebuntur, cujus itidem formula *in Pharmacopœa* traditur. *Vide Hydromel Alexipharmacum domeſticum.*

Ex eo ſingulis matutinis ad 2. digitos haurire poteris, ut peſtem à te procul expellas.

Ad prædictorum hydromelitum formulas poterunt talia infinita medicamenta præparantia, corruptionemque humorum ſimul impedientia parari.

Suntq; hæc remedia communia, quibus pro tempore & loco uti *Vulgus* poterit.

Ut verò hac in parte *Magnatum* quoque deſiderio non minus ſatis fiat, operæ precium erit itidem ad Pharmacopæam recurrere, ubi eum in finem exhibentur *Tinctura Iulepi, Syrupi* ſeu *refrigerantes*: *Roſarum, Violarum Cithorii*, (ſive illi flores ſoli ſint; aut aliis ſimplicibus mixti) *accidentibus ſuccis acidis vegetabilibus*, ſeu quod melius eſt, *liquorib. acidi mineralib. ex Sulphure, Vitriolo, &c.* præparati. Plurimum enim juvant biliosos, quibus ſangvis æſtuans & nimis incaleſcens non parum faceſſit negotii.

Eundem

Digitized by Google

Eundem ad ſcopum collimant, *Tincturæ. Iulepi & Syrupi è florib. Eugloſſ. Borrag. Nenuphar, & Geniſtæ* compoſiti, *nec non cum ſuis aquis extracti, cumque prædictis liquorib. acidi* redditi. Videlicet non parum *temperamentis ſiccis & Melancholicis* accommodantur.

Pro illis verò qui nimirum *pituita & rheumatib.* abundant, utpote quorum cerebrum & ſtomachus ſunt frigidiora, vel ætas ad ſenium vergit: *eædem Tinctura Iulepi & Syrupi* præparari poterunt, *cum florib. ſiccis & accurate ſelectis Betonic. Roriſmar. Salviæ atque Calendulæ.* Quibus etiam adjicere licebit aliquot *radices leviter conquaſſatas Scorzoneræ & Scordii enim cortice citri ſicco copulati.* Sic enim remedia acceptiſſima conficies & quæ cor inprimis ab omnibus corruptionib. vindicet & tueantur.

Quod certe præcipuum debet eſſe hac in parte propoſitum; in qua de præſervativis contra peſtem agitur: inter quæ potiſſimum prædictæ *aciditates metallicæ Salis, Sulphuris & Vitrioli,* locum & ſedem meritò ſibi poſcunt.

Cap. V.

De Præſervatione.

1. Per purgationem.

PUrgatio ſæpenumero poſt ipſam præparationem deſideratur, ut perſonæ, quæ nimium excrementitiis & ſuperfluis humoribus redundant à peſte vindicentur. Præcipuæ ſiquidem prædictæ præſervationis indicationes ſunt, corpora quoad fieri poteſt, à fecibus & excrementis exonerare, eadem à corruptione præſervare; & ſpiritus corroborare.

1. *Pilulæ* hanc in rem præſcribuntur *Ruffi peſtilentiales ſeu de tribus* nuncupatæ, eò quod his tribus polleat facultatibus.

2. Ab hujusmodi quoque virtute non abſunt illæ quæ juxta decretum *Avicennæ ex aloe, myrrha & croco* componuntur. *Aloe* enim corpori purgando & evacuando inſervit: *myrrha* ut idem à corruptione præſerventur: & *crocus* ut cor recreetur atque corroboretur.

Harum deſcriptiones habentur in diſpenſatoriis. *Doſ. à* ℈ß. *ad* ℈ij. ad ſummum.

N. Sunt quædam deſcriptiones, quæ doſes prædictorum ingredientium aliquantulum variant, ſed parum in alterutris intereſt.

3. *Pilulæ de ammoniaco,* Pharmacopææ quæ easdem cum prioribus baſes agnoſcunt.

4. *Pilulæ peſtilentiales* Alberti Ducis Bavariæ.

2. Per corroborationem ſeu Bezoardica.

Duobus præcedentibus ſubdiſtinctionis noſtræ membris atque partibus abſolutis, nobis in præſentiarum incumbit, de Tertia, ultimâ atque principali, ut à peſte vindicemur, indicatione curativa, de roboratione videlicet, ſive de remediis alexiteriis, atque Beozardicis, quæ impediunt, quo minus venenum cor ipſum & partes vitales aggrediatur, imò quæ illius, ſi jam vitæ præcipuam ſedem, atque propugnaculum inva-

invaſerit, malignitatem domare poſſint, tractare.

Præcipua contra peſtem alexiteria & roborantia.

Præcipua verò magisque communia remedia, cùm ſimplicia, tum compoſita, quæ huic roborationis propoſito inſerviunt, hæc recenſeantur:

Theriaca
Mithridatium
Confectio hyacinthi
Alkermes

Conſervæ florum:

Buglosſi
Violæ
Roſæ rubræ
Nymphea
Roriſmarini
Calendulæ
Cortex citrii condit.
Myrobalani conditi.

Species ſive Electuaria:

Triaſantali
Aromat. roſati
de Gemmis
Diambræ
Diamoſchi
Dianthos
Diaſcordii.

Radices:

Angelicæ
Zedoariæ
Tormentillæ
Gentianæ
Scorzoneræ.

Inter herbas:

Ruta capraria
Ruta vulgaris
Scabioſa
Scordium
Meliſſa

Vlmaria
Veronica
Oxalidis
Dictamum.

Semina:

Oxalidis
Portulacæ
Ocymi
Cardui benedicti
Coriandri
Citri
Grana juniperi
Kermes.

Flores qui ſupra in Conſervarum præparatione memorantur unà cum floribus:

Hyperici
Centaureæ minoris
Lignum Aloes
Santali omnes.

Inter aromata:

Cinnamomum
Caryophylli
Macis
Nux moſchata
Cardamomum.
Item cornu cervi
Parvulum ſeu recens cervi (cornu
Os cordis cervi
Ebur
Vnicornu
Camphora
Crocus
Verus bolus
Vira terra ſigillata
Lapis Bezoar dictus
Ambra
Moſchus.

Inter Lapides pretioſos

Corallium

Perlæ
Rubini
Smaragdus
Hyacinthus
Sapphyrus
Topazium.

Pro metallicis autem olea, ſive liquores acidos & balſamicos adjiciemus, quales ſunt,

Salis marini
Vitrioli
Sulphuris.
Item Anodynum minerale, quod ſal prunellæ dicitur.
Croci metallici diaphoretici.
Croci metallici purgativi.
Bezoar metallici.
Mercurii vitæ varii, & alia eiuſdem metalli celebres præparationes.
Flores ſulphuris.
Balſamum lactis ſulphuris.
Aurum diaphoreticum, unà cum aliis pluribus præſtantiſſimis, quæ ex eodem metallo eliciuntur remediis.

Ex omnibus autem hujusmodi remediis cordialibus & Bezoardicis, diverſa formularia maximi ponderis atq; virtutis deſcribuntur in Pharmacop. ſub formula videlicet aquarum, extractorum, antidotorum tabellarum atque pulverum. Veluti

Aquæ theriacales præſervativæ, ac curativæ, diverſarum deſcriptionum quæ efficaciores redduntur, additis propriis ſalibus.

Extracta.

Extr. Cardiacum maius, & ex hoc Arcanum ſeu Antidotus.
Alia antidotus maior.
Extr. *Cardiacum minus & ex hoc Antidotus. Cardiacum minus appellata pro gregariis.*
Alia antidotus cardiaca minor pro pauperibus.
Alia: ſ. Theriaca Germanorum.
Elect. de ovo imperatoris Maximil. maius de ovo.
Aliud minus de ovo.
Opiata contra peſtem. Q.
Tabellæ prophylacticæ.

Quin & remediorum externorum ſive topicorum varius ac multiplex uſus eſt, diverſa quoque genera atque formulæ, v. g.

Epithema cordis in peſte refrigerans
——————— corroborans.
ſc. pro iis qui ſunt extra febrim.
Epithema ſiccum.
Sacculus ſeu Scutum cordiale.
Linimenta ac Emplaſtra cordialia.

Quorum deſcriptiones ex Pharmacopæa excerpi poterunt.

Verum enim verò, non modo pro præſervatione peſtis, ad cordis regionem atque plagam confectiones cordiales admoventur: verum longo uſu atq; experimento compertum eſt, res quaſdam, quas vulgus paſſim venenatas pronunciat, eidem corroborando eſſe valde conſentaneas. Huius generis cenſeri debet *Arſenicum, quod in ſantalo rubro incluſum, ſacculos parvos collo ſuſpendendos efformat.* Illi autem ſacculi vel cordi propius applicantur, vel ſub axillis reponuntur: aliis verò ad carpos lacertorum ligati reperiuntur. Si quis porro interroget, quid illis contineatur;

Virum Arſenicū amuletum è collo ſuſpenſum contra peſtē valeat.

tur: Sciat ille, quoſdam Arſenicum ſolum hunc in uſum aſſumere, alios verò *Arſenici* ℥ß. *vel* ℥j. *in pulverem redacti*, accipere, huicque *pulveres cordiales* ſuperaddere, nimirum

Angelicæ
Zedoariæ
Dictamni
Camphoræ
Croci, ad libitum.

Ex hoc autem pulvere, *cum mucilagine gummi Arabici aut tragacanthi paſtilli*, quo placet modo conficientur, qui *in ſantalo rubro*, ut ſupra dictum eſt involventur, ut exinde Amuletum fiat, collo, eadem, quam ſupra explicavimus, ratione ſuſpendendum.

Heurnii circa Arſenici Amuletum ſententia.

Heurnius inter alios, id genus *Amuletum* approbavit, & illo utendū eſſe docuit, utq; quadam veluti ratione longam huiuſce rei ſtabiliat atq; confirmet experientiam: hæc in *ſuo de peſte lib. ca.* 8. memoriæ verba prodidit: Quædam venena regioni cordis applicantur, nec puto id ratione carere: nam dum cor qualitatem illam inimicam percipit, ſæpe contrahit, fitque ejus ſyſtole fortior quàm diaſtole, ita ut validius eo motu à ſe excludat venenum, quàm attrahat.

Arſenicū per præparationem Chymicam è lethali fit ſalutiferum.

Nos infra quid hac de re totam ſentiamus, paucis aperiem'. Intereaque aſſeremus *Arſenicum eſſe remedium utiliſſimum*, atque tum ad præſervationem, tum ad curationem peſtis præſentiſſimum, modò qua decet ratione à vero philoſopho præparetur. Ea enim præparatione, è lethali veneno, facilè in mirum convertetur Alexipharmacum, prout illud à nobis, tum ratione, tum experientia, non ita multò poſt comprobabitur.

Hydrargyri amuletum commendatur, & quomodo conficiendum ſit declaratur.

Aliud præterea *ex hydrargyro fit amuletum cum avellana rubra & aliquo verme arroſa, ut foraminis illius beneficio, hydrargyro repleri poſſit. Poſtquam vero metallicum illud eſt introductum, foramen ſedulo occludetur, & avellana ſerico rubeo è collo ſuſpendenda involvetur. Si vero avellana deficiat, illius vicem calamus ſupplebit, qui prædicto Mercurio replebitur, & è collo ſuſpendetur, ita ut quam proximè, non ſecus ac præcedens amuletum, ad regionem cordis admoveatur.* Hoc remedium adeo hiſce temporibus eſt uſitatum, totque illius animadverti experimenta: ut non poſſim præ cæteris illud non valdè comprobare. Mihi tamen ipſi hac in parte temperabo, ut alium in locum res ſolertiſſimas, & notatu digniſſimas reiiciam.

Et hactenus quidem prædictis remediis omnibus ad peſtem præcavendam uſi ſumus: De illis modo reſtat dicendum, quæ *ad eiuſdem curationem* deſiderantur.

Cap. VI.

De curatione peſtis generali & primum de curatione Chirurgica ſeu ſangvinis miſſione.

Quæcunq; à nobis antea deſcripta fuere remedia, ſpeciali peſtilentiæ debentur præcautioni, licet ex iis nonnulla quoque ipſimet curationi inſervire poſſint, quotieſcunq; contagione aliquis fortè corripitur. Contagionis autem conceptę indicia

Indicia peſtilentiæ quædam.

Digitized by Google

ſatis abunde per nos ſupra fuerunt declarata, inter quæ præcipua ſunt bubones, anthraces, virium ſubita proſtratio, mentis & corporis inquietudo, moleſta inſomnia, appetitûs dejectio, atque vomitus: quæ omnia ut plurimum febris ardentiſſima ſubſequitur.

At verò *peſtilentia, unus eſt è morbis omnibus vehementiſſimus atq; periculoſiſſimus,* in quibus remedia pariter excellentiſſima, atque promptiſſima requiruntur.

Potiſſima omnium morborum remedia, Miſſio ſangvinis & purgatio.

Inter hæc autem, cum *miſſio ſangvinis* & *purgatio* primas partes ſibi vendicent, neceſſarium eſt, ut ab illis exordiamur, eademq; diligenter diſcutiamus: cum majores ex illis, quàm ut aliquando emendari poſſint errores ſuboriantur, eóq; debita illorum, vel indebita adminiſtratione, ſalus, vel exitium penitus conſequatur. Interim tamen in illorum tractatione, alexiteria bezoardica non prætermittemus: quoniam non ultimum in peſte avertenda & curanda locum obtinent.

Varia circa miſſionem ſangvinis in peſte faciendam, necne, ſententia.

Porrò ut *à miſſione ſangvinis* exordiamur: non mediocris inter Medicos antiquiores & modernos, circa illam ſolennem evacuationem, in cura peſtis, nec non aliorum epidemicorum & contagioſorum, obſervandam, verſatur controverſia: utrū videlicet illa adhiberi debeat, an ſecus.

Qui pro *venæ ſectione* faciunt, inter cætera referunt, illud remedium eſſe præſtantiſſimum, cùm in cæteris morbis, tum præſertim contagioſis: eò quod ut plurimum ſint cum febre putrida, & ſæpenumero ex obſtructionibus generata, copulati. Ut autem via huiuſmodi obſtructionibus aperiatur, & ex conſequenti ut febris, uti unum è pernicioſis peſtilentiæ ſymptomatibus, cui præ cæteris occurrendum ſit, auferatur, nullum aliud præſentius auxilium dari poſſe ſentiunt.

Illud prætere ſubiiciunt, ſangvinis miſſione corruptionibus, & putrefactionibus, quæ ſemper vehementem humorum ardorem conſequuntur, ſubveniri: ſic enim ajunt impediri, ne maſſa ſangvinis totius exæſtuet & ebulliat, imò illius nimium ardorem temperari. Non ſecus, exempli gratia (quod ab illis uſurpatur) ac vini fervor & ebullitio prohibetur, quando dolium appoſitè perforatur, vel tantillum ab eodem detrahitur. Quidni, cum in ſangvinis miſſione, idem prorſus quod in dolii perforatione eveniat, cum utrobiq;, ne vinum, aut ſangvis corruptionem aut alterationem patiatur, cura adhibetur.

Miſſio ſangvinis quid præſtet.

Auctoritas Hippocratis pro venæ ſectione.

Ad ſuas prætereà rationes ſupra relatas, plures Græcorum adiiciunt authoritates: atque in primis ipſius Hippocratis, qui in omnibus morbis, & potiſſimum acutis (quales nulli nō peſtes videri debent) nunquam mittendi ſangvinis obliviſcitur.

Experientia.

Quidam demum Moderni, ſuas in medium proferunt experientias, quibus omnibus ſic inducuntur, ut crimen vix expiandam ſe patraſſe, ni tale remedium præſcriberent, arbitrarentur.

Verum

Digitized by Google

Verum enim verò hiſce rebus omnibus, nuper antea declaratis reſponſa contrariæ ſententiæ, qua potero brevitate ſubjiciam: ut mox, quid hac de controverſia mihi videatur concludendum proponam.

Rationes & argumenta eorum qui vena ſectionem in peſtibus improbant. Peſtis non ſemper ab obſtructione & copia humorum procedit.

Qui igitur miſſionem ſanguinis in peſtilentia curanda rejiciunt, primo ſic argumento ſatisfaciunt: ut confiteantur, obſtructionem (à qua tamen ſæpiùs putrefactio & corruptio humorum, unà cum illorum inflammatione febrili, eaque nimia ſuboritur) miſſione ſanguinis ſæpe evaneſcere, atque è medio tolli. Negant tamen peſtilentem corruptionem ab obſtructione ſemper proficiſci, ſed potius à veneno quodam & contagione, de qua ſupra pluribus tractavimus, cum de cauſis ageremus.

Eo verò caſu poſito, ſanguinis miſſionem nihil dicunt profuturam, imò potius valdè obfuturam: cùm valdè verendum ſit, ne humores, & bilis præſertim, quæ cæteris omnibus eſt ſiccior, & inflammationi propinquior, ita incaleſcant & inflammentur, ut malum ſemper vergat in deterius.

Exemplū aquæ vitæ ad ſanguinem accommodatum

Illud autem, ut magis ac magis exemplo quodam oculis ſubjiciant, aquam vitæ producunt: quæ ſi à ſuo phlegmate ſeparetur, citius multo flammam concipit, quàm ſi eò conjungatur. In hujus quoque rei confirmationem vinum proferunt, quod ſi merum ſit, magis quàm cum aqua permixtum calefaciat: nec non lignum aridum, quod multò facilius quàm viride humore ſuo aquoſo & radicali præditum, igneſcat & comburatur. Idem quoque illorum judicio, de bile dici debet, quæ cum ſit humor corporis humani ſiccior, ſi à ſanguine humido, quo veluti irrigatur & temperatur, ſeparetur: citiùs multò atque velocius ſe ſola incandeſcit. Quoties verò venæ ſectio admittitur, ſiccus & humidus ſanguis, non ſecus, ac bonus & malus educitur. Imò verò id etiam incommodum accidit, ut humores frigidi, crudiores evadant atque ferociores: calidi verò ſæpius, juxta Avicennæ ſententiam, magis ac magis inflammentur. Quocirca idem Auctor eleganti admodum translatione, ſanguinem frænum bilis appellat: eo quod ille humido ſuo radicali, velociorem iſtius motum refrænet, impediatque ne nimis ferociat: hoc eſt humiditate ſua nativa ingentem illius fervorem & ſiccitatem temperet & moderetur.

Exemplū contraria ſententia exploditur.

Ad exemplum verò ſupra narratum, quo contrariæ partis fautores utuntur, ut oſtendant, miſſione ſanguinis ardorem humorum mitigari non ſecus ac vinum ebulliens ea ratione ſedatur, qua exhalandi libera ei facultas tribuitur: *Raymundus à Vinario & Dalechampius*, viri inprimis celebres, qui ſectioni venæ ut plurimum in morbis peſtiferis interdicunt, hæc ipſa verba ſubſequentia opponunt. Falſum igitur quod vulgo dictitant, „ ad humorum noſtri corporis lenien- „ dos fervores, ſanguinem educi opor- „ tere, exemplumque planè ridiculum, „ quod ad id excogitaverunt: ut dolio „

« comprehenſum vinum fervere deſi-
« nit aliquando, ſi dematur, ſic & de-
« tracto ſanguine, humoris fervorem
« compeſci. Etenim vini fervor acris,
« intromiſſa frigiditate, ut rerum quæ
« bulliunt omnium injecta frigida, co-
« hibetur, non verò ob tantulum id
« quod effundimus. Atq; adeò quam-
« vis non nihil miteſcat hac ratione
« prorſus tamen non extinguitur. Rur-
« ſus enim poſt efferveſcunt, & vinum
« cum aëri præcluſeris aditum, & quæ
« ad ignem ebulliunt omnia, cùm nihil
« præterea frigidæ inſtillabitur. Itaque
« vena incidenda minimè eſt, nec in o-
« mnibus ſine diſcrimine: quod percuſ-
« ſoris eſt laniſtæ, aut gladiatoris, non
« Medici.

Quod ad Hippocratis demum & aliorum Græcorum ſcriptorum ſpectat auctoritatem, quam multoties jactitant, qui miſſionem ſanguinis, in peſte, & omnibus febribus peſtilentialibus admittunt: alii contra referunt, quod *Galenus* ipſe ad peſtem averruncandam nullum aliud remediorum genus præter Antidotos, Theriacam & Bolum adhibeat, quodque in lib. de different. febrium, cap. de febre peſtilenti, ne verbum quidem de miſſione ſanguinis faciat. Imò verò eandem penitus ipſemet videtur improbare, in libro de ſuccorum varietate atque vitio, cum de peſte diuturnam quandam peſtilentiam ſubſequente loquitur: quo certè in loco declarat, non immeritò quoſdam Medicos, venenæ ſectionem ob vitium imbecillitatem, tunc temporis in tali peſtilentiæ genere, reſpuiſſe.

Quibus remediis ad peſtis curationem Galenus uſus ſit.

Hæc porrò imbecillitas virium atque debilitatio, eſt præcipua inter cæteras cauſas, quæ plurimos ad id genus remedii improbandum commovet: quam ex eo præterea confirmant, quod hujuſmodi ſanguis miſſio impediat, quo minus venenum à centro pellatur ad circumferentiam. Præter id, cum quod vires nimium in morbo peſtifero debilitantur, natura à ſalutari motu, quem moliri poſſet, diſturbatur: cum tamen illius ope atque beneficio per modum cujuſdam metaſtaſeos, atque translationis, materia morbi exterius, per loca convenientia eſſet confeſtim expellenda.

Sanguinis miſſio quantum in peſte noceat.

Illi deinde, ad ſuæ confirmationem ſententię, ſubjungunt, venenum peſtiferum non mediocrem habere cum aliis ἀναλογίαν, atque convenientiam, quæ corpus humanum infeſtant, ſive animalium venenatorum morſu inferantur, ſive potu exhibeantur: ſive modo quodam alio occulto communicentur: prout nos, è præcipuorum Medicinæ Coryphæorum auctoritate docuimus. Iſtis tamen morbis, quos prædicta venena, cordis regionem ut plurimum obſidentia, comitantur, nullus celebrium *ut aiunt*, Medicorum, miſſionem ſanguinis adhibuit: Imò vero longè, ea potiſſimum de cauſa ſubmovit, quod per illam venenum, *ſecundum Avicennam*, celeriùs multo ad cor ipſum, vitæ totius arcem atque propugnaculum expugnandum, deferatur.

Miſſio ſanguinis corporibus venenatis noxia.

Deniq; ut propriis, quæ in medium proferuntur, experimentis, circa felicem vel infelicem talis remedii

dii

Digitized by Google

dii ſucceſſum, occurratur: quidam bonis avibus venam incidendam præbuerunt, quidam vero ſecus. Quisquis celebriores Medicos qui centum ab hinc annis has obſervationes ſcriptis ſuis inſeruerint, perlegerit: illos proculdubio hac in parte, plurimum inter ſe diſſidentes comperiet, illorumque præterea numerus, qui infauſtam venæ ſectionem animadverterunt, aliorum paucitatem, longo ſuperabit intervallo.

Argumento ab experientia ducto reſpondetur, contraria experientia.

Fallopius inter alios obſervat, quotquot venam Chirurgis incidendam ab anno 1524. usq; ad 1530. admoviſſent, è medio fuiſſe ſublatos: alios vero qui detrectaſſent, ut plurimum convaluiſſe.

Septem aut octo anni ferè ſunt elapſi, ab eo tempore, quo regionem Lemovicenſem & Marchianam perluſtrabam, quoq; non paucæ illic vigebant peſtilentes pleuritides: illud pro certo mihi fas ſit affirmare, eos quibus ab initio ſanguis detractus fuiſſet, expiraſſe, alios vero qui poſtmodum à venæ ſectione ſibi temperaſſent, atque purgationibus ſibi conſuluiſſent, vel ab ipſo morbi ſævientis initio, incolumes, pauciſſimis deſideratis, evaſiſſe.

Tot igitur, tamque ſibi repugnantes ſunt hac in quæſtione Medicorum ſententiæ: quibus, tempus poſtulat, ut noſtram pariter ſubjiciamus.

Iudicium Auctoris in hac controverſia.

Illud in primis hoc loco, antequam ad controverſiæ totius definitionem accedamus, accuratè eſt præſtandum, ut omnes tam naturæ mali, quam virium & temperamenti ægrotorum, circumſtantiæ, recto judicij æquilibrio perpendantur.

Quod autem ad morbum attinet, illud eſt ſedulò obſervandum, num malum communicatum fuerit, & à cauſa externa ſubortum: an contra in nobis per cauſam quandam internam, per propriam ſcilicet humorum noſtrorum corruptionem ingeneratum fuerit.

Quænam cautela in ſanguinis miſſione ad peſtem curandam adhibenda.

Si peſtis per cauſam quandam extrinſecam nos invaſerit, eò quod nimirum aliquem peſtilentia correptum adierimus, vel ſupellectilia quædam contagione infecta contrectaverimus: à ſanguine mittendo penitus eſt abſtinendum. Niſi ſi magna inſit corpori humorum copia & plenitudo, quæ nos in ipſa prima morbi irruptione, ad id muneris obeundum vel invitos evocaret.

Verùm ſi morbus peſtilentialis, à ſe primum in nobis innatus fuerit, tunc etiam vel in ſua ſcaturigine atq; principio, vel in ſuo progreſſu ſpectari debet: ſive ut clariùs loquar, quando primùm perſonam ſubiit, vel aliquem ſucceſſu temporis vigorem, & incrementum accepit.

In principio quidem, ſi febris inardeſcat, æger nimiùm ſit obeſus aut plethoricus, ſi vaſa habeat turgentia, ſi urinas craſſiores & rubicundiores emittat, ſi magnis doloribus urgeatur, ſi quietem nullam capere poſſit, ſi vigiliis, & ventriculi ardoribus laboret, & demum pulſu polleat valido, qui vires minimè eſſe dejectas arguat, atque denunciet: tunc

Digitized by Google

« ductus, oſtendit ſanguinis miſſionem « magis peſtiferis obeſſe, quàm prodeſſe, in eos agens qui ſuæ refragantur ſententiæ, ſic ait: Si nec his rationibus perſuaſi, nec authoritate veterum moti, abire à ſententia nolint, oro, ſi ægrorum eis ſanitas, ac vita chara, ne poſt triduum peſte afflictis venam aperiant: gravis enim jam rum virium imbecillitas in procinctu erit, pabula vitæ jam invadente veneno.

Quanam vena in peſte ſcindenda. Non eſt porrò hic omittendum, de vena, quæ ſit incidenda pertractare, cum id plurimi interſit. Nam ſi bubo in collo prima die fieri poteſt, apparuerit, majoraque ſint in capite ſymptomata: cephalica ſecundum communiorem opinionem erit aperienda. Verùm quando è collo tenus verſus umbiculum bubones iſti manifeſtantur, baſilica erit ſcindenda. Quod ſi infra umbilicum anthraces peſtiferi unà cum reliquis ſymptomatibus comperiantur, & bubo in coxendice innoteſcat: tunc è ſaphena, vel illa quæ dicitur Malleoli vena, miſſi ſanguinis erit procuranda.

Ea enim in tam periculoſo caſu cautio eſt adhibenda, ut ſanguis ex illo, quo vergit & apparet malum, loco & regione emittatur, ut ſic derivationi & declinationi cauſæ antecedentis inſerviatur. Si enim è latere & ſede fiat oppoſita, utilitas nulla, vel certè admodum tarda ſubſequetur, è qua nullum mali levamen æger relaturus ſit. Et hoc eſt celebriorum Medicorum hac in parte decretum.

Quarturſus vena in peſte ſit ſcindenda quando Bubo non apparet. Quod ſi aliquando contingat (ut ſæpe numero olim accidit) ut febris peſtilentialis ſine ulla bubonis utrinque manifeſtatione corripiat, in qua tamen ſanguinis miſſio ſit requiſita: è quanam vena aut corporis regione ſanguis elicietur? ut huic interrogationi ſatisfiat, reſpondemus, venæ ſectionem tunc temporis non à brachio dextro (ut in morte nihilominus eſt poſitum) eſſe faciendam, ſed potius è baſilica ſive mediana brachii ſiniſtri: eò quod illæ majorem habeant cum venis & arteriis pulmonis, & cordis, quàm reliquæ, communicationem atque reſpectum. Si dicti mei rationes Lector ſtudioſus efflagitet, conſulat *Fernelium lib. 2. Method. cap. 7.*

Quantū ſanguinis in peſte mittendum. Si quantitas præterea mittendi ſanguinis inquiratur, illa nullam penitus aliam regulam agnoſcit, quàm vires ipſius ægri, à quibus prima atque præcipua curæ indicatio eſt petenda, ea nihilominus cautela adhibita, ut ſemper minus, quàm nimium ſanguinis detrahatur.

Qua hora vena ſectio ſacienda. Horam fortaſſis, qua prædicta venæ ſectio fieri debeat, aliquis inveſtigabit: ea meo certè judicio ſeligi debet, quæ minus negotii, & doloris laboranti faceſſet, & matutina potius quàm veſpertina.

Utrum verò ſanguis iterato ſit extrahendus, nec ne: celebres Medici non in una ſunt & eadem opinione. *Fernelius* iterationem ſanguinis mittendi, *lib. 2. Methodi*, *in cura febrium peſtilentialium* videtur admit-

lib 2 de de febre peſtil. mi. c. 23.

tere. *Palmarius* è contrario, cum multis aliis improbare. Ego vero qui partes illorum potiſſimum amplector, quibus miſſio ſanguinis in peſtibus, niſi rarò, magnaque pariter deliberatione præcedente, redarguitur: eandem nec poſſum, nec debeo venæ ſectionem iterato repetere, quæ multò plus ſemper detrimenti, quàm ſolatii peſtilentia conflictatis afferet.

Quantum in peſte ſanguinis miſſioni reſpondeant.

Quædam ſunt porrò, quæ vel ipſius *Galeni* Judicio, viciſſim ſanguinis miſſioni reſpondent, & parem ferè cum illa effectum ſortiuntur: qualia ſunt, ſanguiſugarum applicatio & cucurbitularum, quæ magnis ſcarificationibus conjunguntur, ut in copioſa ſatis quantitate, ſanguis à femoribus & aliis partibus, quæ venenum à centro ad circumferentiam derivare poſſunt, extrahatur. Sic enim natura à ſuo graviſſimo inprimis onere, ſine ulla manifeſta virium, qualis in venæ ſectione ſæpe contingit, reſolutione atque decremento, ſublevabitur.

Scarificationum uſus in peſte comprobatur.

Mercurialis unà cum Maſſaria, id genus remedii potiſſimùm commendant, licet illud à veteribus neglectum, & oblivioni mandatum fuiſſe dicant, non ſecus ac ſcarificationes, quas olim plurimum invaluiſſe conſtat. Ego verò, ut quod ſentiam, ingenuè profitear, hæc à me nequaquam opinio reprobatur, imò verò tantam culpam atque errorem nuſquam exiſtimare ab iſtis ſcarificationibus proficiſci, quantam è ſanguinis miſſione, quæ nimia, nimiſque frequenter in peſtibus uſurpatur.

At veò antequam ad venæ ſectionem à Chirurgo procedatur, ego paululum inteſtina evacuanda cum aliquo clyſtere emolliente, & refrigerativo præſcriberem, cui purgativa benigniora, & minus inter res communes calefacientia adjicerentur, vel purgativum quoddam ſpecicum Chymicum, Crocus ſcilicet metallorum, qui certè clyſterem præſtabit ſalubriorem, eò quod nullo modo calefaciat, & tamen benignè ſufficienterque evacuet, ſi ad unius vel duarum drachmarum doſin exhibeatur. Cujus rei fidem faciet præſcriptum *Hippocratis* frequentiſſimum, qui ſolo nitro tum aqua permixto in pluribus clyſteribus utitur, ut ſine ullo caloris externi additamento expurget: nitrum autem hujuſmodi eſt præcipuum Croci Metallorum ingrediens & fundamentum.

Potio cordialis ante venæ ſectionem adhibenda.

Demum ante prædictam ſanguinis miſſionem, potionem aliquam cordialem & Bezoardicam è noſtris ſupra deſcriptis, quæ cor inſtauraret atque recrearet, propinandum exiſtimarim: ut ſic melius ſaluti laborantis conſuleretur, juxta illud *Heurnii* peritiſſimi *conſilium lib. de peſte, cap. 9*. Quare qui ſanguinem ducunt, vel purgant ægrum, maximè, antequam antidotum propinaverint, quod vires firmat: ægrotum præcipitant.

Digitized by Google

CAP. VII.

De purgatione, medicamentiſque ſudorificis.

HIs omnibus de miſſione ſangvinis prænarratis, ſequitur modo, ut de ſecundo maximeque ſolenni peſtium remedio, purgatione videlicet oratio inſtituatur: circa quam variæ ſunt, multumque ſibi refragantes & adverſantes Medicorum ſententiæ. Quidam enim purgationem nuſquam non adhibendam decernunt, alii verò contra eandem reiiciunt. Qui pro purgatione faciunt, eo in primis fulciuntur argumento: quod fieri non poſſit, quin plurimi eorum qui peſte corripiantur, cacochymia non laborent, & maximis humorum corruptionibus abundent, quæ nihil aliud ſunt, quàm contagionis ſeminaria: proindeque conſequi dicunt purgationem illis præ cæteris eſſe neceſſariam, vel eò ſaltem nomine, quod Antidoti, mali veneno bellum indicentes, ſuo nimio quo pollent calore, nimium febrem, perpetuam ferè peſtilentiarum comitem intendant, & humores à quibus ſuboritur, atque fovetur, ita calefaciant: ut inde phlegmone quidam internus, circa vitalia cordis ipſius præcordia, atque regionem excitetur. Cui ſymptomati, purgatio cautelam nunquam non præſtituta ſit fideliſſimam.

Variæ circa purgationem in peſte ſ[...]ndum, vel ſecus, ſententiæ.

Argumenta pro illis qui purgationem in peſte admittunt.

Alii verò rationibus prædictis opponunt, peſtem cuius cauſa in maligna quadam & venenata qualitate verſatur, potius alexipharmacis quibuſdam malo averruncando idoneis eſſe curandam, quàm purgativis, quæ ſolam quantitatem ſupereffluentem evacuant: cum peſtis nihilominus, non tam è copia humoris nimia, quàm ex occulto quodam veneno ſuboritur.

Argumenta ſententiæ contrariæ.

Huic præterea rationi ſubiiciunt *Galenum* ipſum, atque plurimos alios, feliciter in peſtibus profligandis ſolo bolo Armeno, aut Theriaca, aut aliis ſimilibus alexiteriis Bezoardicis (ſic enim ab Arabibus nuncupantur) uſos fuiſſe, nec ullam penitus purgationem adhibuiſſe.

Authoritas Galeni contr. purgationem.

Sic *Hippocrates* ſuam Athenis ſolam Antidotum, prout aſſerit Actuarius, uſurpavit, cuius ergò, palmam publicam atque coronam promeritus fuiſſe dicitur: eò quod illius beneficio juxta id quod traditur à *Maſſaria*, urbem Athenas, à peſte quæ illam diu infeſtaverat, vindicarit. Huiuſmodi autem Antidoti deſcriptionem videre licet apud *Actuarium* accuratè delineatam *lib. 5. Methodi, cap. 6.* quo in loco tamen nihil aliud eidem ineſſe reperietur, præter res communes, multumque calefacientes, quales ipſam ſæpenumero Theriacam ſubeunt atque ingrediuntur.

Antidoti qua Hippocrates in fugienda peſte Athenienſi uſus eſt, deſcriptio.

Non me latet, nihilominus quoſdam aſſeveraſſe, huiuſce Antidoti deſcriptionem nunquam *Hippocrati* in mentem veniſſe: ſed gravi hac in re authoris Græci, nempe ipſius *Actuarii* nitor auctoritate, quæ plus ſola apud me habet momenti, quam mul-

multiplices aliquot modernorum, contrariam partem propugnantium contentiones.

Ex iis igitur conſtare poteſt, quomodo Medicorum plurimi, non vulgari doctrinæ nomine commendati, in varias ſuper hac purgationis, tempore peſtis faciendæ, vel ſecus, controverſia, ſententias diſtrahantur.

Opiniones diverſæ circa purgativorum electionem

Ex iis verò rurſus qui purgationem admittunt, non omnes ſuper purgativorum electione conveniunt. Quidam ſtant à parte fortiorum atque violentiorum, qualia ſunt Helleborum, Euphorbium, atque inter compoſitiones utiliores, Hiera Diacolocynthidos, & ConfectioHamech: idque ſe juxta *Hippocratis* decretum præſtare dicunt, aſſerentis: « in extremis morbis, qualis meritò peſtis cenſeri debet, extrema remedia eſſe adhibenda.

Alii verò purgativa mediocria commendant: ut ſunt, *Rhabarbarum, Sena, Agaricus.* E numero compoſitionum, *Catholicum, Diaphœnicum, Electuarium de Citro, de Pſyllio, Diaturbith, Diacarthami, & Tryphera Perſica,* quam unum è ſpecificis remediis peſtilentiæ eſſe jactitant. In eadem, circa *Trypheram Georgius Agricola*, cum plurimis aliis verſatur opinione: verùm ſucci Solani loco, quod mentem de ſua ſede dimovere poteſt, ſuccum Citri ſupponendum eſſe cenſemus.

Aliis demum remedia purgativa probantur benigniora, & magis leniriva, qualia ſunt Caſſia, Electuarium lenitivum, vel manna in jure pulli gallinacei diſſolutum, idque velut excellens ſpecificum à Philippo Ingraſſia commendatur.

Fracaſtorius verò ſolum ſyrupum roſarum ſolutivum, contra febrim peſtilentialem præ cæteris extollit.

Syrupus fumi terræ, & pomorum ſolutivus, nonnullis inter alia celebratur, eò quod omnes humores aduſtos & melancholicos, qui præcipuè in febribus & morbis peſtiferis abundant, benignè expurget.

Quo tempore hæc remedia purgativa adhiberi debeant.

At verò, ſi tempus quo talia remedia purgativa adminiſtrari debent, inquiratur, quidam præparationem humorum expectandam eſſe volunt, opinioneque Hippocratis ſe fultos eſſe dicunt, qui ſcriptum reliquit: *Concocta medicanda eſſe & movenda, non cruda.* Alii verò contra ſentiunt, eò quod malum nimis urgeat & præcipitet: cuius ſæpè malignitate fieret, ut mors omnem præparationem & concoctionem humorum anteverteret. Quod ſi ad ſuæ aſſertionis confirmationem, authoritas *Hippocratis* deſideretur, proferunt hæc ipſius verba: *Si quid movendum videtur, de principio move,* quæ ſuperius annotavimus.

Cauſa tot opinionum inter ſe diſſidentium

Cauſa tot ſententiarum inter ſe digladiantium, non alia è *Mercurialis* judicio aſſignari debet, quàm vis, magnitudo, & malitia peſtilentiarum, & id genus morborum Epidemiorum. Sive enim purgatio adminiſtretur, ſive eadem retardetur: vel ſi purgatio cum remediis violentis, aut benignis conjungatur: vel ſi ipſo ſtatim morbi initio, vel poſtea exhibeatur;

Digitized by Google

beatur: ſive demum aliquis hac in parte lapis, aut opera moveatur: omnia ubiq; periculis ſunt obnoxia, imò plerumque inopinatò mors præ foribus, contra peritiſſimorum quorumcunque Medicorum experientiam accubat, aut ab ipſis etiam non prævisa, laborantem trucidat.

Reſponſum pro Medicis in cura peſtis notandum. Hanc in rem operæ pretium mihi videtur, egregium quoddam *Maſſariæ* reſponſum, ex initio libri de cura Peſtis, mutuari, contra illos potiſſimum illatum, qui Medicinam atque Medicos hucuſque cavillantur, eò quod nullum certum & ſpecificum, ad peſtilentiam exterminandam remedium adinvenerint, unde graviſſimo ignorantiæ nomine traducuntur. Illo quippe reſponſo luculenter elucescit, ipſosmet cavillatores reprehenſione eſſe dignos, nec parum ignoratione rerum, tum humanarum, tum divinarum laborare: cum adeò mente ſint obtenebrata, ut non agnoſcant, hæc mala à Divino numine noſtris ſceleribus inflammato ſæpè tranſmitti, eaque eſſe flagella quibus non rarò crimina noſtra puniantur, nullis humanis viribus avertenda: nec Peſtem propriè tale ſortitam fuiſſe vocabulum, ni majorem eorum, quos invadit partem, de medio auferret. *Peſtis cur ſic dicta.* Hoc eſt nimirum Omnipotentis decretum, quod ſupra *ſub finem capitis ſexti libri primi*, in hæc verba produximus: Si in decretis meis ambulaveritis, dabo vobis pluviam ſuo tempore: ſin autem non audiveritis me, conſtituam ſuper vos tabem, peſtilentiam, & ſcabiem, quæ non poſſit curari, ac dabo vobis cœlum ſicut ferrum, & terram ſicut æs.

Illud porrò divinum decretum omnibus objicio, qui Medicinæ atq; Medicis detrahunt, quando minus ad votorum ſuorum portum appellere, nec ſuam ægris ſanitatem ad libitum inſtaurare poſſunt. Hæc enim virtus non hominibus, ſed ſoli Deo reſervatur: ab hominibus enim quæ ſunt ultra eorum vires, non ſunt expectanda, imò ſatis ſuperque ab illis actum eſt, quando ſuo munere fideliter, accurateque perfuncti fuerint.

Sed ad ſermonem *de purgatione* conſtitutum regrediamur, & poſt diverſas circa illam Medicorum opiniones, noſtram inſuper adjiciamus, oſtendamusque quodnam purgativorum remediorum nobis ſit utilius atque convenientius.

Si corpus ſit cacochymicum, & putridis, qui malum foveant, atque ſuſtentent, & febrem ſecum invehant, abundet humoribus: non verebor ægris meis ſpecificum quoddam remedium, quod prædictos humores corruptos & vitioſos expurget, quodq; qualitatem ſimul venenatam retundat, exhibere. *Conſilium Auctoris in purgatione peſtis.*

Hæc autem eſt Medicorum peritiorum, & magis in arte ſua verſatorum ſententia: ut adhibeantur una cum purgativis ſuis in peſte curanda Alexiteria & Bezoardica communiora, ſi aliorum uſus aut cognitio illis deficiat.

Purgativum contra peſtem. Palmarii Palmarius *in aquis cardui benedicti rhabarbarum infundendum eſſe docet*, aut certè *in aqua ſcabioſa*, aut alia

L 3 qua-

quadam Theriacali: cum quo præterea remedia quædam cor corroborantia ſæpius conjungit.

Si verò *cum bolo caſſiæ & rhabarbari* purgare tentet, mithridatium unà permiſcet.

Heurnij. *Heurnius* demum ſuum ſpecificum purgativum hunc in modum præparat.

℞. *Cepe candidum*, quod à parte ſuperiore excavatum *repleatur drachma Theriacæ, qua cum tantillum pulveris tormentillæ & dictamni commiſceatur: cæpe prædictum eo modo repletum charta quadam involvatur, & ſub cineribus calidis coquendum reponatur.*

Deinde *in mortarium contundendum, una cum additione aceti, calendulæ, & aquæ cardui benedicti iniiciatur, ut inde fiat expreſsio.* In qua rurſus, pro mollioribus & delicatioribus *Trypheræ perſicæ ſemiuncia* ab illo ſuperadditur. Hæc compoſitio apud Pharmacopolas communiter reperitur, quam ſpecificum ut ſuo genere contra peſtem remedium, ſupra aſſeruimus. Pro robuſtioribus vero, idem adiicit *drachmam confectionis Hamech, vel Electuarii quod Indum appellatur, nec non alteram drachmam Electuarii de ſucco roſarum*, quod ad retorridos humores bilioſos refrænandos ſint valdè accommodata.

Iudicium Auctoris de purgativo Heurnii. Hoc eſt ipſummet *Heurnii* purgativum, quod minus, ut arbitror, ab omnibus recipietur, licet in illius commendationem, ſequentia verba ſubjungat: Hoc purgat & mox ſudorem provocat, & veneno reſiſtit, cor „ enim firmat. Hic enim nullus ſegnitiei locus eſt, omnia ilicò agenda, nec „ metuo contrarios eodem tempore „ motus. Natura enim niſi ilico vindicetur ab hoſte, conclamatum eſt: „ uſus hæc docuit proba eſſe. Si verò „ corpus purum eſſet, à pravis ſuccis „ nollem illud purgari.

Hucusque doctiſſimus *Heurnius* qui ſua tempeſtate infinitos penè contagione ſideratos curaverat. E quibus certè verbis colligere poſſumus, non omnia purgativa peſti curandæ eſſe conſentanea: verum illorum ejectionem maturo judicio eſſe faciendam. Nihil enim, aut parum herclè proderunt, niſi Alexiteriis & Bezoardicis conjungantur.

Purgativa contra peſtem Gentilis. *Gentilis* ſcriptis ſuis mandavit, quoſdam ſuo tempore Medicos non infeliciter *Diagridiis quibuſdam veluti ſcammonea, in peſtium profligatione uſos fuiſſe.*

E celebrioribus Medicis, nonnulli hanc in rem *Euphorbium*, ut ſpecificum contra peſtem purgativum experti ſunt: unde pilulas ita conficiunt, *ut cum duabus partibus croci, & aliis duabus maſtichis, altera pars Euphorbii prædicti ſine ulla præparatione permiſceatur.*

Et Fallopii. *Fallopius* ipſe, non parum id genus remedii extollit, eò quod ſalubres multos ex illis effectus exortos agnoverit.

Iudicium Auctoris circa Euphorbium. Ut autem, quodnam ſit meum judicium hac in re judicium aperiam: inter remedia peſtis purgativa, nulla ratione probare poſſum *Euphorbium calidum*

calidum atque cauſticum, nec colocynthida, nec ſcammoneam, nec id genus ſimplicia gummoſa, & nimium calefacientia, quæ præcipuum nihilominus inter compoſitiones noſtras, easq; ſolemniores, locum occupant. Quid enim aliud eadem præſtent non video, niſi quod corporibus ignem admoveant, naturam violenter afficiant, tam bonos quàm pravos humores ſæpenumero mixtim evacuent, & illis plurimum noxæ, qui tamen eorum uſum recipiunt, inferant.

Objectionis cuiusdam refutatio. Quod ſi mihi opponatur: Ad vires veneni comprimendas, res bezoardicas, quæ ſua ſunt natura calidiſſimæ, unà cum prædictis remediis calidis, & in inflammationibus adhiberi: ego quoque reſpondebo, tantum abeſſe, ut ſic humor putridus qui febrim generat evacuetur: quinimò magis ac magis irritatur, & in perniciem ægroti inflammatur.

Si rurſus objiciant, inter claſſes remediorum purgativorum, præter violenta, de quibus modo locuti ſumus, alia reperiri mediocria, eaque magis lenitiva & benigniora, qualia ſunt *rhabarbarum, ſenna, agaricus, myrobalani, caſſia, manna, ſuccus roſarum pallidarum, & ſimilia*: è quibus diverſæ remediorum purgantium formulæ conflari poſſint, quæ non ita ac præcedentia inflammabunt, & violenter afficient: idipſum libenter admitto, & benigniorum potius electio à me, quàm reliquorum in febribus peſtilentialibus fieret. Illud enim mihi

Purgativa mediocria quænam.

ob oculos in primis obverſatur, ut in prædictis morbis natura benignè à ſuis humoribus corruptis & putridis, à quibus opprimitur, liberetur: utque ſimul venenum ea qua ſequitur ratione propellatur.

℞. *Radicum oxylapathi, tormentillæ, ſcorzoneræ, uniuſcuiusq; drachmam dimidiam.* *Purgativum contra peſtē Auctoris.*

Endiviæ, portulacæ, citri, & cardui benedicti ſingulorum ℥ij.

Florum buglosſi, borraginis, violarum, & cichorii ſingulorum pug j.

Myrobalanorum chebulorum, & citriorum, ſingul. ℥ij.

Omnium fiat decoctio, è qua, poſtquam clarificata fuerit, tantum capies quantum ad doſin ſufficiet, addendo *ſucci limonum ſemiunciam*, ut aliquantulum reddatur acidula.

Cui macerabis per viginti quatuor horas in balneo Mariæ tepido.

Foliorum ſenæ ℥ß.

Rhabarbari ℥ij. *cum ſemiſſe.*

Santali citrini ℈j.

Omnium fiat expreſſio, cui ſuperaddantur

Succi roſarum pallidarum, & florum perſicariæ ſingulorum ℥ß. *vel* ℥vj.

Cornu cervi præparati ℈ij.

Pulveris unicornu, & lapidis bezoardici, utriusq; gr. ij. *vel* iij.

Et inde fiat potio.

Aliud *remedium purgativum* valdè, contra prædictos morbos ſpecificum, & omnibus perſonarum generibus, imò infantulis ac delicatulis accommodatum.

℞. Aqua-

Perlæ
Rubini
Smaragdus
Hyacinthus
Sapphyrus
Topazium.

Pro metallicis autem olea, ſive liquores acidos & balſamicos adjiciemus, quales ſunt,

Salis marini
Vitrioli
Sulphuris.
Item Anodynum minerale, quod ſalprunellæ dicitur.
Croci metallici diaphoretici.
Croci metallici purgativi.
Bezoar metallici.
Mercurii vitæ varii, & alia eiuſdem metalli celebres præparationes.
Flores ſulphuris.
Balſamum lactis ſulphuris.
Aurum diaphorecicum, unà cum aliis pluribus præſtantiſſimis, quæ ex eodem metallo eliciuntur remediis.

Ex omnibus autem hujusmodi remediis cordialibus & Bezoardicis, diverſa formularia maximi ponderis atq; virtutis deſcribuntur in Pharmacop. ſub formula videlicet aquarum, extractorum, antidotorum tabellarum atque pulverum. Veluti

Aquæ theriacales præſervativæ, ac curativæ, diverſarum deſcriptionum quæ efficaciores redduntur, additis propriis ſalibus.

Extracta.

Extr. Cardiacum maius, & ex hoc Arcanum ſeu Antidotus.
Alia antidotus maior.
Extr. *Cardiacum minus & ex hoc Antidotus. Cardiacum minus appellata pro gregariis.*
Alia antidotus cardiaca minor pro pauperibus.
Alia: ſ. Theriaca Germanorum.
Elect. de ovo imperatoris Maximil. maius de ovo.
Aliud minus de ovo.
Opiata contra peſtem. Q.
Tabellæ prophylacticæ.

Quin & remediorum externorum ſive topicorum varius ac multiplex uſus eſt, diverſa quoque genera atque formulæ, v. g.

Epithema cordis in peſte refrigerans
——————— corroborans.
ſc. pro iis qui ſunt extra febrim.
Epithema ſiccum.
Sacculus ſeu Scutum cordiale.
Linimenta ac Emplaſtra cordialia.

Quorum deſcriptiones ex Pharmacopæa excerpi poterunt.

Verum enim verò, non modo pro præſervatione peſtis, ad cordis regionem atque plagam confectiones cordiales admoventur: verum longo uſu atq; experimento compertum eſt, res quaſdam, quas vulgus paſſim venenatas pronunciat, eidem corroborando eſſe valde conſentaneas. Huius generis cenſeri debet *Arſenicum, quod in ſantalo rubro incluſum, ſacculos parvos collo ſuſpendendos efformat.* Illi autem ſacculi vel cordi propius applicantur, vel ſub axillis reponuntur: aliis verò ad carpos lacertorum ligati reperiuntur. Si quis porro interroget, quid illis contineatur:

Virum Arſenici amuletum è collo ſuſpenſum contra peſtē valeat.

tur: Sciat ille, quoſdam Arſenicum ſolum hunc in uſum aſſumere, alios verò *Arſenici* ℥ß. *vel* ℥j. *in pulverem redacti*, accipere, huicque *pulveres cordiales* ſuperaddere, nimirum

Angelicæ
Zedoariæ
Dictamni
Camphoræ
Croci, ad libitum.

Ex hoc autem pulvere, *cum mucilagine gummi Arabici aut tragacanthi paſtilli*, quo placet modo conficientur, qui *in ſantalo rubro*, ut ſupra dictum eſt involventur, ut exinde Amuletum fiat, collo, eadem, quam ſupra explicavimus, ratione ſuſpendendum.

Heurnii circa Arſenici Amuletum ſententia.

Heurnius inter alios, id genus *Amuletum* approbavit, & illo utendũ eſſe docuit, utq; quadam veluti ratione longam huiuſce rei ſtabiliat atq; confirmet experientiam: hæc in *ſuo de peſte lib. ca.* 8. memoriæ verba prodidit: Quædam venena regioni cordis applicantur, nec puto id ratione carere: nam dum cor qualitatem illam inimicam percipit, ſæpe contrahir, fitque ejus ſyſtole fortior quàm diaſtole, ita ut validius eo motu à ſe excludat venenum, quàm attrahat.

Arſenicũ per præparationem Chymicam è lethali fit ſalutiferum.

Nos infra quid hac de re totam ſentiamus, paucis aperiem. Intereaque aſſeremus *Arſenicum eſſe remedium utiliſſimum*, atque tum ad præſervationem, tum ad curationem peſtis præſentiſſimum, modò qua decet ratione à vero philoſopho præparetur. Ea enim præparatione, è lethali veneno, facilè in mirum convertetur Alexipharmacum, prout illud à nobis, tum ratione, tum experientia, non ita multò poſt comprobabitur.

Hydrargiri amuletum commendatur, & quomodo conficiendum ſit declaratur.

Aliud præterea *ex hydrargyro fit amuletum cum avellana rubra & aliquo verme arroſa, ut foraminis illius beneficio, hydrargyro repleri poſſit. Poſtquam vero metallicum illud eſt introductum, foramen ſedulo occludetur, & avellana ſerico rubeo è collo ſuſpendenda involvetur. Si vero avellana deficiat, illius vicem calamus ſupplebit, qui prædicto Mercurio replebitur, & è collo ſuſpendetur, ita ut quam proximè, non ſecus ac præcedens amuletum, ad regionem cordis admoveatur.* Hoc remedium adeo hiſce temporibus eſt uſitatum, totque illius animadverti experimenta: ut non poſſim præ cæteris illud non valdè comprobare. Mihi tamen ipſi hac in parte temperabo, ut alium in locum res ſolertiſſimas, & notatu digniſſimas reiiciam.

Et hactenus quidem prædictis remediis omnibus ad peſtem præcavendam uſi ſumus: De illis modo reſtat dicendum, quæ *ad eiuſdem curationem* deſiderantur.

Cap. VI.

De curatione peſtis generali & primum de curatione Chirurgica ſeu ſanguinis miſſione.

Quæcunq; à nobis antea deſcripta fuere remedia, ſpeciali peſtilentiæ debentur præcautioni, licet ex iis nonnulla quoque ipſimet curationi inſervire poſſint, quotieſcunq; contagione aliquis fortè corripitur. Contagionis autem conceptę indicia

Indicia peſtilentiæ quædam.

Digitized by Google

ſatis abunde per nos ſupra fuerunt declarata, inter quæ præcipua ſunt bubones, anthraces, virium ſubita proſtratio, mentis & corporis inquietudo, moleſta inſomnia, appetitûs dejectio, atque vomitus: quæ omnia ut plurimum febris ardentiſſima ſubſequuntur.

At verò *peſtilentia, unus eſt è morbis omnibus vehementiſſimus atq; periculoſiſſimus*, in quibus remedia pariter excellentiſſima, atque promptiſſima requiruntur.

Potiſſima omnium morborum remedia, Miſſio ſangvinis & purgatio. Inter hæc autem, cum *miſſio ſangvinis* & *purgatio* primas partes ſibi vendicent, neceſſarium eſt, ut ab illis exordiamur, eademq; diligenter diſcutiamus: cum majores ex illis, quàm ut aliquando emendari poſſint errores ſuboriantur, eóq; debita illorum, vel indebita adminiſtratione, ſalus, vel exitium penitus conſequatur. Interim tamen in illorum tractatione, alexiteria bezoardica non prętermittemus: quoniam non ultimum in peſte avertenda & curanda locum obtinent.

Varia circa miſſionem ſangvinis in peſte faciendam, nec ne, ſententia. Porrò ut *à miſſione ſangvinis* exordiamur: non mediocris inter Medicos antiquiores & modernos, circa illam ſolennem evacuationem, in cura peſtis, nec non aliorum epidemicorum & contagioſorum, obſervandam, verſatur controverſia: utrũ videlicet illa adhiberi debeat, an ſecus.

Qui pro *venæ ſectione* faciunt, inter cætera referunt, illud remedium eſſe præſtantiſſimum, cùm in cæteris morbis, tum præſertim contagioſis: eò quod ut plurimum ſint cum febre putrida, & ſæpenumero ex obſtructionibus generata, copulati. Ut autem via huiuſmodi obſtructionibus aperiatur, & ex conſequenti ut febris, uti unum è pernicioſis peſtilentiæ ſymptomatibus, cui præ cæteris occurrendum ſit, auferatur, nullum aliud præſentius auxilium dari poſſe ſentiunt.

Illud præterea ſubiiciunt, ſangvinis miſſione corruptionibus, & putrefactionibus, quæ ſemper vehementem humorum ardorem conſequuntur, ſubveniri: ſic enim ajunt impediri, ne maſſa ſangvinis totius exæſtuet & ebulliat, imò illius nimium ardorem temperari. Non ſecus, exempli gratia (quod ab illis uſurpatur) ac vini fervor & ebullitio prohibetur, quando dolium appoſitè perforatur, vel tantillum ab eodem detrahitur. *Miſſio ſangvinis quid præſtet.* Quidni, cum in ſangvinis miſſione, idem prorſus quod in dolii perforatione eveniat, cum utrobiq;, ne vinum, aut ſangvis corruptionem aut alterationem patiatur, cura adhibetur.

Ad ſuas præterea rationes ſupra relatas, plures Græcorum adiiciunt authoritates: atque in primis ipſius Hippocratis, qui in omnibus morbis, & potiſſimum acutis (quales nulli nō peſtes videri debent) nunquam mittendi ſangvinis obliviſcitur. *Authoritas Hippocratis pro venæ ſectione.*

Quidam demum Moderni, ſuas in medium proferunt experientias, quibus omnibus ſic inducuntur, ut crimen vix expiandam ſe patraſſe, ni tale remedium præſcriberent, arbitrarentur. *Experientia.*

Verum enim verò hiſce rebus omnibus, nuper antea declaratis reſponſa contrariæ ſententiæ, qua potero brevitate ſubjiciam: ut mox, quid hac de controverſia mihi videatur concludendum proponam.

Rationes & argumenta eorum qui venæ ſectionem in peſtibus improbant.

Qui igitur miſſionem ſanguinis in peſtilentia curanda rejiciunt, primo ſic argumento ſatisfaciunt: ut confiteantur, obſtructionem (à qua tamen ſæpiùs putrefactio & corruptio humorum, unà cum illorum inflammatione febtili, eaque nimia ſuboritur) miſſione ſanguinis ſæpe evaneſcere, atque è medio tolli. Negant tamen peſtilentem corruptionem ab obſtructione ſemper proficiſci, ſed potius à veneno quodam & contagione, de qua ſupra pluribus tractavimus, cum de cauſis ageremus.

Peſtis non ſemper ab obſtructione & copia humorum procedit.

Eo verò caſu poſito, ſanguinis miſſionem nihil dicunt profuturam, imò potius valdè obfuturam: cùm valdè verendum ſit, ne humores, & bilis præſertim, quæ cæteris omnibus eſt ſiccior, & inflammationi propinquior, ita incaleſcant & inflammentur, ut malum ſemper vergat in deterius.

Illud autem, ut magis ac magis exemplo quodam oculis ſubjiciant, aquam vitæ producunt: quæ ſi à ſuo phlegmate ſeparetur, citius multo flammam concipit, quàm ſi eò conjungatur. In hujus quoque rei confirmationem vinum proferunt, quod ſi merum ſit, magis quàm cum aqua permixtum calefaciat: nec non lignum aridum, quod multò facilius quàm viride humore ſuo aquoſo & radicali præditum, igneſcat & comburatur. Idem quoque illorum judicio, de bile dici debet, quæ cum ſit humor corporis humani ſiccior, ſi à ſanguine humido, quo veluti irrigatur & temperatur, ſeparetur: citiùs multò atque velocius ſe ſola incandeſcit. Quoties verò venæ ſectio admittitur, ſiccus & humidus ſanguis, non ſecus, ac bonus & malus educitur. Imò verò id etiam incommodum accidit, ut humores frigidi, crudiores evadant atque ferociores: calidi verò ſæpius, juxta Avicennæ ſententiam, magis ac magis inflammentur. Quocirca idem Auctor eleganti admodum translatione, ſanguinem frænum bilis appellat: eo quod ille humido ſuo radicali, velociorem iſtius motum refrænet, impediatque ne nimis ferociat: hoc eſt humiditate ſua nativa ingentem illius fervorem & ſiccitatem temperet & moderetur.

Exemplū aquæ vitæ ad ſanguinem accommodatum

Ad exemplum verò ſupra narratum, quo contrariæ partis fautores utuntur, ut oſtendant, miſſione ſanguinis ardorem humorum mitigari non ſecus ac vinum ebulliens ea ratione ſedatur, qua exhalandi libera ei facultas tribuitur: *Raymundus à Vinario & Dalechampius*, viri inprimis celebres, qui ſectioni venæ ut plurimum in morbis peſtiferis interdicunt, hæc ipſa verba ſubſequentia opponunt. Falſum igitur quod vulgo dictitant, ad humorum noſtri corporis lenien- " dos fervores, ſanguinem educi opor- " tere, exemplumque planè ridiculum, " quod ad id excogitaverunt: ut dolio "

Exemplū contrariæ ſententiæ exploditur.

« comprehenſum vinum fervere deſi-
« nit aliquando, ſi dematur, ſic & de-
« tracto ſanguine, humoris fervorem
« compeſci. Etenim vini fervor acris,
« intromiſſa frigiditate, ut rerum quæ
« bulliunt omnium injecta frigida, co-
« hibetur, non verò ob tantulum id
« quod effundimus. Atq; adeò quam-
« vis non nihil miteſcat hac ratione
« prorſus tamen non extinguitur. Rur-
« ſus enim poſt efferveſcunt, & vinum
« cum aëri præcluſeris aditum, & quæ
« ad ignem ebulliunt omnia, cùm nihil
« præterea frigidæ inſtillabitur. Itaque
« vena incidenda minimè eſt, nec in o-
« mnibus ſine diſcrimine: quod percuſ-
« ſoris eſt laniſtæ, aut gladiatoris, non
« Medici.

Quod ad Hippocratis demum & aliorum Græcorum ſcriptorum ſpectat auctoritatem, quam multoties jactitant, qui miſſionem ſanguinis, in peſte, & omnibus febribus peſtilentialibus admittunt: alii contra referunt, quod *Galenus* ipſe ad peſtem averruncandam nullum aliud remediorum genus præter Antidotos, Theriacam & Bolum adhibeat, quodque in lib. de different. febrium, cap. de febre peſtilenti, ne verbum quidem de miſſione ſanguinis faciat. Imò verò eandem penitus ipſemet videtur improbare, in libro de ſuccorum varietate atque vitio, cum de peſte diuturnam quandam peſtilentiam ſubſequente loquitur: quo certè in loco declarat, non immeritò quosdam Medicos, venenæ ſectionem ob vitium imbecillitatem, tunc temporis in tali peſtilentiæ genere, reſpuiſſe.

Quibus remediis ad peſtis curationem Galenus uſus ſit.

Hæc porrò imbecillitas virium atque debilitatio, eſt præcipua inter cæteras cauſas, quæ plurimos ad id genus remedii improbandum commovet: quam ex eo præterea confirmant, quod hujuſmodi ſanguis miſſio impediat, quo minus venenum à centro pellatur ad circumferentiam. Præter id, cum quod vires nimium in morbo peſtifero debilitantur, natura à ſalutari motu, quem moliri poſſet, diſturbatur: cum tamen illius ope atque beneficio per modum cujuſdam metaſtaſeos, atque translationis, materia morbi exterius, per loca convenientia eſſet confeſtim expellenda.

Sanguinis miſſio quantum in peſte noceat.

Illi deinde, ad ſuæ confirmationem ſententię, ſubjungunt, venenum peſtiferum non mediocrem habere cum aliis ἀναλογίαν, atque convenientiam, quæ corpus humanum infeſtant, ſive animalium venenatorum morſu inferantur, ſive potu exhibeantur: ſive modo quodam alio occulto communicentur: prout nos, è præcipuorum Medicinæ Coryphæorum auctoritate docuimus. Iſtis tamen morbis, quos prædicta venena, cordis regionem ut plurimum obſidentia, comitantur, nullus celebrium *ut aiunt*, Medicorum, miſſionem ſanguinis adhibuit: Imò vero longè, ea potiſſimum de cauſa ſubmovit, quod per illam venenum, *ſecundum Avicennam*, celeriùs multo ad cor ipſum, vitæ totius arcem atque propugnaculum expugnandum, deferatur.

Miſſio ſanguinis corporibus venenatis noxia.

Deniq; ut propriis, quæ in medium proferuntur, experimentis, circa felicem vel infelicem talis remedii

dii ſucceſſum, occurratur: quidam bonis avibus venam incidendam præbuerunt, quidam vero ſecus. Quisquis celebriores Medicos qui centum ab hinc annis has obſervationes ſcriptis ſuis inſeruerunt, perlegerit: illos proculdubio hac in parte, plurimum inter ſe diſſidentes comperiet, illorumque præterea numerus, qui infauſtam venæ ſectionem animadverterunt, aliorum paucitatem, longo ſuperabit intervallo.

Argumento ab experientia ducto reſpondetur, contraria experientia.

Fallopius inter alios obſervat, quotquot venam Chirurgis incidendam ab anno 1524 usq; ad 1530 admoviſſent, è medio fuiſſe ſublatos: alios vero qui detrectaſſent, ut plurimum convaluiſſe.

Septem aut octo anni ferè ſunt elapſi, ab eo tempore, quo regionem Lemovicenſem & Marchianam perluſtrabam, quoq; non paucæ illic vigebant peſtilentes pleuritides: illud pro certo mihi fas ſit affirmare, eos quibus ab initio ſanguis detractus fuiſſet, expiraſſe, alios vero qui poſtmodum à venæ ſectione ſibi temperaſſent, atque purgationibus ſibi conſuluiſſent, vel ab ipſo morbi ſævientis initio, incolumes, pauciſſimis deſideratis, evaſiſſe.

Tot igitur, tamque ſibi repugnantes ſunt hac in quæſtione Medicorum ſententiæ: quibus, tempus poſtulat, ut noſtram pariter ſubjiciamus.

Judicium Auctoris in hac controverſia.

Illud in primis hoc loco, antequam ad controverſiæ totius definitionem accedamus, accuratè eſt præſtandum, ut omnes tam naturæ mali, quam virium & temperamenti ægrotorum, circumſtantiæ, recto judicij æquilibrio perpendantur.

Quod autem ad morbum attinet, illud eſt ſedulò obſervandum, num malum communicatum fuerit, & à cauſa externa ſubortum: an contra in nobis per cauſam quandam internam, per propriam ſcilicet humorum noſtrorum corruptionem ingeneratum fuerit.

Quænam cautela in ſanguinis miſſione ad peſtem curandam adhibenda.

Si peſtis per cauſam quandam extrinſecam nos invaſerit, eò quod nimirum aliquem peſtilentia correptum adierimus, vel ſupellectilia quædam contagione infecta contrectaverimus: à ſanguine mittendo penitus eſt abſtinendum. Niſi ſi magna inſit corpori humorum copia & plenitudo, quæ nos in ipſa prima morbi irruptione, ad id muneris obeundum vel invitos evocaret.

Verùm ſi morbus peſtilentialis, à ſe primum in nobis innatus fuerit, tunc etiam vel in ſua ſcaturigine atq; principio, vel in ſuo progreſſu ſpectari debet: ſive ut clariùs loquar, quando primùm perſonam ſubiit, vel aliquem ſucceſſu temporis vigorem, & incrementum accepit.

In principio quidem, ſi febris inardeſcat, æger nimiùm ſit obeſus aut plethoricus, ſi vaſa habeat turgentia, ſi urinas craſſiores & rubicundiores emittat, ſi magnis doloribus urgeatur, ſi quietem nullam capere poſſit, ſi vigiliis, & ventriculi ardoribus laboret, & demum pulſu polleat valido, qui vires minimè eſſe dejectas arguat, atque denunciet:

tunc

« ductus, oſtendit ſanguinis miſſionem « magis peſtiferis obeſſe, quàm pro« deſſe, in eos agens qui ſuæ refragan« tur ſententiæ, ſic ait: Si nec his ratio« nibus perſuaſi, nec authoritate vete« rum moti, abire à ſententia nolint, o« ro, ſi ægrorum eis ſanitas, ac vita « chara, ne poſt triduum peſte afflictis « venam aperiant: gravis enim jam tum « virium imbecillitas in procinctu e« rit, pabula vitæ jam invadente veneno.

Quanam vena in peſte ſcindenda. Non eſt porrò hic omittendum, de vena, quæ ſit incidenda pertractare, cum id plurimi interſit. Nam ſi bubo in collo prima die fieri poteſt, apparuerit, majoraque ſint in capite ſymptomata: cephalica ſecundum communiorem opinionem erit aperienda. Verùm quando è collo tenus verſus umbiculum bubones iſti manifeſtantur, baſilica erit ſcindenda. Quod ſi infra umbilicum anthraces peſtiferi unà cum reliquis ſymptomatibus comperiantur, & bubo in coxendice innoteſcat: tunc è ſaphena, vel illa quæ dicitur Malleoli vena, miſſi ſanguinis erit procuranda.

Ea enim in tam periculoſo caſu cautio eſt adhibenda, ut ſanguis ex illo, quo vergit & apparet malum, loco & regione emittatur, ut ſic derivationi & declinationi cauſæ antecedentis inſerviatur. Si enim è latere & ſede fiat oppoſita, utilitas nulla, vel certè admodum tarda ſubſequetur, è qua nullum mali levamen æger relaturus ſit. Et hoc eſt celebriorum Medicorum hac in parte decretum.

Quarurſus vena in peſte ſit ſcindenda quando Bubo non apparet. Quod ſi aliquando contingat (ut ſæpè numero olim accidit) ut febris peſtilentialis ſine ulla bubonis utrinque manifeſtatione corripiat, in qua tamen ſanguinis miſſio ſit requiſita: è quanam vena aut corporis regione ſanguis elicietur? ut huic interrogationi ſatisfiat, reſpondemus, venæ ſectionem tunc temporis non à brachio dextro (ut in morte nihilominus eſt poſitum) eſſe faciendam, ſed potius è baſilica ſive mediana brachii ſiniſtri: eò quod illæ majorem habeant cum venis & arteriis pulmonis, & cordis, quàm reliquæ, communicationem atque reſpectum. Si dicti mei rationes Lector ſtudioſus efflagitet, conſulat *Fernelium lib. 2. Method. cap. 7.*

Quantũ ſanguinis in peſte mittendum. Si quantitas præterea mittendi ſanguinis inquiratur, illa nullam penitus aliam regulam agnoſcit, quàm vires ipſius ægri, à quibus prima atque præcipua curæ indicatio eſt petenda, ea nihilominus cautela adhibita, ut ſemper minus, quàm nimium ſanguinis detrahatur.

Qua hora vena ſectio facienda. Horam fortaſſis, qua prædicta venæ ſectio fieri debeat, aliquis inveſtigabit: ea meo certè judicio feligi debet, quæ minus negotii, & doloris laboranti faceſſet, & matutina potius quàm veſpertina.

Utrum verò ſanguis iterato ſit extrahendus, nec ne: celebres Medici non in una ſunt & eadem opinione. *Fernelius* iterationem ſanguinis mittendi, *lib. 2. Methodi*, *in cura febrium peſtilentialium* videtur admit-

Digitized by Google

lib. 2 de de febre peſtilenti, c. 23.

tere. *Palmarius* è contrario, cum multis aliis improbare. Ego vero qui partes illorum potiſſimum amplector, quibus miſſio ſanguinis in peſtibus, niſi tarò, magnaque pariter deliberatione præcedente, redarguitur: eandem nec poſſum, nec debeo venæ ſectionem iterato repetere, quæ multò plus ſemper detrimenti, quàm ſolatii peſtilentia conflictatis afferet.

Quænam in peste sanguinis miſſioni reſpondeant.

Quædam ſunt porrò, quæ vel ipſius *Galeni* Judicio, viciſſim ſanguinis miſſioni reſpondent, & parem ferè cum illa effectum ſortiuntur: qualia ſunt, ſanguiſugarum applicatio & cucurbitularum, quæ magnis ſcarificationibus conjunguntur, ut in copioſa ſatis quantitate, ſanguis à femoribus & aliis partibus, quæ venenum à centro ad circumferentiam derivare poſſunt, extrahatur. Sic enim natura à ſuo graviſſimo inprimis onere, ſine ulla manifeſta virium, qualis in venæ ſectione ſæpe contingit, reſolutione atque decremento, ſublevabitur.

Scarificationum uſus in peste comprobatur.

Mercurialis unà cum Maſſaria, id genus remedii potiſſimùm commendant, licet illud à veteribus neglectum, & oblivioni mandatum fuiſſe dicant, non ſecus ac ſcarificationes, quas olim plutimum invaluiſſe conſtat. Ego verò, ut quod ſentiam, ingenuè profitear, hæc à me nequaquam opinio reprobatur, imò verò tantam culpam atque errorem nuſquam exiſtimare ab iſtis ſcarificationibus proficiſci, quantam è ſanguinis miſſione, quæ nimia, nimiſque frequenter in peſtibus uſurpatur.

At veò antequam ad venæ ſectionem à Chirurgo procedatur, ego paululum inteſtina evacuanda cum aliquo clyſtere emolliente, & refrigerativo præſcriberem, cui purgativa benigniora, & minus inter res communes calefacientia adjicerentur, vel purgativum quoddam ſpecicum Chymicum, Crocus ſcilicet metallorum, qui certè clyſterem præſtabit ſalubriorem, eò quod nullo modo calefaciat, & tamen benignè ſufficienterque evacuet, ſi ad unius vel duarum drachmarum doſin exhibeatur. Cujus rei fidem faciet præſcriptum *Hippocratis* frequentiſſimum, qui ſolo nitro tum aqua permixto in pluribus clyſteribus utitur, ut ſine ullo caloris externi additamento expurget: nitrum autem hujuſmodi eſt præcipuum Croci Metallorum ingrediens & fundamentum.

Potio cordialis ante venæ ſectionem adhibenda.

Demum ante prædictam ſanguinis miſſionem, potionem aliquam cordialem & Bezoardicam è noſtris ſupra deſcriptis, quæ cor inſtauraret atque recrearet, propinandum exiſtimarim: ut ſic melius ſaluti laborantis conſuleretur, juxta illud *Heurnii* periтiſſimi *conſilium lib. de peſte, cap. 9.* Quare qui ſanguinem ducunt, vel purgant ægrum, maximè, antequam antidotum propinaverint, quod vires firmat: ægrotum præcipitant.

Cap.

CAP. VII.

De purgatione, medicamentiſque ſudorificis.

HIs omnibus de miſſione ſangvinis prænarratis, ſequitur modo, ut de ſecundo maximeque ſolenni peſtium remedio, purgatione videlicet oratio inſtituatur: circa quam variæ ſunt, multumque ſibi refragantes & adverſantes Medicorum ſententiæ. Quidam enim purgationem nuſquam non adhibendam decernunt, alii verò contra eandem reiiciunt. Qui pro purgatione faciunt, eo in primis fulciuntur argumento: quod fieri non poſſit, quin plurimi eorum qui peſte corripiantur, cacochymia non laborent, & maximis humorum corruptionibus abundent, quæ nihil aliud ſunt, quàm contagionis ſeminaria: proindeque conſequi dicunt purgationem illis præ cæteris eſſe neceſſariam, vel eò ſaltem nomine, quod Antidoti, mali veneno bellum indicentes, ſuo nimio quo pollent calore, nimium febrem, perpetuam ferè peſtilentiarum comitem intendant, & humores à quibus ſubotitur, atque fovetur, ita calefaciant; ut inde phlegmone quidam internus, circa vitalia cordis ipſius præcordia, atque regionem excitetur. Cui ſymptomati, purgatio cautelam nunquam non præſtitura ſit fideliſſimam.

Variæ circa purgationem in peſte faciendum, vel ſecus, ſententiæ.

Argumenta pro illis qui purgationem in peſte admittunt.

Alii verò rationibus prædictis opponunt, peſtem cuius cauſa in maligna quadam & venenata qualitate verſatur, potius alexipharmacis quibuſdam malo avertuncando idoneis eſſe curandam, quàm purgativis, quæ ſolam quantitatem ſupereffluentem evacuant: cum peſtis nihilominus, non tam è copia humoris nimia, quàm ex occulto quodam veneno ſuboritur.

Argumenta ſententiæ contrariæ.

Huic præterea rationi ſubiiciunt *Galenum* ipſum, atque plurimos alios, feliciter in peſtibus profligandis ſolo bolo Armeno, aut Theriaca, aut aliis ſimilibus alexiteriis Bezoardicis (ſic enim ab Arabibus nuncupantur) uſos fuiſſe, nec ullam penitus purgationem adhibuiſſe.

Authoritas Galeni contr. purgationem.

Sic *Hippocrates* ſuam Athenis ſolam Antidotum, prout aſſerit Actuarius, uſurpavit, cuius ergò, palmam publicam atque coronam promeritus fuiſſe dicitur: eò quod illius beneficio juxta id quod traditur *à Maſſaria*, urbem Athenas, à peſte quæ illam diu infeſtaverat, vindicarit. Huiuſmodi autem Antidoti deſcriptionem videre licet apud *Actuarium* accuratè delineatam *lib. 5. Methodi, cap. 6.* quo in loco tamen nihil aliud eidem ineſſe reperietur, præter res communes, multumque calefacientes, quales ipſam ſæpenumero Theriacam ſubeunt atque ingrediuntur.

Antidoti qua Hippocrates in fugienda peſte Athenienſi uſus eſt, deſcriptio.

Non me latet, nihilominus quoſdam aſſeveraſſe, huiuſce Antidoti deſcriptionem nunquam *Hippocrati* in mentem veniſſe: ſed gravi hac in re authoris Græci, nempe ipſius *Actuarii* nitor auctoritate, quæ plus ſola apud me habet momenti, quam

Digitized by Google

multiplices aliquot modernorum, contrariam partem propugnantium contentiones.

Ex iis igitur conſtare poteſt, quomodo Medicorum plurimi, non vulgari doctrinæ nomine commendati, in varias ſuper hac purgationis, tempore peſtis faciendæ, vel ſecus, controverſia, ſententias diſtrahantur.

Opiniones diverſa circa purgativorum electionem

Ex iis verò rurſus qui purgationem admittunt, non omnes ſuper purgativorum electione conveniunt. Quidam ſtant à parte fortiorum atque violentiorum, qualia ſunt Helleborum, Euphorbium, atque inter compoſitiones utiliores, Hiera Diacolocynthidos, & Confectio Hamech: idque ſe juxta *Hippocratis* decretum præſtare dicunt, aſſerentis: « in extremis morbis, qualis meritò peſtis cenſeri debet, extrema remedia eſſe adhibenda.

Alii verò purgativa mediocria commendant: ut ſunt, *Rhabarbarum, Sena, Agaricus* E numero compoſitionum, *Catholicum, Diaphœnicum, Electuarium de Citro, de Pſyllio, Diaturbith, Diacarthami, & Tryphera Perſica*, quam unum è ſpecificis remediis peſtilentiæ eſſe jactitant. In eadem, *circa Tripheram Georgius Agricola*, cum plurimis aliis verſatur opinione: verùm ſucci Solani loco, quod mentem de ſua ſede dimovere poteſt, ſuccum Citri ſupponendum eſſe cenſemus.

Aliis demum remedia purgativa probantur benigniora, & magis lenitiva, qualia ſunt Caſſia, Electuarium lenitivum, vel manna in jure pulli gallinacei diſſolutum, idque velut excellens ſpecificum à Philippo Ingraſſia commendatur.

Fracaſtorius verò ſolum ſyrupum roſarum ſolutivum, contra febrim peſtilentialem præ cæteris extollit.

Syrupus fumi terræ, & pomorum ſolutivus, nonnullis inter alia celebratur, eò quod omnes humores aduſtos & melancholicos, qui præcipuè in febribus & morbis peſtiferis abundant, benignè expurget.

At verò, ſi tempus quo talia remedia purgativa adminiſtrari debent, inquiratur, quidam præparationem humorum expectandam eſſe volunt, opinioneque Hippocratis ſe fultos eſſe dicunt, qui ſcriptum reliquit: *Concocta medicanda eſſe & movenda, non cruda.* Alii verò contra ſentiunt, eò quod malum nimis urgeat & præcipitet: cuius ſæpè malignitate fieret, ut mors omnem præparationem & concoctionem humorum anteverteret. Quod ſi ad ſuæ aſſertionis confirmationem, authoritas *Hippocratis* deſideretur, proferunt hæc ipſius verba: *Si quid movendum videtur, de principio move*, quæ ſuperius annotavimus.

Quo tempore hæc remedia purgativa adhiberi debeant.

Cauſa tot ſententiarum inter ſe digladiantium, non alia è *Mercurialis* judicio aſſignari debet, quàm vis, magnitudo, & malitia peſtilentiarum, & id genus morborum Epidemiorum. Sive enim purgatio adminiſtretur, ſive eadem retardetur: vel ſi purgatio cum remediis violentis, aut benignis conjungatur: vel ſi ipſo ſtatim morbi initio, vel poſtea exhibeatur:

Cauſa tot opinionum inter ſe diſſidentium

Digitized by Google

beatur: ſive demum aliquis hac in parte lapis, aut opera moveatur: omnia ubiq; periculis ſunt obnoxia, imò plerumque inopinatò mors præ foribus, contra peritiſſimorum quorumcunque Medicorum experientiam accubat, aut ab ipſis etiam non præviſa, laborantem trucidat.

Reſponſum pro Medicis in cura peſtis notandum.

Hanc in rem operæ pretium mihi videtur, egregium quoddam *Maſſariæ* reſponſum, ex initio libri de cura Peſtis, mutuari, contra illos potiſſimum illatum, qui Medicinam atque Medicos hucuſque cavillantur, eò quod nullum certum & ſpecificum, ad peſtilentiam exterminandam remedium adinvenerint, unde graviſſimo ignorantiæ nomine traducuntur. Illo quippe reſponſo luculenter eluceſcit, ipſosmet cavillatores reprehenſione eſſe dignos, nec parum ignoratione rerum, tum humanarum, tum divinarum laborare: cum adeò mente ſint obtenebrata, ut non agnoſcant, hæc mala à Divino numine noſtris ſceleribus inflammato ſæpè tranſmitti, eaque eſſe flagella quibus non rarò crimina noſtra puniantur, nullis humanis viribus avertenda: nec Peſtem propriè tale ſortitam fuiſſe vocabulum, ni majorem eorum, quos invadit partem, de medio auferret. Hoc eſt nimirum Omnipotentis decretum, quod ſupra *ſub finem capitis ſexti libri primi*, in hæc verba produximus: Si in decretis meis ambulaveritis, dabo vobis pluviam ſuo tempore: ſin autem non audiveritis me, conſtituam ſuper vos tabem, peſtilentiam, & ſcabiem, quæ non poſſit curari, ac dabo vobis cœlum ſicut ferrum, & terram ſicut æs.

Peſtis cur ſic dicta.

Illud porrò divinum decretum omnibus objicio, qui Medicinæ atq; Medicis detrahunt, quando minus ad votorum ſuorum portum appellere, nec ſuam ægris ſanitatem ad libitum inſtaurare poſſunt. Hæc enim virtus non hominibus, ſed ſoli Deo reſervatur: ab hominibus enim quæ ſunt ultra eorum vires, non ſunt expectanda, imò ſatis ſuperque ab illis actum eſt, quando ſuo munere fideliter, accurateque perfuncti fuerint.

Sed ad ſermonem *de purgatione* conſtitutum regrediamur, & poſt diverſas circa illam Medicorum opiniones, noſtram inſuper adjiciamus, oſtendamusque quodnam purgativorum remediorum nobis ſit utilius atque convenientius.

Conſilium Auctoris in purgatione peſtis.

Si corpus ſit cacochymicum, & putridis, qui malum foveant, atque ſuſtentent, & febrem ſecum invehant, abundet humoribus: non verebor ægris meis ſpecificum quoddam remedium, quod prædictos humores corruptos & vitioſos expurget, quodq; qualitatem ſimul venenatam retundat, exhibere.

Hæc autem eſt Medicorum peritiorum, & magis in arte ſua verſatorum ſententia: ut adhibeantur una cum purgativis ſuis in peſte curanda Alexiteria & Bezoardica communiora, ſi aliorum uſus aut cognitio illis deficiat.

Purgativum contra peſtem Palmarii.

Palmarius *in aquis cardui benedicti rhabarbarum infundendum eſſe docet*, aut certè *in aqua ſcabioſa*, aut alia qua-

calidum atque cauſticum, nec colocynthida, nec ſcammoneam, nec id genus ſimplicia gummoſa, & nimium calefacientia, quæ præcipuum nihilominus inter compoſitiones noſtras, easq; ſolemniores, locum occupant. Quid enim aliud eadem præſtent non video, niſi quod corporibus ignem admoveant, naturam violenter afficiant, tam bonos quàm pravos humores ſæpenumero mixtim evacuent, & illis plurimum noxæ, qui tamen eorum uſum recipiunt, inferant.

Objectionis cuiuſdam refutatio. Quod ſi mihi opponatur: Ad vires veneni comprimendas, res bezoardicas, quæ ſua ſunt natura calidiſſimæ, unà cum prædictis remediis calidis, & in inflammationibus adhiberi: ego quoque reſpondebo, tantum abeſſe, ut ſic humor putridus qui febrim generat evacuetur: quin imò magis ac magis irritatur, & in perniciem ægroti inflammatur.

Si rurſus objiciant, inter claſſes remediorum purgativorum, præter violenta, de quibus modo locuti ſumus, alia reperiri mediocria, eaque magis lenitiva & benigniora, qualia ſunt *rhabarbarum, ſenna, agaricus, myrobalani, caßia, manna, ſuccus roſarum pallidarum, & ſimilia*: è quibus diverſæ remediorum purgantium formulæ conflari poſſint, quæ non ita ac præcedentia inflammabunt, & violenter afficient: idipſum libenter admitto, & benigniorum potius electio à me, quàm reliquorum in febribus peſtilentialibus fieret. Illud enim mihi ob oculos in primis obverſatur, ut in prædictis morbis natura benignè à ſuis humoribus corruptis & putridis, à quibus opprimitur, liberetur: utque ſimul venenum ea qua ſequitur ratione propellatur.

Purgamedio-cria quanam.

℞. *Radicum oxylapathi, tormentillæ, ſcorzoneræ, uniuſcuiusq; drachmam dimidiam.* *Purgativum contra peſtē Auctoris.*
Endiviæ, portulacæ, citri, & cardui benedicti ſingulorum ℥ij.
Florum bugloſſi, borraginis, violarum, & cichorii ſingulorum pug j.
Myrobalanorum chebulorum, & citriorum, ſingul. ʒij.

Omnium fiat decoctio, è qua, poſtquam clarificata fuerit, tantum capies quantum ad doſin ſufficiet, addendo *ſucci limonum ſemiunciam*, ut aliquantulum reddatur acidula.

Cui macerabis per viginti quatuor horas in balneo Mariæ tepido.
Foliorum ſenæ ℥ß.
Rhabarbari ʒij. *cum ſemiſſe.*
Santali citrini ℈j.

Omnium fiat expreſſio, cui ſuperaddantur
Succi roſarum pallidarum, & florum perſicariæ ſingulorum ℥ß. *vel* ʒvj.
Cornu cervi præparati ℈ij.
Pulveris unicornu, & lapidis bezoardici, utriusq; gr. ij. *vel* iij.
Et inde fiat potio.

Aliud *remedium purgativum* valdè, contra prædictos morbos ſpecificum, & omnibus perſonarum generibus, imò infantulis ac delicatulis accommodatum.

℞. Aqua-

æ magis promovent, & à parte ejuſdem veneni, quod aliàs naturam nimium prægravaret & peſſundaret, ſua virtute ægrum exonerant.

Qua ratione verâ peſti occurrendum.

At verò ſi de vera peſte oratio à nobis inſtituatur, ego certiſſimè confirmo, horum remediorum benignitatem atque mollitiem, nihil, aut parum profuturam. Cum enim illa uſq; ad peſtilentiæ radices atque fomitem penetrare non poſſint, à mali malignitate ut plurimum irridentur. Satius ergo fuerit peſti veræ ſævienti, aliquo remedio bezoardico atq; præſtantiori occurrere, quod ſua inſita & abdita proprietate Arſenicales illius qualitates nimis malignas valeat edomare, & expugnare, cui herclè expugnationi, pharmaca, magis è metallicorum, quàm vegetabilium claſſe depromta ſubſervient.

Quanam purgativa è metallicis remediis ſeligenda.

Inter *purgativa* verò *metallica*, ea nobis eveniunt ſeligenda, quæ majorem habent cum venenis, à quibus peſtilentiæ generantur, analogiam atque proportionem, ut ſic magis ac magis in illa agere poſſint. Venenum enim unum ab alio, non ſecus ac clavus à clavo, ut ajunt, tunditur. Cum igitur antea ſatis abundè docuerimus, venena, à quibus ſuam peſtes ducunt ſcaturiginem, eſſe Mercurialia, Arſenicalia, & Antimonialia: alexipharmacis ergo, quæ ex Mercurii, Magneſiæ, Arſenici familiis derivantur, ut procul hoc malum averruncetur, neceſſariò utendum erit.

Eximia circa remedia

Cæterum hoc loco obſervandum eſt, *Arſenicum* non modo in ſe continere ſpiritum, quo diteſcit, Arſenicalem: ſed etiam ſpiritus Antimoniales atque Mercuriales. Sic in Antimonio ſpiritus Mercuriales & Antimoniales, reſident: & in Mercurio viciſſim Arſenicales & Antimoniales, in quibus vires metallicorum purgativæ, ſudorificæ, & vomitivæ ineſſe, prout ſupra demonſtravimus, comperiuntur.

metallica obſervationes.

Obſervandum eſt præterea, omnia metalla etiam imperfecta, & cum metallis, lapides marcheſitas, & alias ſubſtantias metallicas, de iiſdem ſpiritibus Arſenicalibus, Antimonialibus, & Mercurialibus participare. Unde fit, ut diverſis evacuationibus pro quantitate & copia iſtorum quibus abundant ſpirituum, famulentur.

Diverſa ſpirituũ Arſenicalium, Antimonialium, & Mercurialiũ proprietates.

Etenim cum *ſpiritus Arſenicales*, magis de natura ſalis fixi participent: idcircò magis ſunt purgativi, quàm ſudorifici, atque vomitivi. *Antimoniales* vero quia magis ſulphurei ſunt, & præcipuum inter fixa & volatilia locum obtinent: vomitionem potius, quam ſudorem, aut purgationem promovent. *Mercuriales* demum, eò quòd naturæ ſint magis aëreæ, atque cæteris ſint ſubtiliores, ſuos potius per ſudores, quàm per vomitum & alvum, ſortiuntur.

Quantũ poſſit in ſeparatione horum ſpirituum Chymicus.

Interim tamen verus Philoſophus, in vitali rerum anatomia verſatus, poſt è Mercurio, Antimonio, Arſenico, ſeparatim, vel conjunctim, juxta artis documenta præparatis, extrahere remedia, quæ ſolummodo erunt vel vomitiva, vel purgantia, vel ſudorifica: aut quæ ſimul purgandi &

Digitized by Google

vomitum ciendi facultatem obtinebunt: vel domum quæ ſimilibus hujuſmodi, purgandi nimirum, & ſudorem cum vomitu excitandi, virtutibus erunt prædita, veluti ſunt:

Ex Mercurio.

1. *Mercurius vitæ vomitivus,*
2. *Mercurius vitæ fixus purgativus.*
3. *Magiſterium ☿ii ſolare.*
4. *☿ dulcis.*
5. *☿ dulcis eſſentificatus.*
6. *Manna purgativa & oleum &c.*

Ex Antimonio.

1. *Decem aut duodecim Antidotos* deſcriptæ ſunt, quarum nonnullæ contra peſtem ſunt plurimum accommodatæ, ſive purgatio *per alvi deiectionem, aut per vomitum, aut ſudôres ſit* neceſſaria ſive natura *modò quodam non perceptibili*, ſit in priſtinum ſuum robur reſtituenda. Eò igitur lectorem benevolum remittimus.

2. *E floribus ☿ii rubicundis* remedium quoddam excellens purgativum & vomitivum ſimul extrahitur, quod poſtibus, quas à ſua origine vomitus comitatur, innoxiè dari poteſt.

3. *Itidem flores* ſi cum *Salè petra* figantur, vel cum *ſalè communi* ſublimentur, pharmacum evadunt benignum & excellens contra febres peſtilentiales id genus morbos.

4. *Crocus metallorum* utile multum & præſens contra morbos omnes Epidemios remedium ſuppeditat. *Doſ. gr.* 7. 8. in Infuſione.

Reſtat ut de *ſudorificis & bezoardicis* contra peſtem faventibus, aliquid proponamus.

Ad communia iſthæc remedia, quæ tum è vegetabilibus, tum ex animatis deſumuntur, nihil prorſus licet adjicere: eò quod, dum de præcautione peſtis ageremus, illorum ſeriem in medium protulerimus, qualia ſunt noſtræ aquæ Theriacales, diverſæ, atque multiplices Antidoti, tam cum ovo præparatæ, quàm cum diverſis extractionibus cardiacis. E quibus componuntur diverſa pharmaca *ſudorifica & bezoardica*, quæ hoc loco repetere eſſet ſupervacaneum. Prudentum ſolummodo lectorum hoc erit officium, aptum earum ſecundum mali qualitatem, & perſonarum temperamentum atq; conditionem, delectum facere. *Diverſa contra peſtem remedia bezoardica.*

Non enim unam in claſſem & catalogum omnes revocantur, ſed diverſa genera conſtituunt: dum aliæ magni, aliæ vilioris ſunt pretii, aliæ rurſus longam, aliæ breviorem poſtulant; pro gregariis, aut ditioribus præparationem.

Magnatibus interea *Theriacas* noſtras dicavimus, quas benedictas & cœleſtes appellavimus. Dicavimus præterea *Diateſſeron* noſtrum regale, unum à ſupremis remediis Alexiterium bezoardicum: cujus deſcriptionem videre licet *in Pharmacopœa noſtra*, ad caput de Theriacarum inſtauratione.

Licet autem tractatibus ſuperioribus compoſitiones quaſdam diverſorum ſudorificorum metallicorum,

Digitized by Google

rum, & eorum præſertim quæ ex Antimonio depromuntur meminerim' è ſulphure verbi gratia deaurato, & lapide bezoardico metallico: quædam alia magis contra peſtem ſpecifica & metallica ex ſole & venere depromi poterunt. Cum enim peſtis ſæpius per aëris inſpirationem invehatur, per tranſpirationem quoque eadem expelli debet, per diaphoreſin nimirum, aut ſudorum provocationem: ut libera detur venenoſis & ſpiritualibus halitibus & vaporibus peſtiferis, à quibus malum ingeneratur, exhalatio.

In hanc igitur cautelam, quædam id genus remedia ad hunc ſcopum ſpectantia ſemper ad manum, & in promptu ſervari debent. Malum enim iſtud cum ſit violentiſſimum, ſpatio ſæpiſſimè & mora remediorum ſeligendorum interdicit, illorumq; præparationem anteverit.

Theriaca in uſum olim contra peſtem obſervata.

Qua ſapienter hac in parte à majoribus noſtris proſpectum fuit, qui Theriacam ſemper ſervarent præparatam. Quæ licet minus à nobis improbetur: illud tamen adjiciam, innumeras antidotos quas è Theriaca elicuimus, & ad inſtar aquæ, ſive aliarum formularum merè cordialium & bezoardicarum, quarum aliæ plus, aliæ minus calefaciunt, præparavimus, non eſſe ulla ratione reiiciendas. Cum enim peſtis ſæpiſſimè ſit cum febribus ardentibus, phlegmatibus & inflammationibus coniuncta: Bezoardica remedia & cordialia, Theriacalis & id genus antidotis magis calefacientibus ſunt præferenda, eo quæ magis ſunt temperata.

Idem pariter de Bezoardicis communibus & vulgaribus theriacalibus ſit Judicium.

Metallica v. hac minus, quam cætera indigent, electione, eo quæ illorum actio, nec in calore, nec in frigore verſetur. Agunt enim illa per occultam & ſpecificam quandã, qua pollent, facultatem, ſudores in magna quantitate probandi: ita tamen, ut interim venenum expellant, & cor ipſum, unà cum ſuis partibus vitalibus corroborent, atque præmuniant. Hinc nimirum contingit, ut id bezoardicum genus magis utile judicemus, & aliis præferamus: & illud in primis, quod è *Mercurio & auro* depromitur, cum magis noſtræ ſit naturæ conſentaneum.

Sed ut clarius adhuc juris mei patrocinium à benevolo Lectore ſuſcipiatur, concluſionem ſecundi libri, à Vinario, circa peſtem conſcripti hoc loco adiiciam: qui ampliſſima omnium remediorum cordialium, & Bezoardicorum collectione facta, hæc tandem verba ſubiicit: "Excellit tamen omnia præſtans, & divinum illud Arnaldi remedium, quod ambiguitate orationis intricatum, non ubivis explicandum eſſe, antea nos diximus."

Cap. VIII.

De cura particulari Peſtis & aliorum morborum Epidemicorum, nec non de ſymptomatibus præcipuis quæ illos comitantur.

QUilibet ſtudioſus Medicinæ Tyro, & candidatus, ex iis quæ in genere de cura peſtis expoſuimus, documentum cæterorum remediorum, tam generalium quàm particularium capere poteſt, quibus in contagione utatur expugnanda. Quod eò procul dubio præſtabit facilius, ſi rationem habeat temperamenti & conditionis perſonarum. Cum hominum alii ſint *bilioſi*: alii *pituita* ſcateant: & alii iterum *melancholia*. Quidam præterea præſtent divitiis, alii fortunam novercam experiantur.

Quibus tamen omnibus & ſingulis ſua non deſunt remedia, à nobis affatim ante deſcripta, quorum ſi delectum habuerit eximium: & accommodatè, prout res poſtulat eadem diſpenſaverit: nihil certè quod intentionibus ſuis curativis deficiat, poterit meritò deſiderare.

Quomodo Medicus erga peſtiferos ſe gerere debeat. Si ergo tempore peſtis ſævientis, & morborum Epidemicorum huc illuc diſcurrentium, aliquis ſe offerat, qui ſubito febre ardenti corripiatur, extremoque ſimul dolore capitis laboret, aut inſomniis & magnis jactationibus divexetur: modo æger ſangvinis abundet copiâ, & robore præſtet juvenili: in capite *de ſangvinis miſſione* videre licuit, quomodo confeſtim opus ſit id genus hominibus venam ſcindere, modò antea aliquem clyſterem emollientem & refrigerantem aſſumpſerint. Viſa eſt præterea *quantitas ſangvinis* amittendi, è quo lacerto, & quanam vena. *Potio* demum *cordialis*, quam ante prædictam ſangvinis miſſionem & poſt illam ſumere debet, in medium eſt illic producta.

Sin autem purgatio ſangvinis miſſioni præferenda videatur, ob rationes à nobis ſupra deductas: illic remedia purgativa & ſpecifica contra peſtes, omnibus complexionum generibus accommodata repeciuntur: quæ proſint etiam ad purgandam bilem, vel pituitam, vel melancholiam, aut omnes demum humores ſimul commixtos. Hæc verò remedia tam è communi vegetantium, quàm particulari metallicorum hermeticè præparandorum familia depromuntur: ita ut junior Medicus diverſa hoc in loco purgativorum genera abundè, prudenti tantùm maturoq; ſeligenda judicio, deſcripta comperiat. *Quænam remedia & purgativa contra peſtem adhibenda.*

Illic etiam non mediocrem cardiacorum & bezoardicorum numerum traditum deprehendet, quibus potiſſimum erit incumbendum: illud certo certiùs ſibi perſvadendo, *Quod Alexiteriis & Bezoardicis auxiliis venenum peſtis eſt expugnandum.* Quorum cum amplior nobis ſupra deſcriptus fuerit Catalogus: ſupervacaneum eſt, eadem nunc in medium repetita producere.

Quando igitur medico, talis quam

Quomodo junior Medicus in curatione peſtis progredi debet.

quam antea delineavimus, febris occurret: *principio* malo in univerſum conſulendum eſt, *tum* miſſione ſangvinis, *tum* purgatione. *Deinde* continuò adhibenda ſunt iſthæc remedia bezoardica.

Verùm quoniam febrem ardentem, in corpore juvenili, robuſto, atque, bilioſo nobis propoſuimus: *remedia* minus *calefacientia* in primis ſeligantur. Qualia ſunt quæ extrahuntur è *radicibus oxalydis, tormentillæ, ſcorzoneræ, ſcabioſæ, è ſeminibus citri, & portulacæ: è ſantalis, perlis, corallio, cornu cervi, ebore, & unicorni:* quorum beneficio diverſa componi poterunt formularia, tam interna, quàm externa, in modum decoctorum, electuariorum, conditorum, opiatorum, & ſimilium.

Julepi quinam contra peſtes probati.

Inter *ſyrupos* vero ii qui conflantur è *ſucco citrorum, acetoſæ*: ſyrupus item acetoſus *de granatis, violatus, & Iulepus Alexandrinus* ſunt magis convenientes. Quod ſi cum aliquibus liquoribus acidis, qualis eſt *ſpiritus vitrioli aut ſulphuris* reddantur aciduli: multò ſine comparatione majorem fructum afferent. Nihil enim rebus prædictis eſt accommodatius, ad extingvendum omnem ardorem febrilem, imo qualitatem venenatam edomandam, quàm iſti liquores acidi: cum ingenita ſua virtute corruptionibus obſiſtant, & ſudorem etiam, humores fermentando & attenuando, non parum promoveant.

Præſto quoque *lapis* adſit *Prunellæ*, & innumera pene hujuſmodi remedia metallica, eiſdem curationibus ſubſervientia: quorum ſagacem delectum facies.

Quod ſi præfatis *alexiteriis* uſus fueris: nulla tibi ſubſit dubitatio, quin ſubito *variolæ, exanthemata, & carbones appareant*. Ubi verò ſemel illa exterius ſe manifeſtaverint: totum illuc potiſſimum ſtudium & induſtria dirigatur, ut naturam adjuves cum vi morbi digladiantem, quo faciliùs venenum à centro ad circumferentiam verſus expellat. Naturæ autem auxilium feres, ſi utaris *aquis theriacalibus, electuario de ovo, antidotis noſtris compoſitis, & extractionibus cardiacis*: quorum omnium omnibus perſonarum temperamentis conſentaneorum, infinitas propemodum formulas retexuimus. Illud tamen præ cæteris caveatur, ut è remediis ſuperioribus, ea quæ minus calefaciunt, eligantur: nec unquam tutum ſit, ad iteratam ſangvinis miſſionem aut purgationem remedium, licet febris ardens perſeveret.

Medici ſcopus quinam præcipuus in peſte curanda eſſe debet.

Dies præterea *critici* tibi potiſſimum obſerventur. Quod ſi naturam advertas, aliquem per ſudores impetum contra contagionem moliri, quem tamen ob nimiam ſuam imbecillitatem exerere non poſſit: tunc illa quodam hydrotico proprio & ſpecifico eſt adjuvanda, quorum multiplex antea traditur præparatio.

Naturæ quanam ratione juvanda.

Sin autem *ſudores* nimium tibi tardi videantur, propter magnam cutis denſitatem atque ariditatem quæ in pluribus perſonis animadvertitur: illi tunc temporis quibuſdam topicis ſunt *provocandi*. Idque ni-

Sudores provocandi.

Digitized by Google

mirum cum decoctione aliqua è *radicibus Angelicæ, ſcorzoneræ: herbis meliſſæ, origani, ſcordii, atque è ſeminibus cardui benedicti: è floribus chamomillæ, verbaſci, meliloti, hyperici, centaurei, ſtæchadis, roris marini, calendulæ & ſimilibus* compoſita: in qua ſpongias intinges nonnullas, pedibus, axillis, coxendici, & lateribus applicandas. Præterquam enim quod hoc remedium provocandis ſudoribus inſerviet, epithema quoddam ad venenum foras extrudendum erit univerſale.

Quantum temporis æger ſudare debeat.

Quod verò ſpectat ad moram temporis *in ſudando* obſervandam: ea duarum, aut ad ſummum trium horarum ſpatium non excedat, ne forte vires ægroti nimium debilitentur.

Quam diu verò ſudorem æger emittet, nec potus illi nec cibus ſubminiſtretur, & ſomno illi penitus interdicatur. Quod ſi nimium urgeatur, *ſpongiola aceto optimo delibuta*, in quo *radix Angelicæ* macerata fuerit, ſubolfacienda admoveatur.

Quomodo æger inter ſudandum curandus.

Si præterea inter ſudandum aliquam cordis ſyncopen experiatur, aut robore nimium deficiat: *ſomicochlear argenteum aqua theriacalis minus calefacientis propinetur: aut ſyrupus de vino compoſitus, ex maceratione radicis ſcorzoneræ & tormentillæ: aut ſyrupi coralliorum & perlarum*, quos antea deſcripſimus.

Quomodo poſt ſudores.

Inter ſudandum vero ea inprimis cura adhibeatur, ut accuratè extergatur, utque poſt exterſionem bonum aliquod jus reſtaurans conſummatum, in quo *acetoſa, borrago, bugloſſum, portulaca, & alia herba* ſimiles in magna quantitate decoctæ fuerint, ab illo aſſumatur. Quod jus præterea acidulum reddi poterit, addendo *ſuccum citri*, ut guſtui gratius fiat & utilius.

Virum ſudores in ægro ſiſtendi an permittendi.

Sin autem ſudores ſtatim à ſumptione juſculi prædicti, ut ſæpius contingit, rurſus incipiant: modo leves ſint, & tolerandi, eoſdem non impedies, ſed ægrotum ſolummodo detergendum curabis.

At verò ſi nimii forent illi atq; modum excederent, quo graviter vires ægri labefactandas pertimeſceres: eoſdem dicto citius ſiſtere ſtudebis. Quod feliciter perficies, ſi corpus cum *oleis myrtillorum, aut cotoneorum* perfricetur, & perungatur.

Poſtquam verò ſudores iſti ſuum curſum cohibuerint, vires ægroti cum nonnullis *conſervis & tabellis cordialibus* erunt confeſtim recreandæ. Illarum autem conſervarum atque tabellarum, varias *in noſtris ſcriptis* formulas propoſuimus: è quibus ſemper eæ, quæ minus calefaciunt, cæteris erunt præferendæ.

Tabellæ cardiacæ contra peſtem.

Regio interea cordis atque jecoris quibuſdam *Epithematibus* convenientibus, quorum ſuperius materias & deſcriptiones luculenter expreſſimus, erit fovenda & munienda.

Hæc ſunt, quæ ſedulò non ſolum in omnibus ſudoribus criticis: ſed etiam in omnibus aliis per artem excitandis ſunt obſervanda: idq; tamdiu, donec peſtis in ægrotum ſæviet.

Ut

Quomodo in curatione bubonis peſtiferi ſit procedendum.

Ut autem *buboni peſtilentiali* remedium adhibeatur, maturo opus eſt inprimis judicio, exactaque conſideratione. *Bubo* quippe febrim aliquando antevertit, aliquando verò à pedibus ſequitur, aliquando demum ambo ſunt Comites individui.

Qui nam bubones in peſte nocentiores.

Inter bubones autem illi qui febris initio apparent, ſiniſtri oris debent eſſe judicii, atque *vgiertur*, abiliſque velociùs cæteris præcavendum eſt: eò quod majorem veneni potentiam ſubinſinuent. Natura enim nihil aliud ſatagit, quàm celeriter toxicum à ſe procul expellere. Hinc nimirum ſapientiſſimè ſcripſit *Hippocrates: Mali ſunt bubones qui ſtatim initio acutarum febrium efflореſcunt.*

Motus naturæ in peſte nunquam divertendus.

Hoc autem caſu poſito, motum naturæ, nec ſanguinis miſſione nec purgatione unquam divertendum exiſtimarem: niſi ſi malum graviſſimè urgeret: & illæ conſiderationes accuratæ adhiberentur; quas in curatione peſtium generali antea obſeruavimus.

Purgatio cum bezoardicis in peſte conjungatur.

Quod ſi alicui videretur; purgationem tunc temporis aliquem locum debere nanciſci, ut natura ab onere veneni ſublevaretur, ego certe non repugnarem, modo tamen id fiat potius cum aliquo purgativo ſpecifico, & bezoardico metallico, quàm alio communi.

Ratio ſententiæ authoris.

Illud ſæpius in *bubone Venereo* expertum traditur: quod ſimul ac ægrotus purgatur carthartico aliquo vulgari quod nihilominus ad mali propulſionem aptum fortè videbitur: qualia ſunt: *confectio Hamech. Electuarium Indum* majus & minus, & ſimilia: Bubo intrinſecus curſum ſuum ita repetat, ut vix tandem ad perfectam maturitatem revocari poſſit. Quid inde præterea ſequitur? nihil aliud certe quàm Lues Venerea. At pejus multo bubonem peſtilentialem, Mors ſcilicet præſentiſſima ſubſequitur: eò quod peſtis venenum multò ſit toxico Luis venereæ pejus & nocentius. Sed quemadmodum *pilulæ Mercuriales*, quæ ſunt Luic Venereæ aptiſſima & ſpecifica purgativa, non impediunt, quo minus bubones felicem exitum aſſequantur, (ut quotidiana probatur experientia) naturaque parte quadam veneni prædicti exoneretur: ſic non eo inficias, quo minus ad curationem bubonum peſtiferorum quædam purgatio ſpecifica adhiberi poſſit, ut ipſamet ſuo moleſtiſſimo pondere natura ſublevetur. Meum tamen hac in parte huiusmodi conſilium intercedit, ut id fiat potius purgativis metallicis, contra peſtem ſpecificis & accommodatis, quàm alio quolibet remedio. Quæ tamen omnia ſic accipiantur, ubi purgatio penitus neceſſaria videbitur.

Cucurbitula & fomentationes in peſte non omittenda.

Sin autem advertas, evacuationem minus eſſe neceſſariam, malum vero ita urgeat ut nullus moræ locus relinquatur: tunc inprimis illud tibi ſpectandum eſt; ut venenum dometur, & illius expulſioni juxta motum ipſius naturæ conſulatur. Cui certè rei *cucurbitula* ſuper bubonem, ſi ap-

pa-

Digitized by Google

paruerit, applicatæ aliquando inſerviunt: At fomentationes quæ ſubſequuntur, præcipuum obtinent locum, modò ea quam mox præſcribemus ratione conficiantur: eò quod nullos dolores excitent, nunquam febrim accendant: quodq; præterea veneni attractioni & evaporationi, licet ſine ullo ſenſu, plurimum inſerviant.

Fomentatio contra peſtem.

Prædicta autem fomentatio fiet *cum rad. liliorum, ſcabioſæ, rutæ: ſummitatibus fraxini, maluæ: ſeminibus lini, fænugraci, floribus geneſtæ, camomillæ, anethi, & ſimilibus.* Quæ omnia in juſculo decoquantur *capitis vervecini*: in eo *ſtuppæ* admodum tenues immergantur, immerſiſq; calide prædictus bubo, modo quo melius fieri poterit, fomentetur.

Cataplaſma contra peſtem.

Si verò malum aliquam intermiſſionem concedat, & bubo ad quandam videatur maturitatem pervenire: tunc utendum eſt aliquo cataplaſmate *cum rad. althea, liliorum: rutæ, ſcabioſæ, & oxalyde, compoſito,* quæ ad ignem decoquenda curabis. Compoſitioni addantur *gummi opoponax, galbanum, & ammoniacum, in aceto diſſoluta,* & per ſetaceum tranſcolata, cum tantillo *fermenti, Theriacæ, & croci*: è quibus poſtmodum cataplaſma formabitur.

Bubo peſtifer citò eſt aperiendus.

Non eſt porrò expectandum, ut bubo ad perfectam perveniat maturitatem: quin imò ferro calido citius erit aperiendus, ut exitus veneno præparetur. Bubone autem aperto, medelam more ſolito procurabis: ita tamen ut ſemper ægrotus remedia quædam cardiaca intrinſecus aſſumat, & coripſius Epithematibus extrinſecus muniatur accommodatis.

Nonnulli verò ſatis feliciter, modo qui ſequitur, in peſte, poſtquam apparuerit, progrediuntur. Hac quippe ratione infinitos propemodum, in ea, quæ tam graviter annis elapſis Angliam infeſtavit contagione, incolumes accepimus evaſiſſe.

Aqua ſingularis cardiaca contra peſtem.

Primò igitur, Accipe *menthæ criſpæ, abſinthii, chelidoniæ, rutæ, ſingulorum* m. j. è quibus ſuccum exprime: cui adde *radicum gentianæ, angelicæ, tormentillæ, & enulæ campanæ*, leviter contuſarum, *an.* ℥ ß. omnia miſceantur: his addendo *vini albi* ℔. ß. digerantur per viginti-quatuor horas, in vaſe vitreo bene occluſo: deinde tantum *aquæ vitæ*, quantum *vini albi* ſuperaffundatur: materiæ probè commiſceantur, & in infuſione rurſus per viginti-quatuor horas relinquantur. Deinde arcte admodum omnia per linteum exprimantur, & expreſſio in phialis bene clauſis, ut nihil expiret, utq; diu ad uſum aſſumi poſſit, reſervetur. Hæc aqua ſingularis eſt, non ſolum ad curationem peſtis, ſed etiam ad illius præſervationem. Singulis matutinis ad duo argentea cochlearia ſufficit exhaurire, nec non digito in illa intincto, nares, oculos, aures, & ipſos dentes perfricare, ad prædictam præſervationem.

Protinus vero ac aliquis peſte cor-

Digitized by Google

corripietur, ad *tres uncias* de illa eidem propinetur : qua ſtatim aſſumpta in lecto decumbet, atque linteis cooperietur undiquaque & tegumentis, ut per tres aut quatuor horas deſudet.

Sudore peracto, emplaſtrum qua ſequitur deſcriptione erit componendum, & prope bubonem applicandum: ut docebitur.

Emplaſtrum contra peſtem.

℞. *Fermenti per ſex aut ſeptem dies aſſervati ad libitum*, quod manibus comprimes & ſuper linteum extendes *in quatuor undulas* replicatum, *latitudine folii papyracei dimidiati*. Extenſum *aceto optimo* irrorabis, deinde ſuper fermentum aliud *folium papyri dimidiatum* appones, ita tamen ut in medio aperturam ad molem *mali aurei* relinquas. Cujus ſuperficiem pulvere cantharidum cooperies, ut ſtatim prope bubonem emplaſtrum iſtud opponatur, eo quo ſequitur modo.

Quibus locis emplaſtrum iſtud applicandū.

Si enim prædictus bubo in faucibus appareat, emplaſtrum iſtud inferius ad trium vel quatuor digitorum ſpacium, è latere quo ſe manifeſtabit, collocetur. Si vero ſub axillis apparuerit, ſuper brachium vel ſubtus ad diſtantiam, de qua ſupra, reponatur. Si demum in inguinibus ſuboriatur, pari quoque ratione ex eadem parte ſuper femur applicabitur. Quando verò ſemel emplaſtrum applicatum fuerit, illic per duodecim aut quatuordecim horas relinquetur, poſtea auferetur, & veſica magna, inde formata perforabitur, è qua ut plurimum aqua ſubrufa & virulenta, maxima veneni materia effundetur. Super veſicam præfatam, *folium crambes rubicundum, aut viride*, quod per cineres tranſmittes ut magis emolliatur, applicabis : ea parte qua coſta ſolidior ſublata fuerit, folio prędicto aliud in ejus locum ſubſtitues : idque tamdiu facies, quam diu veſica curationem ſuam non aſſequetur. Inde tamen majorem veneni ſententiam ſigillatim exhauries.

Super bubonem verò remedia ſuperiùs à nobis deſcripta, eaque quam tradidimus methodo, applicabis: illius enim, divinæque miſericordiæ beneficio, plurimi à contagione fuerunt liberati.

Veſicatorium contra peſtē Heurnii.

Heurnius quoque hunc veſicatorii modum, *in ſuo de peſte libro cap. 9.* non parum commendat : ſed illum ſic componendum eſſe docet.

℞. *Cantharides decem*, aufer ab eis extremas partes.
Paſſular. unciam unam.
Fermenti ſemiunciam.
Scabioſæ, cynogloſſæ, conſolid. majoris, vincetoxici, ſingul. unciam unam : incorporentur cum oleo liliorum.

Ea igitur ratione ſuum componit veſicatoriū, quod infra tumorem, eo modo quo ſupra, ad ſex digitorum ſpatium applicandum præſcribit.

Duo iterum *mala granata* capit, & totidē *mala punica*, quæ in duas partes diffiſſa *in aceto* decoquit, donec in paſtam quandam reducantur : quam poſtea contundit in mortario, & in for-

formam cataplaſmatis, ſuper partem bubonis ſuperiorem, & undique circum apponit.

Ut inflammationi autem occurrat, Unguentum de bolo in ſuppetias evocat.

Bezoardica in primis contra peſtem aſſumi debet.

Interim tamen dum hæc peraguntur, providus Medicus non omittet remedia cardiaca & bezoardica: quinimò illa, ut cor magis ac magis præmuniatur, & à veneni impetu præſervetur, intrinſecus aſſumenda proponet.

Quod verò ad *anthraces & carbones* attinet, quæ ſunt frequentiora Peſtium ſymptomata: id nominis ea potiſſimum de cauſa nacta fuerunt, quod partes quas occupaverint, inſtar ignis & carbonis ardentis depaſcantur. Color pariter ater & lividus, quo illorum cruſta circumtegitur id nominis indicat.

Carbonis peſtilentialium cauſa.

Quod ſi illorum origo prima inquiratur: certum eſt illos à ſanguine quodam adusto & venenato proficiſci, prout ille minus aut magis aduſtus fuerit. *Carbonibus* varii imprimuntur characteres, hoc eſt, illorum ulcus minus aut magis eſt lividum.

In illorum porrò notis accuratius deſcribendis haudquaquam immorabimur, quoniam, dum antea *de Peſtis ſignis* proloquebamur, ſatis abundè declaravimus, quinam eſſent lethales atque maligniores, quinam verò ſecus, ut tutiùs de illis fieret judicium.

Scopus Medici contra peſtem qualis eſſe debeat.

Scopi omnes Medicorum curativi, eò potiſſimum ſpectare debent, ut nimius ardor & ebullitio ſanguinis mitigetur, atque omnis putrefactio unà cum veneno ſeptico propellatur.

Generalia nihilominus remedia, quę tum ad miſſionem ſanguinis, tum ad purgationem ſpectant, nequaquam repetemus: eò quod ſatis ſuperque de illis antea pertractaverimus, cùm de talium remediorum bonitate vel noxa diſputaretur.

Quænam diæta potiſſimum ægroto peſte affecto obſervanda.

In univerſum etiam *de ratione diætæ*, quæ in tali malo ſervari debet, egimus: ſemper res humectantes & refrigerantes præferre debet: & cibum, licet medicamentoſum, in exigua admodum & parca quantitate, exhibendum.

Quocirca in ægroti *potu, in juſculis*, in conſummatis, nec non in aliis *cibis* boni ſucci & facilis concoctionis, *jus Citri, Granatorum acidorum, aut aceti roſati* adhiberi debet.

Qualis potus peſtiferi eſſe debeat.

Potus præterea ægroti, ſit aliquis *Iulepus Alexandrinus*, aut certè *ptiſana quædam cum hordeo, radice oxalydis, endiviæ, & raſura eboris atque cornu cervi* pro mediocribus: *& unicornis* pro magnatibus præparata in qua *ptiſana, ſuccus citri*, ut ſubacida fiat, adjicietur.

De illa autem inter & extra cœnandum, ad ſitim nimiam & febrilem ardorem extinguendum, tutò illi propinabitur, modò *cum liquore ſulphuris acido* ad majorem efficaciam acida reddatur: aut ſi mavis, ex eodem liquore acidum facias *ſyrupum violatum*, de quo cum vitro *aqua fontana* frigidioris pleno, permiſcere poteris, ad libitum: qui

potus

potus perſonis bilioſis & ardentioris temperamenti erit plurimùm ex uſu. Nihil enim adeò refrigerat, nec magis ardorem bilis compeſcit.

Iulepus verò, qui fit cum *tinctura roſarum*, cuius nos ſupra deſcriptionem tradidim^9, in magna copia exhauſtus, eidem famulatur intentioni.

Vel iterum hanc in rem permiſce in *aquis deſtillatis fragorem & ceraſorum acidorum, ſcrupulum aut ſemidrachmam ſalis prunellæ, cum tantillo ſyrupi violarum, aut limonum* ut præſtantiſſimum adverſus prædictos ardores remedium experiaris.

Illud tamen, iterum Medicum juniorem monitum eſſe velim, ut nunquam *Bezoardica* minus calefacientia omittat: non ſecus ac epithemata cardiaca & hepatica cordi ipſi, & jecori applicanda.

Topica autem quæ ſuper prædictos carbones apponi debent, ſunt eadem prorſus cum illa fomentatione, qua ad bubones curandos uſi ſumus.

Linimentum contra puſtulam peſtilentialem

Super tumorem verò & puſtulam peſtilentialem linimentum ſequens applicetur.

℞. *Vngventi Macedonici, vel baſiliconis unciam unam.*
Adipis viperarum ſemiunciam.
Extracti ſcordii drachmas tres.
Theriaces drachmas duas.
Succi limonum, olei ſcorpionum, ſingulor. ſemiunciam.

Miſceantur & reducantur in linimenti formam.

Ut verò impediatur, quo minus inflammatio latius divagetur: cataplaſima ſequens ſic præparabis.

Cataplaſma contra peſtem

℞. *Duo mala granata in fruſtra diviſa*, quæ cum æqualibus partibus *aceti roſati, & aqua ſpermatis ranarum vel plantaginis* decoquantur. Omnia contundantur, & per ſetaceum traiiciantur: trajectis

Adde terræ ſigillatæ ſemiunciam.
Pul. roſ. rubr. drachmas ſex.
Camphoræ ſemidrachmam.
Et farinæ lentium uncias duas: ut demum in formam cataplaſmatis reducantur, quod circum carbones peſtiferos undiq; applicabitur.

Qua ratione puſtula peſtifera perfricetur.

Sin autem carbones iſti ſuam intendere videantur & promovere malignitatem, puſtulam cum *oleo ſulphuris, aut vitrioli* perfricare poteris, quæ ſi aliquantiſper ſenſu quodam doloris afficiant, carbonum interea malitiam ſenſim ita compeſcunt, ut intra paululum temporis, magnum mali totius ſequatur ſolamen & levamentum.

Tandem ad *ſcarificationes* undiquaque faciendas, & ad cauteria actualia, ſuper eandem corporis regionem applicanda, recurrendum erit.

Et tantum de peſte.

Digitized by Google

II.

DE PLEURITIDE.

N. *Pleuritidem morbum Author expreſſe non deſcripſit, ſed ſolum incidenter ea, quæ ſequuntur in defenſione Hermeticæ Medicinæ contra Antagoniſtam ſuum, qui purgantia benigniora ſemper vehementioribus præferenda eſſe diſputavit, exempli gratia adduxit, quibus probare nititur purgantia benigniora, & ab Hippocrate vehementioribus nonnunquam poſtpoſita.*

PLeuritis eſt inflammatio pleuræ cum febri, dolore punctoria, tuſſique moleſta, & plerunq; cruenta.

Eſtque ſine malignitate vel peſtilens.

Pleuritis peſtilens ex ſpiritibus arſenicalibus corroſivis, qui ſeſe in membranas, arterias, venas muſculos pectoris inſinuarunt, ibiq; pleuritidi peſtilenti materiam ſuppeditarunt.

Id apparet ex tuſſi, dolore pungente, viribus ſtatim proſtratis, ſputo cruento, purulentoq;.

De Venæ ſectione.

Pleuritis morbus utiq; frequentiſſimus eſt, in cuius praxin & theoriam nuſquam aliorum morborum frequentius magiſque peccatur, præſertim in miſſione ſangvinis, quam juniores liberius & fortaſſe audacius quam par eſt, profuſiusq; celebrant, nulla habita ſpecierum pleuritidis diſtinctione, an ea ſit ſuperiorum coſtarum, quam ſuperam vocat, occupante ſcilicet ſuperiores coſtas dolore, & ſangvine per venam intercoſtalem affluente? An verò ſit pleuritis mediaſtini ſeu ſepti recti & muſculorum intercoſtalium, quam *mediaſtinam* vocant, quæq; fit per mammariam venam? an vero ſit pleuritis, *thoracica* vocata, in qua dolor in baſi ſcapulæ adhæret, quæ fit per venam thoracicam, quæq; eſt omnium peſſima? an denique ſit inferiorum coſtarum, quam *hypochondriacam* aut *inferam* appellant, quod dolor ad hypochondria usque pertingat? Quæ diſtinctiones apprimè notandæ, quod tres priores pleuritidis ſpecies venæ ſectionem deſiderent, non tantùm ad revulſionem, ſed etiam ad materiæ jam fluxæ, ut loquuntur, *hoc eſt*, ſangvinis jam collecti extractionem

ctionem & ablationem, quæ cauſa morbi *coniuncta*.

At contra in *hypochondriaca* ſangvinis eductio fieri non debet, præterquam ad cauſæ antecedentis revulſionem. Citiùs enim alioqui totus ſangvis exhauriatur, quàm materia coniuncta detrahatur?

Habenda porrò eſt temporis ratio, quò vena opportunè ſecetur: nec non ætatis, temperamenti, ægrotantis, virium, quæ ratò à multis obſervantur, qui modò ſit dolor lateris pungens, cum quadam anhelitus difficultate, citra ullam cautionem, ſangvinis-miſſioni audacter incumbunt: quam etiam nonnulli juvenes inexperti unicam judicant ſolvendi morbi Medicinam, non habita, *ut diximus*, ratione, an morbus ſit *in fieri*, ut ajunt, an *in facto*, an ſit *in tempore remiſſionis*, necne: citra etiam conſiderationem naturæ, an ad laudabilem aliquam anacatharſin parata ſit, quæ optima eſt metaſtaſis, & pleuriticis tutiſſima: quamque utilius ſit, pectoralibus remediis, fortibus, unctionibus, & id genus aliis auxiliis, *ut docebat Hippocrates*, ſollicitare, quàm debiles jam vires ægrotantis immoderata (*ut plerumque fieri ſolet*) ſangvinis miſſione proſternere.

De Purgatione.

Hippocrates venerandus ille ſenex qui maturo judicio præditus, poſt fotus illos ſtatim in nonnullis *pleuritidibus* purgationi manum admovebat, idq; morbi initio juxta *aph. 29. lib. 2.* quod tunc temporis materia turgeat, ut idem docet *aph. 2. lib. 3.*

Quam autem purgationem inſtituebat? An aliquam eccoproticam? An aliquid quod naturæ familiare ſit, & tanquam medicamentum alimentoſum blanditur? Nihil minus. At excipitur, *tunc temporis defuiſſe illa eccoprotica, rhabarbarum nempè, agaricum, ſennam & caſſiam.*

R. Hæc exceptio, ut nihil certi demonſtrat, ſic nec poteſt fidem facere, veteres illos caruiſſe ſimilibus medicamentis, quæ morbis blandirentur, ac ægris arriderent.

Legimus Regi Antigono ad ſubducendam aluum ab Hippocrate Mercurialem, quin etiam braſſicam fuiſſe præſcriptam, ut valetudini conſuleret. Sed interdum ſimilia prudenter reſpuit, ut fallacia, quod ad multos abigendos morbos nihil conferant. Vide quæ in *cura pleuritidis* remedia ſeligat idemmet *Hippocrates*, & in temperamento bilioſo *lib. 2. de diæta in acutis*, etſi multa alia haberet cognita. Præ aliis omnibus veratrum nigrum & peplum deligit, ut ad purgandam & evacuandam per alvum cauſæ coniunctæ materiam præ aliis omnibus aptiſſima, ſive ea materia ſit vitioſa, ſive ſeroſa, putrida & maligna, quæ morbum parit.

At mihi audire videor obſtrepentem, *Hippocratem* ipſum incuſare temeritatis aut audaciæ, qui ex tam violentis, acerbis, urentibus & maleficis medicamentis periculo mortis tot hominum vitas expoſuerit, præſertim in tàm ardenti morbo ab in-

Digitized by Google

flammatione excitato, quem frigidiora recreare debeant, aut ſaltem illius impetus temperare ac remorari? Sed ſuſne doceat Mineruam? ſciatque obſtrepens non citra judicium delecta à prudentiſſimo ſene eſſe ejusmodi præſidia, qui alibi apertè docuit, extremis morbis extrema eſſe adhibenda remedia. At nec in omnibus pleuritidibus iisdem utitur purgationibus: at quibus novitea congruere: Si quidem ubi iis non videt eſſe opus, ſed phlebotomiam deſiderari, ad eam circumſpectè in aliquibus pleuritidibus recurrit. Ita enim ſingula in hoc morbo, ut in aliis omnibus, cum judicio examinat, ut etiam uſu priſanæ aliquando ægris pleuriticis interdixerit, præcipuè ubi nimiam reſpirandi difficultatem animadvertit, quod *priſanæ* viſcoſitas ac tenacitas gutturi adhærens difficultatem augeat; Quin etiam in nonnullis pleuritidibus reformidavit uſum *oximellis* ob anacatharſin, nec non vini aut aquæ exhibitionem, niſi magna cautione, aut opportunè apteque adminiſtrentur.

Notavi *in Centuriis Mart. Rullandi*, inchoatam ſemper fuiſſe ab illo pleuritidis curationem à purgatione, quam ſtatim initio præmittebat, dilutam aqua eius benedicta, quæ ſemper vomitum aliquem levem proliciebat, ut ipſe refert. Hanc deſcripſit licet obſcuris verbis, cuius baſim conſtituit *crocum metallorum*, quem *aqua ulmariæ, aut cardui benedicti* (unde nomen ei imponit benedictæ aquæ) diluebat. Hunc *crocum metallorum* credidi eſſe illam magneſiam, quæ prima eſt origo & radix metallorum, cum nitro calcinatam, calcinatione Philoſophis chymicis nota, qua nigrum ſuum colorem in rubeum commutat, croco non diſſimilem, unde etiam nomen croci adepta eſt. *Vide Pharmacop. cap.* 11. Qui quidem crocus etſi omnia ſapore deſtitutus eſt, non caret tamen per inferiora purgandi viribus levem ſimul atque utilem vomitum interdum excitans. Nec miror inter ſpecifica illius remedia iſtud ab illo uſurpatum in pleuritidum curatione, præſertim peſtilentialium. Siquidem in multis pleuriticis ea jugulatis etiam ſenibus; quorum corpora poſt obitum aperienda curavi, deprehendi magnos interdùm lumbricorum cumulos in ventre aut abdomine collectos: ex quorum ſordida & putrida materia, ſeu virulentis ac acribus vaporibus, pectus inficiebatur atque incendebatur, adeoq; pleuritis naſcebatur, quæ in omnibus veram & legitimam non autem ſpuriam æmulabatur, quam ſangvinis expuitio, ſpirandi difficultate febris & alia ſymptomata, quæ veram pleureſin comitari ſolent, ſequebantur.

Unde conſtat quàm aptè purgatio potiùs quàm venæ ſectio morbi principiis congrua præſcribatur in illis pleuritidibus. Hanc eandem obſervationem juvenes quidam, optimæ & maximæ ſpei Medici, quorum nomẽ mihi excidiſſe doleo, notarunt & teſtati ſunt, quod in reditu ex Italia, ubi in Xenodochio

Fer-

Ferrarienſi, obſervaverant, & per Helueticos, vbi tum degebam, iter facientes, mihi illis occurrenti explicaverunt, certiſſimamque iſtorum fidem fecerunt. Quod cùm, ut jam dixi, certa experientia jam confirmaſſem, non difficile fuit mihi perſuaderi. Hinc ſubiit judicare *crocum* iſtum *metallorum*, eiuſmodi virulentis putrilaginibus abigendis maximè proprium, & congruentiſſimum eſſe ſpecificum remedium, convenientiusq; ac tutius *Helleboro & Peplo*, quod careat violentis iſtis ardoribus, quibus Helleborus corpus incendit, quamvis ſi Helleborus arte debitè præparetur, ut docemus alibi inter vegetabilia præſtantiſſimum purgans medicamentum futurum ſit, tùm in pleuritibus iſtis, tùm aliis graviſſimis ac peſtilentialibus morbis & venenoſis, quò eccoprotica non pertingunt, quæ altiùs in radices morborum penetrare nequeunt.

Hujuſmodi igitur pleuritides, quæ ab iiſdem quibus peſtilentes, ortus ſui cauſam ducunt, auxilium tale expoſcunt; quod facultatem habeat vermes expellendi, & corruptionum incommoda tollendi: qualis eſt virtus & proprietas Mercurij, rerumque mercurialium, ſicut id omnibus conſtat. Nec dubitandum, quin dicta Magneſia (♁) quæ eandem participat proprietatem, in ejuſmodi affectibus tam ſuſpiciendos & prope divinos effectus ſit oſtentatura.

In aliis pleuritidum generibus Remedia experientia multoties comprobata ſunt:

1. *Aqua papaveris rhœadis, ex qua exhibentur* ℥iij. *vel* iiij. *cum* ʒj. *pulveris ex corallo rubro, avellanis rubris & lucii piſcis mandibulis, compoſiti.*

Hoc ſolo remedio, nulloq; altero, ſive interno, ſive externo adhibito, elegantes ſimul & certi experimentorum effectus ſequuti ſunt.

2. Si malum perſeveret, ultra tertium diem, dandum erit ſudorificum aliquod, quod eidem morbo ſit congruum & ſpecificum, *cum pomo curtipendulo excavato, & olibani ſive thuris maſculi* ʒj. repleto & ad ignem cocto, adeo ut *pulvis olibani ac pomi* ſubſtantia, inter coquendum commiſceantur.

Sunt qui adjiciunt tantillum *Sacchari candi* & ita pomum edendum offerunt. Poſt deglutitum pomum aſſumat æger ſubito *duas vel tres uncias aquæ cardui benedicti* & ſtragulis coopertis multum ſudet. Hujus remedij beneficio innumeros priſtinæ valetudini reſtitutos novimus.

N. Hippocrates pleuriticis, quibus dolor hypochondria infeſtat florem æris exhibuit. Quod remedii genus contra pleureſes ſanguineas, & ad illos juvandos, qui ſpuendo plurimum laborant itidem probat. *lib. 3. de morbis ſub finem.* Vide & ſupra *mineralog. c. 2.*

III. DE

III.

DE EPILEPSIA.

HISTORIA CUJUSDAM NOBILISS. MULIERIS EPILEPSIA AFFECTÆ; QUÆ HUIC TRACTATUI PRÆBUIT ARGUMENTUM.

Nobilis quadam mulier, eaq; juvenis, utpote decimum octavum duntaxat annum ingreſſa, & duos ab hinc annos matrimonio juncta viro, licet ex parentibus integræ ſanitatis, ac ab omni hæreditario morbo prorſus ex optima ſuæ originis conſtitutione, immunibus orta ſit: primos quidem annos ſatis habuit ſalubres: ut quæ omni variolarum & morbillorum aut exanthematum genere *tunc caruerit, quibus tamen, ab ipſo primo ortu, puerilis ferme omnium ætas inquinatur, quo tempore natura, ad ſui operis conſervationem, omnes conceptionis ſordes ſolet eluere ac repurgare. Quum verò illa annum circiter duodecimum aut decimum tertium attigiſſet, nec natura tunc temporis reſervandis menſtruorum clauſtris præfixi, ſatis intenta eſſet, aliquo, forte viarum aut nobiliorum corporis membrorum impedimento interpellata, cœpit juvenis tum virgo vitioſis coloribus defœdari, & ſenſim ingraveſcente cachexia, palloribus infici: ut quæ etiam tum ſimul, & cordis palpitationibus, & capitis doloribus, & anhelitus difficultate, ac facies albicante tetroq; tumore, atq; id genus aliis ſymptomatibus tentata ſit. Quibus paulo poſt icteritia, cum lenta febre, adiuncta eſt: nec non continua atque quartana. Neque id ſatis: Quo enim longius ætate provehitur, hoc maiore malorum copia premitur, & quaſi obruitur, tandemque & crebris ver-*

Syndrome ſymptomat. ex retent menſium.

Digitized by Google

vertiginibus, temporis ſerie creſcentibus, uſq; adeò atrociter impetitur, ut modò viſu & voce (non tamen auditu) prorſus percellatur, modò omni judicio & cognitione deſtituatur. Idque non ſemel tantùm quotidiè, ſed etiam decies aut duodecies, in dies ſingulos, malum recrudeſcit: Alioqui, extra paroxyſmos, hilaris lætique animi ſpeciem ſatis præ ſe fert & exhibet, vividioremque colorem recipit. Cùm autem paratur illi à morbo obſidio, prænuncios ſubodoratur ſenſim hos ad ſe accedere. Primò in gyrum illi rotatur caput: rubeſcit facies, exclamat, ſe ab hoſte impeti, quod confeſtim accidit: protrahiturque inſultus iſte ad integram horam. Hìc notandum eſt, nunquam fluxiſſe menſtrua: obſervatumque eſt, à quadam juniore puella crebris olim pavoribus fuiſſe perculſam. In iſto morbo quoſvis illius regionis celeberrimos medicos in cura experta eſt, quorum opera cachexiam quidem illam in meliorem corporis habitum commutavit. At vertigines, & quo atrocius torquetur, malum, in quod conſilium noſtrum efflagitatur, nulla adhuc arte coerceri, nec retundi potuit.

Prodromi paroxyſ. Epilepſ. præcedentes.

Hæc morbi hiſtoria, quæ accuratè à quodam Pharmacopæo perſcripta fuit, certam nobis fidem facit, Epilepticum eſſe affectum: eumque ab inferioribus corporis membris potiùs κατὰ συμπάθειαν derivari, quàm ἰδιοπαθικῶς, primigenio affectu cerebrum laborare. Quamvis autem ex nobiliſſimo ægræ affectæ conſpectu & præſentia, licuiſſet nobis fortaſſe circumſpectiùs rem totam expendere, & tutius, quod à nobis expectatur, conſilium & auxilium promittere: utpote qui oculis multa certiſſimè notare ſoleamus: & coram de multis inquirere, quæ non parum & ad firmam morbi cognitionem, & ad validas curationum indicationes faciunt. Siquidem ex auditu multa nobis de ægrotantis complexione, ut vocant, temperamentis & vivendi ratione, ex viſu ipſa inſultuum forma, ad accuratum judicium neceſſaria, innoteſcunt. Veruntamen ex ipſo ſcripto ſatis ſuperque edocti ſumus, quæ ſedes ſit morbi, & ubi ſeminarium ac radix ejus deliteſcat, quique fructus, quamque maligni, ſuo tempore epilepticum inſultum inducentes, ex illa producantur. Quæ duo capita, inter cætera omnia, apprimè cognitu neceſſaria fuerunt.

Unde etiam colligimus, malum hoc ſuas in tota ſanguinis maſſa, ab ipſo utero, tanquam hæreditario jure, tam in maribus, quàm fœminis cor-

Fons & origo hujus affectus.

Digitized by Google

rupta, vitiata & infecta, ſcaturigines fixas habere. Quæ cùm in muliere nobili, de qua agimus, nunquam hactenus à ſuis impuritatibus, per variolas, morbillos & alia corporis emunctoria, à natura dicata, repurgata ſit, & defæcata: prout citò vel tardè ejuſmodi purgationes accidunt, juxta balſami naturalis vim & robur, in aliis languidius & remiſſius, in aliis vigentius exiſtens: quemadmodum in ipſis arvis videre eſt, quorum alia fœcundiora, alia aliis ſteriliora & infæliciora, ex radiorum etiam ſolarium, hanc vel illam terram obliquè vel directè, benignè vel malignè intuentium virtutibus modò tardiùs, modò maturiores, modò crudiores, è ſinu ſuo flores fructuſque explicant ac producunt: Sic in hac noſtra ægrotante, cùm nondum, ex nimia balſami vitalis imbecillitate, emunctoria pateant, tardiuſque ſanguinis maſſa hereditariis ſuis ſordibus expurgetur, fit, ut illæ diutiùs, quàm par eſt, retineantur, & ex ejuſmodi radicum impuritatibus tot ſymptomata per univerſum corpus diffundantur. Neque id mirum: Si enim ex Galeno *toti corpori expurgando menſtruus fluor à natura, inter cætera emunctoria, deſtinatus eſt: non abſurdum fuerit, ex ejuſmodi impuritatibus retentis, totum corpus ubique laborare.*

Simil. ex Macrocoſmo petitum.

Balſami imbecillitas cauſa imperfectæ depurationis. Sordes hereditariæ.

Mēſtrua purgant totum ſanguinē.

Ex hoc igitur tam venenoſo mali ſeminario: in quo, per totam ſanguinis maſſam, tanta ſordium impuritas recumbit, ex denegato præcipuè ſtatis ſuis periodis menſium curſu: cujus vis eſt, inſignem ſanguini puritatem ſummumque vigorem conciliare, ab omnique putrefactione maſſam illam penitus liberare, tot tamque varia ſymptomata concurrere neceſſe eſt. Inſtar enim fluentis aquæ in perpetuo ſuo fluxu vitam conſervantis: à quo ſi præpediatur, aut ab eo ſeparata, in quantumvis capaci vaſe reponatur, ſtatim putreſit & corrumpitur, deſtituta videlicet ſuo fluore, in quo vita illius conſtitit. Sic & ſanguis libero ſuo acre & fluxu per obſtructiones interceptus, in quo vita ejus poſita eſt, ſtatim depravatur & emoritur eo loco, ubi fluor ejus fuerit interpellatus. Sic enim Medici Hermetici ſanguinem in corpore microcoſmi *collocant,* ut mare *vel Nilum* in toto macrocoſmo, *aut aliqua illius regione, conſtituunt. De qua ſympathia aut inter utrumque mundum collatione & analogia, fuſius alibi, & ubicunque dabitur locus, poſthac adhuc pluribus agemus.*

Aqua à fluxu præpedita putreſit.

Sanguis motus vita ejus.

Sang. eſt mare Microcoſmi.

Hac ratione igitur, in muliere iſta nobili, vitiatus & corruptus jam

Mechaniſmus

jampridem ſanguis, à duodecimo aut decimo tertio ætatis anno, cæpit viſcera & membra nutritioni inſervientia obſidere: cuius infectionis aut contagii parte jecur, lien, & tota viſcerum œconomia depravata eſt, nec non circumvicinæ partes omnes corporis. Vnde ubique perverſis omnibus, multæ cruditates obortæ ſunt: ac inde icteritia, pallor virgineus, febres: ac tandem frequens illa vertigo, ortum & incrementum ſumpſerunt. Quæ quamvis ex doctorum medicorum auxiliis & remediis utcunque adiuta ſit, manente tamen impuritatum ſeminario, ex quibus omnia in corpore pervertuntur, non dubium eſt, quin cruditates creſcant in dies, ex quibus genitæ variæ ubique obſtructiones ſanguinis fluxum, & aeris illius libertatem remorantes, menſtruorumque viam intercipientes, varios paroxyſmos & ſymptomatum concurſus pariant. Vnde potius incrementum morbi & habitum contrahat, quàm ullo ſymptomate ægra liberetur. Movetur enim natura quidem ad ſordium illarum expulſionem: ſed cum impar ſit mali viribus, auget potius, quam minuit morbum. Omnis enim materia commota, *ut teſtatur Gal.* deterior eſt ſeipſa quieta. *Præter igitur aliorum membrorum alia accidentia, cerebrum quoque ipſum ſucceſſu temporis his modis enervatum, fumisque vaporibus & exhalationibus in ipſum continuè evectis, indeque maiore acrimonia & aciditate virulenta ac nitroſulphurea qualitate contracta, ex ſimplici ſcotomate aut vertigine, quæ ab antiquis, vel ipſo nomine, parva epilepſia inſignita eſt, in generalem ac univerſalem totius corporis convulſionem, cum omnium ſenſuum deperditione, & motus depravatione, quam antiqui epilepſiam vocant, planè degeneravit. Veruntamen, quæ notatur in hoc ſubiecto,* epilepſia *potius* ſympathica, *quàm* idiopathica *dici debet, quod in ipſo cerebro, omni per ſe corruptione carente, ſed ex acribus, acidis, malignisque vaporibus, aut potius fumis & exhalationibus vitriolatis in ipſum elatis, & magna copia, qualitateque venenoſa receptis, forma ſit ſympathicæ potius, quàm idiopathicæ epilepſiæ. Eiuſmodi enim pernicioſæ qualitatis exhalationes cerebrum ita conturbant, caligine ſuffundunt, aciditate ſua comprimunt, conſtringunt & coarctant, ut hoc modo expirationis ac reſpirationis libertas, quâ ſpiritum animalem, à cerebro ad cor, & à corde vitalem ad cerebrum permeare neceſſe eſt, aeris ſui intercepto curſu, propè tota eripiatur: unde concidit ægra, tanquam exanimis & quaſi*

generationis prædicti morbi proceſſus.

Gal. lib. 3. de lo. aff.

Epilepſia ſympathica.

Curſus aeris intercipitur ob reſpirationis læſionem.

Digitized by Google

prorſus extincta. Sed quum in nervorum & menyngum genere, quæ exquiſitiſſimi ſenſus ſunt partes in cerebro, acrimonia, malignitate, ac virulentia vaporum ſeſe vellicari ea partes, compungi & erodi, ac acriter feriri ſentiunt: hinc fit, ut inopino inſultu, violentoque, & quaſi per proditionem impetitum cerebrum, vel potentia animalis, cum cauſa morbifica, tanquam cum capitali hoſte, confligat & colluctetur: hacq́ ratione ſe in ſeſe contrahat, & veluti in ſua colligat arma: ut tum ab obſtruentis, tum erodentis materiæ offenſione ſe tueatur. Vnde ſpaſmi & convulſivi illi motus excitantur, nunc longiores, modò breviores, ob materiei halituoſæ maiorem vel minorem copiam; modo graviores, modo mitiores, ob illorum halituum qualitatem magis vel minus acrem virulentam. Eundem ferè motum patitur in ſingultu ventriculus: cùm vel acri is halitu mordetur aut vellicatur, vel cibo corrupto, aut alienæ qualitatis infeſtatur, vel cibi potusq́ copia gravatur, ut ſcribitur à Galeno.

Origo paroxyſmi epileptici. Conflictus ſpiritus animalis cum c. morbifica. Singultus ventriculi.

Atque hæ ſunt internæ ac præcipuæ cauſæ, ad quas in conſultatione, ex communi conſenſu percelebris viri D. noſtri primarii, morbum hunc revocavimus. Quod enim ad externas attinet, pavorem videlicet, de quo in ſcripto ad nos miſſo fit mentio. Item ad depravatam vivendi rationem, qua virgines eiuſmodi palloribus conflictatæ uti continuè ſolent; eas cauſas, inquam, *ſilentio prætermittimus: quum ex iis indicationes curativæ nequaquam peti debeant: cum à ſubiecto recedant, nec illi inhæreant, niſi quatenus antecedentium cauſarum pars potuit aliquando ab illis excitari. Quanquam quod ad pavorem attinet, is inter alias cauſas magnoperè poteſt ſpiritus commovere & perturbare, ac proinde cerebrum ad eiuſmodi proxyſmos proclive reddere: qui tamen raptim citoq́ ſolvuntur ac avolant: ut pavor ipſe ex ſpe redintegrata ſtatim abigitur.*

Cauſa externa. Incommodũ ex pavore.

Hæc itaq́ ſunt, quæ accuratè expenſa de natura morbi, de illius cauſis, & de partibus affectis indicavimus & pronunciavimus: unde curationum indicationes duas in genere mutuabimur. Quarum altera morbi ſeminarium ac radicem ſpectet: altera verò fructus & paroxyſmos inde naſcentes excutiat.

Indicationes.

Sed priuſquam ſcopos illos curationis aggrediamur, par eſt, ex dogmaticorum & hermeticorum medicorum ſententia, ut promiſimus, de

eſſen-

Digitized by Google

eſſentia, ſede, cauſis & formatione tanti, tamq́; occulti & horrendi morbi, nos diſſerere. Porrò hoc utique malum tam formidabile & horrendum, quod ne poſt annum quidem vigeſimum quintum creditur prorſus & indicatur ab omnibus medicis tractabile, ullamve curationem admittere, eò nos compellet, ut relicta regia ac detrita via, aliam quandam ſpinoſam etiam ſcabroſamq́; & ambagibus deviis refertam ingrediamur, ut, quo tendimus, ſi non citius, ſaltem tutius appellamus: hoc eſt, *cogemur ſingula cominus rimari & excutere, quæ à dogmaticis medicis & Philoſophis Hermeticis in naturam partis affectæ, & tanti mali cauſas diſputata ſunt & judicata: unde facilior nobis aditus ad curam & remedia ſternatur.*

Quum autem hic morbus multis aliis affectionibus, tanquam germanis ſororibus, hoc eſt, affinibus, & quæ in ipſam epilepſiam pronæ ſunt, aut contra, ſtipatus ſit: opportunum ac juſtum fuerit argumentum, de ſingulis una eademq́; via dicere: quum præſertim tanta ſit illorum pernicies & exitium, ut potiſſimum hominis propugnaculum, ac fortiſſimam arcem, cerebrum nempè, rationis & animæ ſummam ſedem, auſint invadere, hacq́; obſidione & incautis inſultibus prorſus æquent ea ſolo, ac extremam ruinam ſenſibus noſtris tum internis, tum externis, nec non ipſis ſpiritibus, vitæ noſtræ aſſertoribus, intentent & moliantur: Vnde tota ſtatim ædificii humani ruina, morsq́; ſubita & inopina ingruat. Agnati autem & affines morbi, de quibus agere inſtituimus, præter epilepſiam, de qua hoc noſtrum conceptum fuit imprimis conſilium, ſunt vertigines, tanquam aliorum præcurſores, apoplexiæ & paralyſes, tanquam in extremo agmine collocati: quæ ſumma vi cerebrum, ut ſupra dictum eſt, ſenſuum omnium, rationis & intellectus humani ſedem, impetunt & oppugnant.

Epilepſ. plures morbos habet ſibi affines.

Sed ut ordine Medicorum utriuſque ſcholæ opiniones afferamus: Dogmaticorum priore loco æquum eſt ſententias expendere, de natura, differentiis & cauſis malorum huiuſmodi: Ordiemur autem ab ipſa Epilepſia, *quæ* huius tractatus *nobis ſuggeſſit argumentum. Et de eius* natura, qualitate, magnitudine & ferocia, *quæ varia idcircò ei nomina indiderunt, ediſſeremus.*

Digitized by Google

DOGMATICI.

De Epilepſia, eiusque differentiis & ſignis.

Nomina Epileſ. varia. HIc calamitoſus affectus, ob ferociam & magnitudinem, varias appellationes variaque nomina, tùm apud Philoſophos, tùm Medicos, ſortitus eſt, communi autem vocabulo *Epilepſia* à Græcis ferè omnibus appellatur, ἀπὸ τοῦ ἐπιλαμβάνειν quod cerebrum & partes ſibi ſubjectas ita apprehendat, ut functiones illarum prorſus intercipiat, præſertim cerebri, quod idcircò omni propè motu & ſenſu ſpoliatur in hoc affectu. Dicitur etiam *comitialis* à Latinis: eò quod, qui erant huic malo obnoxii, in comitiis eo frequenter corriperentur, & in alium diem comitia rejicerentur. Plinio dictus eſt *Sonticus:* *Hip. lib. de morbo ſacro* *Lunaticus* Cœlio: *Divinus* Apulejo: *Sacer* Hippocrati & Tralliano, *Herculeus invictusque* Ariſtoteli *probl.* 1. *ſect.* 30. *Trall. lib. 1. cap. 15* Hercules enim Melancholicus fuiſſe naturâ putatur, *& morbum comitialem ſacrum* ab illo *& herculeum* priſci appellarunt, ſed vult *Gal. lib. 6. Epid.* ſacrum & herculeum dici, quòd ingens & immotus ſit, quem difficilimè evulſeris, quàm ab Hercule clavam. *Aretæus lib.* 1. *de cauſis & notis diuturnorum affectuum cap.* 4. de hoc portentoſo & terribili morbi genere hæc ſcribit: *Triſte medius fidius eſt ipſius invaſionis ſpectaculum: turpis & eius deſinentia, cum ſtercore & lotio & ſpontanea ventris ſolutione: ipſius quoque morbi origo mirabilis, & præter hominum opinionem eſt: quippe nonnulli flagitioſis hominibus à* Luna *immitti exiſtimant, cuius rei cauſa & ſacrum morbum hunc nominant: Verum & aliis rationibus id nomen fuit ei impoſitum: aut ob magnitudinem* (omne enim magnum ſacrum dici conſuevit) *aut quod humana ope tolli nequeat, ſed divina, aut quoniam dæmone correptus homo videatur: aut ob hæc ſimul omnia ſacer morbus appellatus eſt. Nec immeritò, cum hominem omnium animalium potentiſſimum regem, à quo omnia debellari debuerunt, tam ſubitò proſternat: namq; horrenda diſtenſione, concuſſione atque tortura, atrociſſimè dilaniet ac diſperdat, cum magno aſtantium pavore & horrore. Vnde aliquid ſacri & divini, quod mentes noſtras procellat, in eo latere, colligere liceat.*

Epilepſia definitio. Is autem morbus (ut eſſentia & natura ejus pateat) ab omnibus *definitur* eſſe, *generalis omnium corporis partium convulſio:* non perpetua quidem, ſicut in emproſthotono, opiſthotono & tetano: ſed quæ ex temporum accidat intervallis, idq; cum ſenſus abolitione & motus depravatione, ex ſententia *Gal.* 3. *de locis affectis, cap.* 5.

Differentia. Plures ejuſdem conſtituuntur *differentiæ,* quæ præſertim tùm à loco affecto, tùm à magnitudine, deſumuntur. A magnitudine, quòd aliâs gravior ſit, aliâs mitior. A parte autem affecta *tres* numerantur *differentiæ*: *Vna* quæ fit per idiopathiam cerebri. *Duæ* reliquæ ſunt ſympathicæ. Morbi enim ferè omnes, ut & Epilepſia, fiunt per idiopathiam & ſympathiam. *Idiopathia* duobus modis

modis accidit, vel per *protopathiam*, id eſt, generationem cauſæ morbificæ in parte jam affecta: vel per appulſum ejuſdem cauſæ ab iis, quæ extrinſecus veniunt, ut ab intemperie aliqua, vel ab aërea tempeſtate ſuſcitata, tetris vaporibus quibuſdam, vel fumis cerebro funeſtis: quales fumus cornuum, ſuffitus bituminis & lapidis gagatis eſſe creduntur: fit & per *deuteropathiam*, id eſt, ſecundariam affectionem: quando ſcilicet alterius partis vitio cerebrum afficitur, tranſlata, ſeu tranſplantata cauſa morbifica ab aliquo loco in illud, relicta priore radice, foco & ſeminario: quod per *metaptoſin* fieri dicunt: quæ duplex à Dogmaticis conſtituitur: una *critica* & ſemper ægroto ſalutaris, quæ διαδοχὴ appellatur: altera *ſymptomatica*, quæ metaſtaſis dicitur, perpetuo ægrotanti exitialis.

At *ſympathica Epilepſia* duobus modis excitatur, nempe per *epigeneſin*, quæ fit, cùm cauſa morbifica, per venas, arterias & nervos à priore alio foco, unde promanat, quiq; non deſinit ſubſiſtere, transfertur & propagatur in cerebrum (quæ ferè ſemper lethalis eſt.) Et per *ſimplicem communicationem*, quæ generis ſimilitudine, vel operis ſocietate, vel vaſorum vicinia intercedit, accidere ſolet. Atq; hi ſunt omnes ſympathicæ & idiopathicæ Epilepſiæ modi. Hinc illæ tres Epilepſiæ differentiæ, quarum unam comatoden Cœlius appellat; longè periculoſiſſimam, aliam quæ diverſo captu corpus afficiat, tertiam ex utraque mixtam. Vel, ut placet nonnullis, *idiopathica* hæc affectio *Epilepſia* propriè dicitur: *ſympathica* verò alia vocatur *analepſia*, quæ ex vitio ventriculi emergit, alia verò *catalepſia*, quæ vel uteri, vel hypochondriorum, vel alicujus alius partis inferioris malè affectæ veneno ſuſcitatur. Hac poſtrema ſpecie nobilem mulierem illam ex ſignis prædictis conflictari indicavimus. Sed ſunt & alia ſigna diagnoſtica horrendaque ſymptomata, quæ plerunq; horrendum hunc affectum comitari ſolent, quæ ab *Aretæo* apprimè deſcribuntur. *At* (inquit) *in ipſo morbi* *Signa Epilep. diagnoſtica.*
inſultu ſenſibus captus homo jacet: manus ipſi nervorũ diſtentione convelluntur: crura verò non ſolum diſtracta ſunt, ſed etiam huc atq; illuc à tendonibus projiciuntur: cervix incurvatur: caput variè diſtorquetur: ſiquidem nonnunquam pronum, ceu arcus, inflectitur, quando pectori maxilla adhæreſcit: nonnunquam verò in ſcapulas reſtringitur, veluti iis, qui per vim crinibus trahuntur, uſu venit: quando modo in hanc, modo in illam partem, ad humeros admovetur: Sic miſeri ægri magno hiatu os aperiunt: id ſiccum habent, linguam prælongam, ut periculum ſit, ne aut magno vulnere ſaucietur, at penitus abſcindatur. Interdum convulſione dentes inter ſe colliduntur: oculi inverſi ſunt: palpebræ cum palpitatione frequenter dehiſcunt: quod ſi quando connivere velint, palpebræ non immittuntur, ſed alba oculorum cernuntur ac ſubapparent: ſupercilia nonnunquam (ut iis, qui ad iram concitantur) in glabellam attrahuntur: malæ rubentes palpitant, labia interdum quidem in acutum clauduntur, interdum vero, ſed obliquè; dilatantur, quando in ridentis

ſpeciem

Digitized by Google

ſpeciem dentibus circumtenduntur. Cervicis vaſa diſtenduntur: vox ut vi ſtrangulatu auffertur: etiamſi vehementer inclames non ſentiant. Eorum vox nihil niſi gemitus & ſuſpirium eſt: reſpiratio vero ſuffocatio quædam eſt, veluti in iis, qui laqueo ſtrangulantur, inter initia arteriarum motus vehementes ſunt & celeres & parvi, in fine vero magni, tardi & languentes. Quinetiam, ut magnis procellis concitatum mare, ſpumam ore profundunt, quando & tanquam jamdudum expulſo morbo reſipiſcunt & reſurgunt. Cæterum, quum à morbo quieſcunt, ab initio membris ſegnes ſunt, capitis gravitate premuntur, diſſoluti ſunt, languidi, pallentes, conſternati animo: ob laſſitudinem morbiq; verecundiam contriſtantur.

Cauſæ Epilepſiæ duplices. Cauſas tam gravis & horrendi affectus medici dividunt in externas ſeu primitivas: & internas, nempe antecedentes & conjunctas. Magna ex parte victus depravatus hanc paſſionem generat ex *Gal. ſententia Aph. 2. com. 45. & 5. de locis aff. cap. 6.* Et alibi ſic ſcribit: *Iam olim vidimus, alios convulſione comitiali, ob oris ſtomachi vitium, correptos: cum aut non probè coxiſſent, aut vini meracioris plurimum potaſſent, aut Veneri immodica operam dediſſent.* Idem ſentit *Avicennas 1. & 3.*
Externa. *tractatu 5.* *Cauſas*, inquit, *moventes epilepſiam plerumq; adjuvant cauſæ extrinſecæ, ſicuti immoderantia cibi & potus, & ſatietas nauſeativa, & mora longa in ſole, & coitus plurimus, & exercitium ſuper repletionem, & id, quod debilitat cor ex timore.* Inter eaſdem met cauſas externas recenſentur *ſuffitus bituminis, lapidis gagatis, cornu cervi, odor hepatis caprini aſſati*; & ipſum *hepar*, dum editur, & pleraq; alia, quæ ab *Aetio* commemorantur. *Aet. tetr. 2 ſerm. 2. c. 14.*

Interna. Porrò de *cauſis internis & generationis* modo, non una & eadem eſt omnium dogmaticorum ſententia. Nonnulli enim *ab humore craſſo, eodemq; ferè ſemper frigido & obſtruente*, morbum procreari ſentiunt. *Diverſæ de cauſ. Epilepſ. opiniones.* In contrarium multa à peritis medicis afferuntur, qui cenſent huiuſce mali cauſam potiùs eſſe ſpiritualem, quàm corpoream: tenuem potiùs, quàm craſſam. Cita enim illius morbi generatio & ſolutio materiei paucitatem, tenuitatemq; arguunt: quùm id per materiei craſſitiem evenire nequeat. Siquidem craſſa omnia difficulter moventur, ex omnium medicorum conſenſu. At *Galenus*, qui prioris eſt ſententiæ, eodem et utitur argumento, quo ſuam, quam craſſitiei attribuit, confirmat ſententiam *3. de locis affectis*, cùm inquit: *Non ab ariditate vacuationeve: ſed à craſſo ſemper humore, hanc affectionem induci argumento eſt, quod & ſubito fit, & ſolvitur confeſtim.* *Gal. 3. de l. aff. c. 5.* Nam ſubitaneam meatuum obſtructionem à craſſo viſcoſoque humore fieri conſtat. Sic medicis pleriſq; omnibus perſuaſum eſt, hunc morbum à craſſo glutinoſoque humore ſuboriri, ſic docentibus *Hipp. lib. de ſacro morbo: & Gal. pluribus in locis: & Paulo lib. 3. c. 13.* Imò ipſemet *Gal. 4. de loc. aff.* loquens de ſopore, apoplexia, & morbo comitiali, inquit: *Horũ triũ morborũ frigiditas ac craſſus aut omnino viſcidus humor cauſa eſt.* Similiter *2. apho. cap. 45.* hæc ſcribit: *Morbus enim comi-*

Gal. 3. morb. cap. 2. lib. 2. de ſymp. cauſis cap. 7. de atra bile c. 5. li. 7. de hum. cap. 2.

Digitized by Google

comitialis proximus quodammodo eſt morbo, quem apoplexiam vocant, quum idem locus in utroque patiatur, & idem humor in cauſa ſit. Cui ſententiæ aſtipulantur multi neoterici, iique præſtantes viri. Sed hanc πιθανολογίαν demolitur cita illius morbi λύσις, præcepsque & ſubitanea illius generatio. Quo fit, ut multi alii perquam celebres *Dogmatici* contrariam ſequantur ſententiam, ut *ſuprà* monuimus. Quorum utique opinioni facilè ſubſcribebimus. Atque ut illorum ſententiam corroboremus, & rationibus illorum aliquid tantiſper adjiciamus, dum fuſiùs mox & apertiùs mentem noſtram explicemus, cùm, quid ſenſerint etiam *Hermetici*, abunde demonſtrabimus. Hoc unum nunc demum quæremus ex illis, qui in craſſa ac corporea materia *epilepſiæ* cauſam ſtatuunt: & eandem eſſe cum apoplexia materiam aſſerunt, inducti ſcil. & perſuaſi craſſa illa *Gal.* opinione, quâ à craſſo ſemper humore hanc affectionem fieri ratiocinatur, quòd citò generetur & ſolvatur. Quæremus, inquam, ſi craſſities materiæ, ſubitaque obſtructio, in epilepſiæ ſubitam generationem & ſolutionem neceſſaria eſt, *ut volunt*, cur eo modo, confeſtim non ſolvitur *apoplexia*, quam conſtat præcipiti quidem inſultu invadere, ſed non ita citò deſinere, nec niſi ægerrimè, aut longo pòſt tempore, vel morte etiam ſæpiſſimè finiri. Si enim in cauſas epilepſiæ inducendæ concurrũt craſſi ac pituitoſi humores, iiq; admodum materiales: cur inter externas cauſas, ab ipſis etiam compro-

Refutatur opinion.

Cauſa Epilepſiæ non eſt materia aliqua craſſa.

batas & receptas, recenſentur, *ingluvies, immoderatus vini eiuſque generoſi & halituoſi potus, intẽperans luxuries, & coitus ingens, pavor & terror, halitus & vapores quarundã rerũ*, quas ſupra jam commemoravimus, naribus excepti & olfacti? Num & hæ cauſæ in craſſa ſcil. poſitæ ſunt materia, quæ obſtructionem generent, unde hic morbus naſcatur? At contrà, potus & cibus ventriculo excipiuntur in craſſa ſua materia, nec niſi ſpirituoſis halitibus & vaporibus in cerebrum efferuntur. Quod pariter de odoribus exitioſis dici poteſt, qui per halitus ſuos tantùm excipiuntur: hacque ratione, non craſſa ſua materia, morbum inferunt.

Quod ad *cauſas internas*, antecedentes videlicet & conjunctas attinet: jam ſatis in epilepſia, de qua *ſuprà* egimus, evicimus, eam ſympathicã eſſe potiꝰ, quã idiopathicã. Quod quum ita ſit, numquid cauſa eã generãs, vel ex vitio vẽtriculi vel matricis, aut alicujꝰ alius inferioris mẽbri orta, ad cerebrũ evehi debet, ut affectũ procreet? Quæ ſi craſſa eſt, quomodo attolletur, ſi ſpirituoſis vaporib. & exhalationib. id non fiat? cùm craſſæ & corpulentæ materiæ propriũ ſit deorſum potiùs, quàm ſurſum, tẽdere? Ille ipſe *Galenus multis in locis* idem mecum ipſe loquitur, ſi rectè expendatur & intelligatur: Ut cùm quinto *de loc. aff. c. 5. de epilepſia* per conſenſum ventriculi ſcribens, exemplũ de *Grammatico* adfert, qui, quoties docebat, meditabatur, iraſcebatur, morbo comitiali corripiebatur. Atqui hujuſmodi ſpiritus affectiones, rectene humori craſſo &

Cauſa Epilep. eſt ſpiritualis.

gravi,qui naturâ deorſum vergit, tribuantur? Poteſt & alter *Galeni* locus eundem ſcopũ citari: qui de quodam puero exemplũ adfert, cuj' à crure ad femur,à femore ad coxã, mox ad cervicẽ,ad caput demũ ſenſim aſcendere vapor perſentiebatur, qui cerebro torporem inducebat,quo corripiebatur puerusq; adeò vehementer,ut ne ſentire ac ne intelligere quidẽ poſſet. Habetur& aliud exemplũ de *ſcorpionis ictu*,quamvis hanc epilepſiæ ſpeciem raro contingere adnotaverit *Aetius:*

Sed audiamus *Aretæum*,de acceſſione morbi comitialis hæc verba proferentem:*Nonnullos verò & corripit à nervis,procul à capite poſitis, incipiens, quieiq; principium in conſenſum affectus inducunt. Itaque magni pedum aut manuum digiti convelluntur, unde & dolor & ſtupor & tremor ſequuntur. Atq; hæc in caput impetum faciunt,ſi & malum ſurrepens caput invaſit. His porrò fragor quidam redditur, perinde ac ſi à ligno aut lapide verberentur, quumq; ab humo ſurrexerãt, quadam,tanquam ſi ex inſidiis vapulaſſent, commemorant. Hoc ſanè pacto illi, quibus primò id malum id incidit, decipiuntur. Quibus verò familiare & conſuetum eſt,ſimul atq; morbus in digitum impetum dedit,aut alicunde exortum eſt,qui propè eos adſunt, adiutores inclamant , futuramque ab experimento calamitatem proſpiciunt:obſecrant quoque, ut membra,unde oritur malũ,conſtringant, reflectant, dirigant: quin etiam ipſimet ſibi ipſis affecta membra,tanquam morbum inde eximentes,trahunt velluntque: Atque ita ſibimet auxiliantes nonnunquam & nos ad ægritudinis notitiam impulerunt.*

His paucis ſatis liquet,quàm abſurdè epilepſiæ cauſa ſemper ad craſſam & pituitoſam materiam referatur: quamque ſit diſſimilis & aliena ab ea cauſa , quæ apoplexiam gignit, etſi contra ſentiat *Galenus.*

De parte affecta.

De parte affecta in Epilepſia hallucinatur Galenus, cùm, ob functionis animalis depravationem,epilepſiæ ſedem ſtatuit in cerebro : imò etiam in poſteriore illius vẽtriculo. Etenim cur morbi ſeminarium in ea parte potiùs, quàm in corde collocat, quum cordis functiones non minùs , imò magis quàm cerebri, vitientur? Quod magnæ illius *viſceris palpitationes , pulſuum perverſiones, ſuffocantes ſyncope, & animi deliquia* ſatis ſuperque teſtantur. Nec non ingens illa lucta,quâ cor vitæ noſtræ fons , quùm ſe anguſtiis & vitæ periculo urgeri videt, aſſumptis & accerſitis undequaque ſpirituum viribus,protegere ſe & tueri,nec non infeſtiſſimum hoſtem repellere & expugnare conatur.Unde *concuſſiones & convulſiones capitis,colli , diaphragmatis, brachiorum,manuum , & pedum*, ex ea lucta potius , quàm ex ficta illa obſtructione cerebri , & menyngum ejus vellicatione , oriuntur & ſubſequuntur. Nec abs re id,quùm multas epilepſias ejuſmodi concuſſionib. ſtipatas videre liceat:in quib.tamẽ,citra ullã oblæſionẽ,phãtaſia aut imaginatio,nec nõ memoria integræ maneãt. Quin & viſus & auditus incolumes perſtant,ut in nobili muliere,pro qua conſilium inſtituimus, ſæpiſſimè notatum & obſervatũ eſt,ut ad nos perſcriptum.Hac utiq; animadverſione Her-

De ſubjecto epilepſiæ.

Digitized by Google

Hermetici demonſtrare poſſunt, in quibuſdam epilepſiis cor primariò & per ſe affici: cerebrum verò per conſenſum. In omni enim corporis affectu pars illa non eſt primò affecta, cuius actiones manent integræ, genito jam affectu. Atqui in quibuſdam epilepſiis interdum imaginatio & memoria, aliâs uſus (*actiones cerebri*) manēt integræ genito jam affectu. In illis igitur cerebrum non eſt primariò affectum. Atque hinc ſequitur, alibi interdum, quàm in cerebro, quærendam eſſe epilepſiæ primariam ſedem, nec ſemper in cerebro eſſe collocandam. Cùm enim uno impetu irruens morbus hominem illicò proſternat, ex corde hos inſultus contingere, nō minus quàm ex cerebro, credibile eſt: ſiquidem in corde fons vitæ recumbit, quam his conatibus impeti certum eſt.

Fomes epil. non ſemper eſt in cerebro.

HERMETICI.

De Eſſentiis, differentiis & cauſis 4. affectuum: Epilepſiæ, Vertiginis, Apoplexiæ & Paralyſios.

PAracelſus *ex Hermeticis* primariorum unus, liberè quibusdam morbis remediorum nomina accommodat, ut ex nomine ipſius morbi, remedii ſpecifici genus demonſtretur: quemadmodum *Epilepſiam* vocat modo *morbum vitriolatum*, modo *viridellum*: quod in ſpiritu Vitrioli viridi morbus auxilium ſuum nanciſcatur. Interdum morbos inſignit nomine, à cauſa producente ſumpto: ut cum eandem Epilepſiam appellat etiam morbum vitriolatum, quod ex ejus ipſius ſententia, morbus originem ſuam contrahat ex vapore mercuriali vitriolato qui ex humore, extra caro, aut ex mucilagine æruginoſa expirat, quam idcirco vulgo *porraceam* nominant: quum potius *vitriolata mucilago* dici debeat, propter eam, quam habet cum vitriolo potius, quam cum porro, aptam analogiam. Siquidem non porri, ſed vitrioli tincturas & impreſſiones ſecum circumfert, quas exhalando, temporis intervallis, malignas, acres & acidas, ſpiritibus vitalibus ac animalibus facilè commiſcet: utpote quæ etiam totæ ſpirituales ſint, & cum ſpiritualibus potius, quàm cum terreſtribus ſymboliſent, ac cognationem conſenſumque habeant; quibus cor & cerebrum, ut ſupra diximus, cùm partis affectæ ſedem indagaremus, impetuntur ac obſidentur: ſive id obſtructione fiat, ſive ab aciditate vitriolata, arterias carotides conſtringente ac comprimente, unde facultatis vitalis in cerebrum tranſitus intercipitur: ſive etiam ab eadem aciditate ſtypticitateque ventriculorum cerebri ſubſtantia coarctata: aut ex ſale iſtius humoris armoniaco acerrimo, menyngas exquiſitiſſimi ſenſus pungente ac vellicante, ejuſmodi convulſiones oriantur, & præcipuorum animæ officiorum, ac functionum, cognitionis nempe, memoriæ ac rationis depravationes, aut interitus etiam conſequantur, idque magis vel minus, pro qualitate hu-

Radix inſultus epileptici.

P 2 moris

Digitized by Google

moris mercurialis vitriolati majore vel minore, vel aciditate & virulentia ejus graviore aut leviore. Etenim nemo non noſtrum infinitæ vaporum multitudini, qui ex variis corporis partibus in cerebrum noſtrum aſſurgunt, obnoxius eſt. At ſi hujus proprietatis & naturæ vitriolatæ non fuerint, epilepſias non procreabunt, quibus præ aliis melancholici opportuni ſunt, ex ipſius *Hippocratis* teſtimonio: *Melancholici comitiales facilè fiunt, & comitiales melancholici*: idq; quod ejuſmodi homines, humore vitriolato acido (cujus generis ſupra diximus melancholiā eſſe) abundent.

Cur melanchol. epilepſiæ obnoxii.

Cur infantes ad epil proni.

Ad hunc eundem morbum infantes maximè proclives ſunt: non quod cerebrum habeant pituitoſum. Si enim in nuda & ſimplici pituita poſita eſſet epilepſiæ, aut eius germanæ apoplexiæ cauſa, omnes ei morbo eſſent obnoxii, cum ſecus accidat: ſiquidem multos hydrocephalos videmus ab iis morbis immunes, etſi cerebrum aquoſa humiditate ſcatens & refertum habeant: ſed quod illorum multi lac in ventriculo aceſcens, non probè concoctum congerant, cuius corruptio eam naturam induit, ut in æruginoſum & viride quoddam virus vitriolatum degeneret (ut ex eorum rejectionibus ac vomitibus huiuſce coloris videre eſt) unde dolores graviſſimos patiantur, & proni ad hunc morbum reddantur. Quo fit, ut ipſe *Avicennas* epilepticum *morbum puerilem* vocet, aut *puerorum matrem*, ſed melius dixiſſet *novercam*.

CURA

Dogmatica generalis in ipſis paroxyſmis.

NUnc tempus eſt, ut *curationem* aggrediamur, ac ſimili docendi methodo, exquiſitiora, elegantiora ac tutiora remedia, quibus utraque ſecta utitur, proponamus: ut, qui eiuſmodi morbo tentantur, utilitatem aliquam & fructum inde percipiant. Veri enim & fidelis medici præcipuus eſt ſcopus, ut opere potius, quàm ſermone, excellat: quum linguarum, ſive Hebraicæ, ſive Græcæ, ſive Latinæ eloquentia morbi non curentur, ſed recta utilium remediorum, & appoſita ex arte præparatione ac adminiſtratione & uſu opportuno profligentur.

Ac *primo loco*, omnia communia remedia, quibus bona Dogmaticorum pars uſa eſt, afferemus. *Deinde* ordinem, temperationem ac correctionem, quas Neoterici iis adiunxerunt, ſubnectemus: ac tandem communium eiuſmodi remediorum legitimam informationem ac inſtaurationem ſive in electione ſimplicium, ſive præparatione eorundem, juxta Spagyricorum ac Hermeticorum ſolertiam ac induſtriam præſcribemus. Neque hoc loco, ſpecifica illorum præſidia, ac ſelectiſſima arcana magiſteriaque, quæ illi cùm ex vegetabilium, tùm metallicarum & mineralium ſubſtantiarū familia mutuari ſolent, tacebimus. Idque tanta facilitate conabimur tradere, ut vulgus inde fructū aliquem reportare queat.

Nec

Digitized by Google

Nec recedemus à methodica Dogmaticorum curandi ratione, ad quam, quo propius fieri poterit, accedemus, in uſu & adminiſtratione remediorum, quam ſequuntur: ut ſic obteſtemur ac fidem faciamus mutui noſtri cum illis conſenſus ac concordiæ, quam foveri inter nos perpetuò optamus: ac ſimul ut innoteſcat, procul à nobis eam eſſe ruditatem ac ignorantiam, nec non ſchiſmaticum ſtudium, quorum inſimulamur.

Epilepſia igitur (ut rem aggrediamur, ab hoc tàm gravi & ſtupendo morbo omnibus æque, tum viris, tum mulieribus, nulla ætatum habita ratione, imminenti, ut qui vel infantes etiam in cunabulis adoriatur, unde ab *Avicenna*, ut iam antea monuimus, *puerorum mater* vocitatur,) duplicem curationem exigit: unam *prophylacticam*: alteram *therapeuticam*. Huius uſus eſt in inſultibus & paroxyſmis, ut morbi videlicet præſentis coniuncta cauſa perimatur: alterius verò, ut cauſæ antecedentis, vel materiæ epilepticæ generatio intercipiatur: quæ non niſi temporis intervallo fieri poteſt: etſi morbi impreſſio, & maturus ſymptomatum illius fructus, in ipſo temporis momento ſeu puncto indiviſibili efficiatur. Ubi perpendendum eſt, eam interdum eò uſque ferociæ ac violentiæ devenire, ut atrociſſimè ac crudeliſſimè ſæviens à miſerrimo ægro priùs non recedat, quàm immaniſſimo & inaudito mortis genere eum miſerrimè jugulaverit, unde idcircò ab *Aretæo*

Avic. 3. tertii, cap. 8. *Cura epilep. eſt duplex.*

Aret. lib.

ſcriptum eſt, *varium & portentoſum morbi genus epilepſia eſt, quæ dicitur Latinè* comitialis morbus, *terribilis utiq; in acceſſionibus, & peracutus ac pernicioſus: quandoquidem nonnunquam acceſſio una hominem rapuit.* Sic Paul. lib. 3. c. 13. *Quum igitur in aliquibus acutiſſima ſit affectio, citò occidit, tum exacerbationum aſſiduitate, tum ſymptomatum violentia.* Ea etiam nobis, ut diuturna affectio, conſideranda eſt, ut quæ varios cieat paroxyſmos, modò rariores, modò frequentiores, nunc longiores, nunc breviores: qui quidem ad extremam uſq; ſenectam, imò ad ſepulchrum uſq; perdurant, nec ante obitum deſinunt. Quod confirmat idem *Paulus*, quum etiam hoc ad ea, quæ de illo ſupra citavimus, addidit: *In quibuſdam verò in longum extenditur, adeo ut, ſi non circa pubertatem, aut lunares purgationes aut impregnationes ſoluta fuerit affectio: aut ſi poſt hoc tempus contracta fuerit, plerunque commoriatur, præterquam ſi convenientem curationem conſequatur.*

1. de cauſ. & notis c. 4.

Præter hanc acerbitatis ac diuturnitatis huius mali neceſſariam à medico obſervationem, id quoque neceſſe eſt diligenter expendat: naturam videlicet morbi, differentias & cauſas eiuſdem, temperamentum, ætatem, ſexum etiam ægrotantium, ut rectam, legitimam, ac tutam curandi rationem ab indicationibus ineat ac præſcribat. Poterit quidem in omnes epilepſias generalis quædam cura inſtitui: at quæ à cerebro proficiſcitur, particularem quandam ſibi curam expoſtulat, aliamque ab

Obſervanda quadam in curat.

Digitized by Google

epilepſia ex ventriculo prognata: aut ab ea, quæ aliunde ex membris diſtantioribus procreatur. Quemadmodum & illa, quæ ab ictu ſcorpionis venenato, aut ab alia extrinſeca cauſa ſuſcitatur, alia præſidia expoſcit ab iis, quæ epilepſiis, ex putrefactionibus & venenis in corpore genitis debentur: ut & hæ aliam curam efflagitant, ab illa, quæ ex corrupto ſemine, aut hyſterica affectione generatur. Sic *craſſa*, *obæſa*, ac pituitoſa corporis conſtitutio aliam curandi rationem exigit à *macra* & biliosa conſtitutione: nec non ſangvinea aliam, quàm melancholica. *Infans* ex ubere nutricis adhuc pendens, alia via tractandus eſt, ac qui iam ſeptem aut octo annos natus eſt: nec non hic alia ratione, ac qui pubertatem jam attigit, & ex ephœbis exceſſit. *Mulieres*, quæ ex ſuppreſſis menſtruis, & matricis impuritatibus huic morbo obnoxiæ fiunt, alias curationum indicationes nobis exhibent, ac *viri*, qui aliunde, alias ob cauſas, eodem morbo affecti ſunt.

Atque hæc quidem nobis ſedulò tum in *prophylactica*, tum in *therapeutica* obſervanda ſunt: in quibus primò, generalia præſidia ſemper afferemus, ex quibus particularia remedia, pro diverſis morbi differentiis ac cauſis, temperamentis, ætate ac ſexu derivabimus ac inſtituemus; eamque rectam medendi methodum in unaquaque epilepſiæ ſpecie uſurpabimus & accommodabimus: nec non pulcherrimos quoque remediorum flores, ex celeberrimis quibusque Dogmaticis, tum Græcis tum Arabibus & Latinis, tàm antiquis, quàm recentioribus, ſeligemus: atque hoc *ſertum eximiis ac pretioſis Hermeticorum unionibus & margaritis* illuſtrabimus ac decorabimus, nec labori ulli aut vigiliis parcemus, quin quicquid à Deo accepimus, in uſum publicum, & proximorum noſtrorum utilitatem, candidè referamus.

Ab illa igitur *therapeutices* parte, hoc eſt, à curatione morbi, quum inſultus ſuos & paroxyſmos ciet, exordiemur. Qua in re, præter unicam curationis indicationem, quæ in morbi exacerbatione mitiganda ac profliganda, poſita eſt, in univerſum nihil deſideratur. Atque ut eam, quam nobis propoſuimus curandi methodum, ordine perſequamur, quam à quolibet æquo judice, ut elegantem & utilem probatum iri facilè mihi perſuadeo: pro ea, quam Dogmaticorum ſcholæ vovimus reverentia, in primo huius certaminis agmine, primum locum *Dogmaticis* tribuemus, eorumq; in tanto ac tam atroci morbo debellando methodũ, quibuſque uſi remediis fuerint (cùm exacerbationibus ſuis morb' æſtuat) in medium proferemus. Sic igitur ſcribebat Oribaſius *ſynop. lib.* 8. *cap.* 3. *Curatio epilepſ. ſecund. Dogmat.*

Vbi concidit aliquis, convulſa & diſtracta membra ſunt perungenda, tenendaq; ac dirigenda: deinde os aperiendum, digitusq; immittendus, aut penna oleo irino imbuta, ut pituitam evellamus. Odoramentis quoq; ſenſus excitare oportet, veluti peucedano, ſucco Cyrenaico (id eſt, aſſafœtida) bitumine, cedria pice.

Poſt

Poſt acceſſiones ſi nihil impedimento eſt, vena cubiti incidenda eſt. Si nihil remittat acceſſio, extrema partes ſynapiſmo oblinendæ ſunt, cucurbitula præcordiis affigenda. Si per hæc morbus non ceſſavit, exigua ſpes eſt: & tamen Medicus audacter, & vi etiam adhibita, caſtoreum, & ſuccum Cyrenaicum, cum melle & aceto ori infundat. Per ſedem verò centaurii aut colocynthidis decoctum iniiciat. Qui ex morbo convaleſcunt, viribus refectis ex hiera purgari debent. Atq; hæc quidem eſt recentis & acuti comitialis morbi explicata curatio. Paul. lib. 3. cap. 13. *Paulus Ægineta* iiſdem propè verbis illud ipſum inculcat. *Aetius* Aet. tetr. 2. ſer. 2. cap 13. quoq; in hæc verba loquitur: *irruente igitur comitialis morbi exacerbatione, convulſas & obtortas partes deligare oportet, inungere, ac dirigere. Deinde diſparato ore, pennam oleo illitam immittere, cyprino præſertim, aut Irino, aut narciſſino, & vomitum irritare: quo incumbentes ex ſtomacho humores extrahantur. Oportet etiam odoramentis ſenſum irritare, velut peucedano, aut ſucco Cyrenaico. Perſeverante vero exacerbatione Medicus confidenter cogens, ac mandibulas diducens, caſtoreum ori infundat, & ſuccum Cyrenaicum cum aceto mulſo. Revocatis autem ipſis, per ſedem infundatur centaurii ac calaminthæ decoctum, aut ariſtolochiæ: deinde recuperatis viribus, per hieram ex colocynthide purgetur.* Sic Græci authores, atque etiam ipſi Arabes, uno & eodem remediorum conſenſu, iſtius mali paroxyſmos ſedare & profligare conati ſunt, ſecuti hac in re *Galeni conſilium lib. de loc. affect.* explicatum.

Atq; his veteres præſidiis ægros, ſive nobiles, ſive infimæ ſortis homines ex paroxyſmis in omni epilepſiæ ſpecie reſtituebant. Quorum quidem remediorum formulas verbum verbo ferè ex eorum ſcriptis excerpſimus ut, quod ſit in medendi methodo inter *antiquos Dogmaticos*, & recentiores eorum adhuc ſectatores, tum in ipſa medicamentorum varietate, tum eorum diverſa præparatione, adminiſtratione & uſu diſcrimen, eluceſcat, quod ipſis oculis ſubjiciemus. Patefacienda enim nobis eſt continua quadam ordinis ſerie (ne confuſionem inducamus) therapeutica curatio, quam ſpeciatim in infantulis, adhuc ex mamma pendulis, & potentioribus remediis ſuſtinendis (quæ grandiores ferre poſſint) imparibus, obſervabant ac uſurpabant. Cùm enim lactantes infantes huic morbo frequẽtiùs ſint obnoxii, ex eoq; ſæpiùs mortem incurrant: eorũ ſaluti, quantũ ab iis fieri potuit, ſedulò proſpexerunt.

Inter veteres *Græcos Dogmaticos* copioſiſſimè ac ſpecialiſſimè omnium curam infantum, hujuſmodi epilepticis inſultibus conflictatorum, aggreſſus eſt *Aretæus Cappadox*: cujus idcircò diſertè ipſiſſima verba & voces viſum eſt huc trajicere, quòd iis ſigillatim ac minutim, quæcunque ad infantis, epileptico paroxyſmo convulſi, reſtitutionem faciunt, videatur de induſtria aperire & explicare: *Pueris itaque, inquit, quibus ex corruptione, aut ex vehementi refrigeratione, inuſitata hæc labes inceſſit, vomitus aut cibi, aut pituitæ, aut aliorum quorundam ciborum, prodeſſe conſuevit. Penna autem Irino unguento, id eſt,*

id eſt , oleo delibuta nauſeam excitant. Veruntamen & Irino, non uſq; ad convulſiones, tonſillæ ſunt illinendæ. Comprimere quoq; leviter ilia opus eſt , puerum in ventrem ſuſpenſum convertendo. Hæc enim figura ad vomitum habiliſſima eſt. At ſi vellatur, aut diſtorqueatur inferior maxilla aut manus & crura jactentur, aut unà cum toto corpore oculi diſtendantur , manibus perunctis tractando , demulcere convenit: obtorti oculi dirigendi ſunt: rectæ partes ne torqueantur, ſuaviter continendæ: frigida membra lanis, antiquis, ſordidis, attritisq; panniculis fovenda. Sedem præterea melle cum rutaceo inungito, aut cum nitro, aut reſina liquida cum his mixta. Hæc quoq; leniter intra anum intrudito. Flatus enim proliciunt. Flatuum autem excretio hujuſce mali in pueris medela eſt. Porrò ſi deglutire valeant pharmacum, iſtud exhibendum eſt: cardomomi pars, æris combuſti ℈j. *hæc ex mulſa propinato. Aut enim evomunt unà cum humoribus ventriculum infeſtantibus, aut alvus ſubducitur. Optimum quoq; eſt eiusmodi linctuarium : cardomomi, ſinapis, hyſſopi coma par pondus, radicis Iridis partem cum nitro miſceto, & maxillam diducens in os effundito. Interius etiam, quàm ubi ſunt tonſillæ, quo deglutire valeant, inijcito. Hæc adeo pueris expediunt. Iuvenibus quidem & hæc quidem proſunt, verum potentiora etiam hic medicamina ad vomitum deligenda ſunt, ut narciſſi, bulbi, ſynapis & hyſſopi pares partes, æris & piperis dimidio minus quam priora , cum melle miſcens , exhibe. Hæc profectò ad levandam exacerbationem abunde fuerint.*

Hæc *Aretæus*, antiquiſſimus & celeberrimus ſcriptor, quem conſtat nulli ſectæ addictum fuiſſe , ut ipſemet apertè oſtendit, cum à *Democrito, Archigene, Hippocrate, Ariſtotele & quibuſdam aliis* diſſentiat. Hippocrate quidem ætate poſterior eſt : ſiquidem eum nonnunquam teſtem adducit, ejusque dicendi formam , hoc eſt, brevitatẽ cum gravitate conjunctam præ cæteris omnibus æmulatur. At *Galeno* cognita fuiſſe ejus ſcripta nuſquam apparet, quum eorum nullam uſpiam ſuorum librorum mentionem faciat , & ſi ætate *Galenus* poſterior fuerit *Æginetæ*, videtur ejus libros legiſſe, quum ſic quartum ſuum librum auſpicatur : *Aretæum Cappadocem ita dicere arbitror, &c. Aetius* de illo quoq; variis in locis verba facit. Inter *Ionicos* dictione, elocutione & ſententiis excellit : cujus interpretem habuimus celeberrimum noſtri ſeculi virum, *Paulum Iunium Craſſum.* Hoc unum deſideratur , quòd Græcum ipſum exemplar, multis in locis carie & vetuſtate eroſum , interpretationem nobis mutilam, imperfectam, diſſutam & laceram reliquerit. Ita ut prima quatuor totius operis capita, quæ de cauſis & ſignis acutorum morborum agunt, deſiderentur, aut tota imperfecta ſint. Imò etiam quintum ipſum caput, de epilepſia, de qua hic agimus, differens, principio ſuo truncatũ ſit. Sed ab inſtituto quodam̃odo digreſſi ſumus, quod idcirco fecimus ut antiquitatem & præſtantiam hujus authoris palam exhiberemus: qui in curatione, vel infantum hujuſmodi remedia metallica, aliaq; id genus pernicioſa potiùs quàm ſalutifera, quæque intra corpus ingeri ſit nefas

& le-

& lethale ex multorum opinione, tamen non reſpuit: imo admittit audacter, nec veretur ipſis infantibus lactantibus æs uſtū, citra aliam ullam præparationem, a ſcrupuli unius doſim, vel majorem etiam grandioribus, ad provocandum vomitum, præſcribere. Quo evacuationis genere æquè frequenter, ac feliciter in hujuſmodi ac plerisque aliis affectibus utebatur Antiquitas, ut ſuo loco apertiùs diximus. Quod tamen remedii genus pleriq; omnes execrantur, tanquam antimonium redolens. Quod tamen à perito artifice & Medico, non ignaro ejuſmodi, ita debitè præparari & adminiſtrari poteſt, ut citra vim ullam, & noxam minorem eâ, quæ ex elleboro albo (convulſivo utiq; tam uſitato & familiari *Hippocrat. & Galeno*, totique Antiquitati) fœliciſſimo ſucceſſu exhiberi poſſit. Exemplum de antimonio attuli, ut oſtendam, perinde ac ex ære uſto, ſic ab antimonio, quæ vitriolatæ ſunt utrumq; naturæ: nec non ex vitriolo, ipſoq; mercurio, ſulphure & aliis id genus mineralibus & metallicis, non minùs utilia, imò etiam præſtantiora remedia elici poſſe, in omnes aſtralium tinctuarum, & fixas radices habentium affectus, quàm ex vegetabilibus parari ſolent, aut poſſunt. Veteres thermis & metallicis aquis calidis uſi ſunt. Quod ex ipſo *Aretæo* videre eſt *lib. 1. de curat. melanch. Medicamenta enim, quæ in his ſunt ingenita, inquit (de aquis ſpontè calidis loquens) opem ferunt, bitumen videlicet aut ſulphur, aut alumen, ac multò his plures alia facultates.* Quin etiam hodierni noſtri medici, qui tantopere ejuſmodi remediorum metallicorum uſum aſpernantur & rejiciunt, ad ea ipſa confugere coguntur, & ſuos ægros ablegare, quibus nullam opem ex variis ſuis vegetabilium auxiliis ferre queunt. Unde tot tamque felices exitus ſortiuntur ægri (ut omnium oculis experientia patet) ut ad ipſam experientiam ejuſmodi detrectatores & contemptores obmureſcere debeant, & à tam utilium ac ſalubrium medicamentorum contemptu ac contumeliis deſiſtere.

Antiqui etiam uſi ſunt metallicis.

Præſtantia mineral. medicam.

Galen. mineralia aſpernantibus eadem ſunt extremum refugiū.

Sed ad inſtitutum redeamus, & productis in medium antiquorum auxiliis, quibus in genere, in ipſis morbi paroxyſmis utebantur, nunc primò communia aut vulgaria, quorum adhuc hodie in hunc finem apud Dogmaticos continuus eſt uſus, nec non apud eos etiam, qui elegantes illas Hermeticorum præparationes delibarunt, afferamus. Quo peracto, ad *prophylacticen* ex præſcripta methodo nos accingemus, in qua antiquorum quoque remedia, ad radicitùs eruendum hoc diuturnum malum, ut non ampliùs recurrat, vel ſaltem ad paroxyſmos ejus moderandos ac mitigandos, eorumq; frequentiam remorandam apta & congrua patefaciamus. Ac tandem toti huic negotio ornamenta illa Hermeticorum præſidiorum, ac elegantes præparationes ſpagyricas, ex vegetabilibus, animalibus & metallicis ſubſtantiis depromptas, tanquam colophonem addemus. Ubi nec in ejuſmodi malum ſpecificas medicationes reticebimus.

Digitized by Google

Ac inprimis de illis in genere agemus: poſtea in formulas ea redigemus, ut tyrones quoq; ex noſtro hoc ſcripto fructum aliquem reportent, avidiusque ipſum, ſpe fructus ex eo percipiendi, amplectantur.

Particulares indicationes paroxyſmorum.

Indicationes parox. epil. præſcientes. Ut igitur præſentem mali exacerbationem aut paroxyſmum profligemus, præcipuæ erunt intentiones & ſcopi, ut promptè materia diſſipetur, aut excoquantur craſſi illi vapores malum inducentes, aut ut materia evacuetur, revellatur, atque aliò adigatur, corrigatur, contemperetur, aut infringatur venenoſa illius & virulenta acrimonia, tandemque cerebrum, aliæque corporis partes affectæ corroborentur. Quod præſtabitur tàm intrinſecus aſſumptis medicamentis, quàm extrinſecùs admotis: ut nimirum in diſcuſſionem aut coctionem vaporum ejuſmodi aquas theriacales, odoramenta & ſuffitus varios, linimenta ex oleis, nec non emplaſtra, cataplaſmata, ſacculos, & id genus alia uſurpemus ac diſtribuamus. *Ad revulſionem* verò & derivationem, aut etiam evacuationem, purgantia, vomitiva, clyſteres, errhina, maſticatoria, veſicatoria, cucurbitas, ligaturas, frictiones adhibeamus. At commoderatio & correctio malignæ ac venenoſæ materiæ, alexipharmacis præſtabitur antiepilepticis, ac ex tota forma ſpecificis propriiſque medicamentis. Quod *ad corroborationem* partium & horrendorum ſymptomatum, hunc affectum comitantium, lenitionem ac mitigationem attinet (quales ſunt *diſtorſiones, convulſiones aut ſpaſmi, dentium ſtridores, exſpumationes,* atq; id genus alia) iis rationibus ſuccurretur, quas alicubi explicabimus.

Atque hi ſunt ſcopi; ac univerſalis ordo, quem citra perturbationem ſequi decrevimus, quemq; ab omnibus veris Dogmaticis, in paroxiſmis hujus morbi profligandis, inſtitui par eſt. At quùm ejuſmodi epileptici inſultus ſæpiùs ſint ferociſſimi ac vehementiſſimi, horrendoq; modo ægrũ odorianrur, uſq; adeò, ut non modò aſtantes terrore percellat, ſed vel ipſos etiam celeberrimos ac in arte expertiſſimos Medicos in ſtuporẽ adducat: quique etiam frequentiùs, non prius ab ægris diſceſſionem faciunt, quàm eos jugulaverint: quàm promptiſſimum tum ac celerrimũ adducendum eſt auxiliũ, non expectatâ eâ curandi methodo, quam ſuo ordine præſcripſimus. Periculum enim eſt in mora. At eum quidem ſequemur ordinem, cùm inducias morbus concedet, & diuturnitatem quandam atq; temporis intervallũ promittet ac erogabit.

Quùm autẽ infantuli, vel ex mamma pendẽtes, hujuſmodi affectionib. maximè ſint obnoxii, ac in eas proclives (quorũ utiq; major eſſe debet quã aliorũ commiſeratio) æquũ eſt, ut ab eorũ cura auſpicemur, eaq; notemus auxilia, quę pro ętatis eorũ tenellę imbecillisq; naturę ratione, ſpecificâ ſua proprietate fœlicẽ opẽ ferre poſſint.

Tunc igitur, cùm inſultũ morbi patientur, quàm citiſſimè fieri poterit, oris pituitoſa ſpuma detergebitur, *Ad paroxiſ. infantum* tes

Digitized by Google

infringendum, dentes diducentur, ac obſtabitur, ne lingva iis contractis & cōpreſſis, ſaucietur, aut etiam amputetur. Quod præſtabitur cochleari ab argenteo inter ſuperiores & inferiores dentes interpoſito, ac ſatis profundè in guttur demiſſo, aut aliquo ex liquiritia bacillo, vel ex pęonia, vel etiam eburneo, ſi quid ſolidius deſideratur. In quod apertum gutturis ſpatium, digitus oleo amygdalarum dulcium delibutus, ad pituitam aut phlegma educendum, immittendus eſt. Quo etiam temporis momento nutrix ab occipitio totam ſpinæ dorſi longitudinem infantis perfricabit, ac inunget oleo ſequenti compoſito.

R. *Oleorum rutacei, lumbricorum, ana* ℥ij.
Olei de caſtoreo ℨj.
Aquæ vitæ parum, miſce.

Eodem oleo brachia & crura, ſi contrahantur, confricabuntur & inducentur, utriuſque pedis pollicem, nec non & manuum digitos comprimendo, aut aliqua alia ligatura mediocri conſtringendo. Sertulum etiam ex ruta & pæonia, additis ſuo tempore liliorum convallium, calendulæ & tiliæ floribus, naribus olfaciendum præbebitur. Nec non aurium limina, nareſque atque tempora ſequenti compoſitione foventur.

R. *Theriacæ Alexand.* ℈j.
Confect. Alkermes, & de hyacintho ana ℈j.ß.
Aquarum pæoniæ, liliorum convallium & ceraſorum nigrorum ana ℥.ß.
Aquæ cinnamomi ℥.ß. miſce.

Quin etiam ſi ad cochlearis argentei menſuram, de eadem aqua, adiecto modico ſyrupi de pæonia, infanti ſorbendum detur, utiliſſimum fuerit. Capiti etiam, nec non ventriculi orificio, inducetur hoc ſequens cataplaſmatis aut cerati genus.

R. *Pulveris rad. Ireos, flor. pæoniæ, viſci q. ana* ℨj. *Cataplaſma.*
Pul. flor. menthæ, hyperici, betonicæ, thymi, maior. ana ℥.ß.
Pul. ſem. pæo. bacc. iunip. ana ℨj.ß.
Theriaces, mithridatii ana ℨvj.
Olei de caſtoreo ℥.ß.
Olei aneth. rut. & menthæ ana ℥j.ß.

Mithridatium & theriaca cum oleis ad ignem liqueſcant: deinde ſenſim extra ignem, pulveres addantur, & fiat inſtar cataplaſmatis, vel addita cera inſtar ceroti. Hoc ſuper linteo extenſum, & in emplaſtrum forma literæ T. concinnatum, coronali ſuturæ ſuperinducetur; aliudque in ſcuti ſtomachalis figuram orificio ventriculi, nec non eâ parte colli, quâ occipitio committitur, quam *nucham* vocant, apponetur.

Quibus utique remediis ſi malum non vincatur, ac paroxyſmorum crebra recurrat iteratio, remiſſionum & quietis intervallis, vomitus pennâ, oleo amygdal. dulcium perfusâ, ſatis altè in guttur demersâ, provocabitur. *Vomitorium.* Aut in eundem ſcopum *accipe aceti ſcyllitici, cochlearis argentei menſuram, olei amygdalarum dulcium ſemicochlear, ſacchari antho-*

Digitized by Google

ſati modicum: fiat mixtio, quæ infanti ſorbenda exhibeatur.

Ad incidendam autem materiam mucilaginoſam, cuius ex vaporibus huiuſmodi paroxyſmi ſuſcitari poſſunt, eamq; leni aliquo vomitorio educendam: pronus erit in faciem, & ventriculum componendus infans ad lenem ignem, ne frigus contrahat, quo ſic facilius vomitus conſequatur. Quin & ſi commodè ei iniici poteſt clyſter, cuius modum deprome ex Pharm.

Clyſteris locum, ſi eo infans uti non poteſt, ſupplebit glans vel ſuppoſitorium ſatis acre. Omitto hîc ptarmica, quorum poſthac plures licebit deſcriptiones conſpicere; quibus ſub finem remediorum omnium, & in extremis tantùm utendum eſt. Etenim in infantulis & mollities & imbecillitas cerebri, ut plurimum etjam mole humiditatum & vaporum gravati, ſuſpecta eſſe debet, verendumque, ne, ſi ea materia ſternutatorio commoveatur, repentina illa agitatione ii potius ſuffocentur, quàm in meliorem ſtatum reſtituantur. Idcircò cautè & prudenter eiuſmodi remedia infantibus adhibenda ſunt, ne ſecus quàm par eſt, res ſuccedat.

Ptarmica infantibus cautè adhibenda.

Atque hæc commemorata ſint ſubſidia, quæ ab urgente paroxyſmo infantes liberare ſolent: quorum præparatio facilius, uno propè momento expediri poteſt, & ea, pro quavis temporis & morbi occaſione, promptè adminiſtrari. Similia etiam in eundem finem occurrunt ex *vegetabilibus* remedia, quæ non deſinunt eſſe ſpecifica, ſed longioris & exactioris præparationis, quàm quæ vulgaria ſunt, quæque artificem medicum exigunt, non verborum tantùm peritum, ſed rei ipſius, hoc eſt, artis ſpagyricæ non ignarum: quorum auxiliorum aliquot hîc formulas adnectemus: ſed quum eiuſmodi præparationes longiuſculum aliquod temporis ſpatium requirant, maturè ea præparanda erunt, ut urgente neceſſitate præſtò ſint, in cuiuſvis ægrorum ſexus & ætatis ſubſidium.

Rondeletius ex primis meis præceptoribus unus, magni utique nominis vir, & qui ex variis, ſive in Italiam, ſive aliò, peregrinationibus ſingulares & raras experimentorum obſervationes retulit, hanc ſuam in utramque huius mali curationem ſpecificam habebat hirundinum aquam, cuius ex ſcriptis formula peti poteſt. Nec ſatis ſcio, qua primùm conjectura aut ratione eiuſmodi avium proprietas & virtus in huiuſce affectionis auxilium perſpecta ſit congruere, ut ex illis aqua in hunc uſum extillaretur; niſi fortè ex *Alex. Trallian.* ſcriptis *libro* 1. *cap.* 5. ubi de his tractat, quæ naturaliter ad comitiales valent, tracta ſit experientia. Scribit enim author ille, inter alia multa ſpecifica remedia, quæ ab *Archigene*, *Apollonio*, *Theodoro*, *Xenocrate*, & antiquis aliis medicis & philoſophis mutuatur, hoc quoque mirificè agere: duos videlicet lapillos, quorum alter ſit niger, alter verò albus. Hunc, inquit, comitiali collapſo

Aqua antepilept. ſpecifica Rondeletii

lapſo imponito, & ægrum excitabit: illum verò nigrum ſcilicet, cuti alligato. At hirundines dicuntur primò pullis hos lapillos dare, qui non facilè inveniuntur, niſi univerſis pullis in totum diſſectis. Ego verò iſtis parum fido remediis, aliisque ſimilibus, de quibus poſthac loquemur. Veruntamen ſi iis radices pæoniæ, angelicæ, caſtoreum, & id genus alia adiiciantur, ut ego admiſcere ſoleo, quæ corroborando cerebro, diſcutiendis & abſumendis vaporibus, hunc affectum ſua obſtructione & maligna qualitate generantibus, apta ſunt, eorum potiùs efficaciæ & virtuti auxilii vis, tum promptè ab inſultu paroxyſmi ægrum expediendi, tum mali radicum evellendarum, quàm aliis, tribuenda eſt.

Deſcriptio igitur *in Pharmac. reſtitut.* miræ virtutis hirudinum aquæ ſubſtituantur, quæ non modo intus exhibeantur ſed etiam eodem liquore *aurium & narium* patientis inferiora foveantur.

Non alia ratione, ſed ſimili propè modo ex Picis laudatiſſima paratur aqua, huic affectui congruentiſſima, quam *in noſtra* quoque *Dogmaticorum reſtituta Pharmacopœa* deſcripſimus.

Quomodo mulieres hyſterica paroxyſ. epil pt. correpta ſint tractanda. Si mulier fuerit, quæ hoc morbo torqueatur, metusque ſit, hunc affectum aliqua *hyſterica affectione* ſtipari: ſuccurretur u..g.lbani, rutæ, aſæ fœtidæ, pennarum perdicinaru... teſtaru... odoramentis naribus exceptis, ...ibus matrix ad infernas partes detrubetur. Fortes etiam ligaturæ femoribus & cruribus adhibeantur: nec non cucurbitæ, aut terrea ſcatella, vino imbuta, in quo meliſſa, calamentum, matricaria, & id genus alia incocta fuerint, linteo involuta calidè umbilico adaptetur.

Cæterum intrinſecus & extrinſecus alia, quæ jam commemorata ſunt, præſidia adminiſtrabuntur, niſi fortè doſis medicamentorum augenda ſit, & clyſteribus, ex cephalica decoctione factis, benedicta laxativa, hiera *Paccii* adiiciantur, atque inter metalla, mercuriale, ſuffocationibus matricis ſpecificum & peculiare medicamentum: quibus adhuc unica vel duæ caſtorei drachmæ addi poſſint. Grandioribus infantibus & hominibus eadem propemodum auxilii & adminiſtrandi ratio uſui futura ſunt, augendo doſin, pro ætatis & virium uniuſcujuſq; obſervatione, valentiora etiam iis citra metum exhibendo. Ingentibus enim medicamentis ac validis in morbo comitiali opus eſt, inquit *Aretæus*.

Expediendo autem ſuis impedimentis cerebro ſummâ cura incumbendum, ſi primaria affectione laboret, idque quàm promptiſſimis remediis fieri poterit, ut errhinis & ptarmicis congruis. At ſi ex ventriculo vitium oriatur, ea ſtatim adminiſtrantur remedia, quæ vomitum concitent. Si aliunde ſuſcitatur, ſuis quoque auxiliis ſingulæ partes adiuventur.

Ptarmica ex *Pharmacop.* peti poſſunt, quæ *naribus indita magnam ſeroſa aqua copiam prolicient.*

Q 3 Hoc

Hoc utique ſubſidium cuidam epilepſiæ & apoplexiæ ſpeciei congruit, cùm cerebrum videlicet nimia pituita aut excrementoſa humiditate ſcatet, unde malum procreatur.

Aliud etiam poteſt ſternutatorium concinnari, quod naribus non opus fuerit inſufflare, ſed ſolo odore eas ſuffire, unde crebræ, & copioſæ ſternutationes ciebuntur. Si ptarmica nodulo ſuſcepta in aqua pœoniæ vel ſimili macerentur & narib. admoveantur.

Quæ medendi ratio mihi magis probatur, & ad rem magis appoſita eſt, cùm inſufflati pulveres vim & noxam cerebro delicatiorum hominum & infantum maiorem inferant, ipſosque violentius offendant ac lædant.

Veteres præſtantius vomitivum helleboro albo nullum habuerunt. Multa deſcribere poſſemus, minùs quidem vehementia: at aliis omnibus citra diſcrimen tutiora. Sed inter omnia, hoc quod ſequitur, in omnibus id genus affectibus ſingulare & congruentiſſimum ſubſidium eſt, *ſal videlicet colcotharis vitrioli extractus, ſi ex ſyrupo ſcyllitico ad ℈j. propinetur.* Mira enim tùm præſtabit. Idem ſal naribus inſpiratus ſternutationem etiam egregiè ciet, citra vim cerebrũ ſeroſis ſuis excrementis expediens. Atque hoc quidem ex ſpagyrica arte petitum eſt remedium : attamen quod fortiùs nec non fœliciùs operatur ære uſto, quod, ut diximus, in maximo fuit uſu apud antiquos.

Vomitorium præſtans.

Illi præterea, ut epilepticum inſultum ſedarent, inter alia auxilia, ſangvinem ab ipſis ægris profluentem (quod plerunque accidit ex contuſione ab inopino lapſu ægrorum) vel ex naribus, vel ex aliqua alia corporis parte aſſumebant, eoque labia ægri fovebant ac perungebant, ut eos expergefacerent, ac promptè paroxyſmum diſcuterent. Si autem non flueret ſangvis ex lapſu, ſolebant aut pollices pedum configere & lancinare, aut ab alia corporis parte vulnerata, ſangvinem educere. De his ſic ſcribit *Alex. Trall. ex Apollonii commentariis,* & antiquioribus auxiliis, *comitiali collapſo inquit, ubi à magnis pedum digitis, ſangvinem lancinatu extraxeris, labia & frontem ipſius inungito, & inde reſurget.*

Didym. Alex. Ben. 1. cap. 37.

Lib. 1. cap. 15.

Sunt qui hodie & huius morbi, & aliorum, qui habentur graviſſimi & incurabiles, auſint ſanationẽ verbis, chartæ pendulæ inſcriptis, characteribus, ſortilegiis & incantationibus promittere. Quam proſſus curandi rationem, ut abominandam adiicio & execror. Si quidem omnes morbi, ac inprimis qui graviſſimi ſunt (qualis inter alios epilepſia eſt) celeberrimum aliquem Medicum doctiſſimum, ac in arte ſublimem & verſatiſſimũ deſiderant, qui & morborum naturã & eorum cauſas optimè callens, vera & apta remedia potiùs conferat, quàm Terpander ille, Arion & Iſomenes Thebanus, qui, *ut ſcribit Agrippa,* cantilenis ac ſuavibus melodiis, vel deploratiſſimos morbos profligabant aut ſedabant. Quæ ut fabuloſa planè & mera ſtulta

Superſtitioſi curandi modi.

ſtulta apud me ſunt: admitto tamen, quod & veri omnes Medici faciunt, non parum ſuaves illas cantiones & melodicos concentus, ſive vocum, ſive inſtrumentorum muſices, imò quamplurimum, ac fœliciſſimè, multis affectibus prodeſſe. Hac enim ratione conturbatus ſpiritus componitur, & quieti ſuæ reſtituitur, ut ex hiſtoria Davidis apud Saulem regem diſci poteſt. Quin & recipio, quod ab aliis quibuſdam autoribus ſcribitur, eos nempe, qui à tarantulis punguntur, ad eam inſaniam redigi, qua perpetuò ſaltitant, nec iſta deſipientia priùs liberari, quàm ſuavibus concentibus ac muſices & inſtrumentorum harmonia ea ſedata ſit. Simile quid teſtantur mellitæ illæ voces, quibus ſuaviter demulcemur & faſcinamur. Ut enim acerbis & minacibus verbis ſæpenumerò commovemur, & in furorem adigimur: ſic blandis contrà & amicis ſermonibus componimur ac demulcemur, uſque adeò tanta eſt in ſpiritus noſtros verborum vis & efficacia In hunc finem *Menander* doctum hoc ac veriſſimum ſcriptum reliquit:

Muſici concentus facultas.

Sermo enim eſt triſtitiæ remedium ſolus,
Triſtitiam enim benevolus ſcit medicari ſermo,
Sermo medicus eſt, quæ eſt in animo, paſſionis,
Animi ægrotantis eſt medicina ſermo;
Maximum iræ eſt remedium ſermo.

Neque ex his inferri debet, incantationum, verborum inſuſurrationum, characterum collo appenſorum, & id genus aliorum remediorum, certum firmumque eſſe fundamentum, cui inniti debeamus. Quorum quidem nonnulla à veteribus uſurpata ſunt, ut qui de iis etiam loquuti ſint, quæ alligantur, & quæ naturaliter comitialibus obſiſtunt, ut ſcribit *Trallianus ex commentariis Archigenis.* Quæ quidem remedia à noſtris hodie *amuleta* nuncupantur. *Iaſpis* aëreum colorem habens, aut ſimilis callaino digito impoſitus geſtatur & liberat. Itemque *aſini frons* cuti alligata, geſtataq; idem præſtat: ut & *chryſolytus & corallium* faciunt ex eodem met Trall-iano. *Galenus* uſus eſt, & apprimè laudavit, *radicem pæoniæ* collo appenſam: cujus ſimilem habet effectum *viſcus querc.*

Trall lib. 1. c. 15. ſub finem.

Amuleta antepileptica.

Gal. ſimpl. 5.

Commendatur etiam hodie *alcis ungula*, cujus ſive totum, ſive pars in pugnum complicata confeſtim paroxyſmum abigit. Ab aliis eadem in annulos conformatur, quæ ex aliquo digito vulgò geſtari ſolet. Indagandi autem hujus auxilii cauſam & anſam præbuerunt multorum ſcriptorum commentarii: qui, cùm hoc animal hujuſmodi caduco morbo obnoxium eſſe ſcribant, ubi inſultu ſe invadi percipit, ſolere, ajunt, ungulam pedis ad aurem admovere, ſeq; hoc à paroxyſmo liberare. Sed hujuſmodi virtutum ac miraculorum pe trara aut nulla etiam adhuc experientia & veritas mihi innotuit. Quorum tamen auxiliorum proprietates nolim prorſus explodere aut denegare; præſertim ſi à docto medico & in veterum

ſcriptis,

ſcriptis, ceu ſunt *Alberti Magni*, & aliorum magnorum Philoſophorum, qui de lapidum virtutibus, & id genus aliis, phyſiognomicam quandam naturam præ ſe ferentium comentarios conſcripſerunt, exercitatiſſimo eam in conſilium & uſum tutæ ac legitimæ adminiſtrationis præſcripta fuerint.

Nec alia ratione compulſus eſt *Galenus* ad uſum *peoniæ*, quam è collo ſuſpendebat geſtandam, quàm eo, quòd in ejus experientia verſatus, agnoſcebat etiã eam citra vehementem calefactionem referandi viribus pollere, aut tenuitate partium & odoris vi, per ſuam anathymiaſin, diſcutiendæ materiæ venenatæ epilepſiæ facultatem obtinere. Quibus virtutibus ſignaturam ipſam hujus plantæ adjiciemus, cujus caliculus aut caput, ante quàm flores ex eo excludantur, analogiam quandam habet & ſimilitudinem ad cranium humanum in quo ſutura coronalis ſpectatur, in cujus partibus interioribus rubor quidam florũ, in obſcuro nigreſcens, fulminis alicujus ſimilitudinem exhibet, quaſi ipſam epilepſiam (ſideratum morbum) in cranio repræſentans: quæ idcircò congruum huic morbo medicamentum eſſe teſtatur. Inducti porrò quadam ſuperſtitione veteres ad oracula confugerunt, ut huic morbo tàm gravi & occulto ſubſidium compararent. Qua de re ſic ſcribebat idem **Trallianus** ibidem: ***Democratem Athenienſem ferunt, quum adoleſcens eſſet, & morbo comitiali teneretur, ad Delphos profectum fuiſſe, & ibi Deum rogaſſe (quum pleriq; ei offerrent alliganda morbo contrari a) quali ex eis uteretur, hocq; à Pythia reſponſum accepiſſe:***

Signatura Pæoniæ

De grege ſume capra majores ruris alumnæ
Ex cerebro vermes, & cum dato tergora circum
Multiplici verme, pecoris de fronte revulso.

Democrates, quum hæc audiviſſet, meditabatur, quid tunc Deus (Dæmonem intelligendum) ***loqueretur. Profectus autem ad Theognoſtum Democratium, nonageſimum octavum annum jam agentem, oraculum denunciat: qui miratus vehementer Dei prudentiam, vatis Pythiæ obſcuritatem & obliquum dictum, ſententiam vatis in hæc verba aperuit.*** Gregatiarum, ***inquit***, caprarum caput naturaliter multis vermibus juxta cerebri baſim, plenum efficitur, ac ſternutamentis animali obortis multi vermes in nares capræ inſiliunt. oportet igitur veſte ſubſtrata, ne terram attingant, illos excipere, unum vel tres, & inditum pelli nigræ ovis, tenero collo alligare: atque hoc naturaliter adverſari.

Quod auxilii genus quis quàm turpiſſimum & inſulſiſſimum eſſe inficiabitur? utpote quod ex authoris omnis corruptionis, falſitatis & mendacii officina emergat. Sed iſta, ut & plura id genus alia, tanquam abſurdiſſima & ineptiſſima miſſa faciamus, & quam de iis opinionem concipiebat idem ***Trallianus***, audiam', quum longum poſtea de iis catalogum attexens, in hæc verba (quæ in ſuũ uſum Hermetici ipſi trahere poſſunt, adverſus quoſdã pervicaces noſtri ſeculi Dogmaticos) ſic loquitur:

Hæc

Hæc ſanè à veteribus dicta ſunt, tanquam naturaliter, hoc eſt, latenti natura, efficacia. At quæ nos edidimus, ſecundum quandam viam & rationem, quam Græci methodum vocant, dicta ſunt: ac convenit peritum omni modo auxiliari, tùm naturalibus utendo, tùm ſcientifica ratione, & artificiali methodo, quòd rectà, ut dici ſolet, omnimodo properandum ſit, ut longo morbo & pravo hominem liberes. Mihi ſanè omnibus uti placet. Quia verò plerique hoc tempore indocti accuſant eos, qui utuntur naturalibus, cavi, ne continuè iis, quæ naturaliter operantur, uterer, conatuſque ſum artificioſa vi, & ratione morbos ſuperare. At novi, non modò comitiales, ſed etiam alios morbos pleroſque victu & medicamentis fuiſſe perſanatos, &c.

At quid cunctamur in tàm horrendo & deplorando miſerorum epilepticorum ſpectaculo? Cur à tàm crudelibus & ſtupendis cruciatibus, vel fortiſſimum quemq; animũ proſternentibus, nũ deterremur. Ex hoc igitur carcere pedem tandem educamus: ſed quò demum greſſum dirigemus? Nunquid cupientes vitare charybdim in Scyllam devolvemur: At humaniorem fortè, nec vinculis uſq; adeò adamantinis atrocem, cùm captivos, in eo ergaſtulo paulò tolerabiliore, quadam dolorum intermiſſione frui conſtet, & lunari quadam quietis interpoſitione demulceri. At mirum eſt utiq;, in eo cenſu, vel ipſos tiarâ & coronâ præcinctos Reges, monarchas & principes annumerari, nec cujuſvis ætatis ac ſexus humanum genus nullo diſcrimine, ei aſcribi. *Miſeranda ſymptom. epi-* Qui quàm vultu ſint mœſto ac Saturnio, cogitabundo animo & demiſſo, *lept. clades.* quàm truci & acuto aſpectu, quàm pallida facie, contorta & deformi, quàm crebris tinnitibus aures perſonent, & ad audiendum duriores ac tardiores reddantur, quàm vertiginoſum & nutans ſit caput, denique quàm tota corporis conſtitutio depravata ac vitiata ſit, ubique partium corporis eluceſcit, ut præ pudore tàm turpis & fœdi morbi, cujus mancipia ſeſe facta vident, terra potius obrui cupiant. Nec id mirandum eſt. Nam ut ſcribit Aretæus: *Si ſe mutuò in acceſſionibus ſpectarent ægroti, & quæcunque patiuntur cernerent, ultra vitam ducere non tolerarent: verùm quæ in ſingulis atrocia, fœdaque ſunt, ſenſuum privatio, intuendiq; ſublata facultas abſcondit.* Attamen benè, ô amici, ſperare vos jubeo, nec animũ deſpondere: at contra omnem mœſtitiam è cordibus veſtris excutite, quæ potiùs diris devovenda, & ad Garamanthas releganda eſt, quàm ut animis veſtris inſideat: juxtaq; *Dictatorem ſummum* dicite, ἄνθρωπος ὢν, γινωσκε τῆς ὀργῆς κρατεῖν. Si enim in bonã de reſtitutione veſtra ſpẽ erigamini, & de medicorũ fide, peritia, ac experientia ſalutari perſuaſi fueritis, attigiſtis jam duo reſtitutionis veſtræ promptiſſima & certiſſima auxiliorũ capita: præter quæ, nec vobis alia, quorum copioſa in hac officina ſuppellex ex tribulato explicabitur, quibus ab omni antiquitatis ævo tùm *Dogmatici*, tùm *Hermetici* hactenus uſi ſunt.

Poſt hæc ad ea tranſibimus, quæ ab utriſq; ſeriatim, ſuis ſeculis inve-

ſtigata & experientia comprobata ſunt. Atque ſic in hac eadem officina, pro ſexus & ætatis ratione, omnes congruas merces effuſus in ſuum uſum comperient, & inde mutuabuntur. Nec id ſatis: ſed qua via & methodo ea ſibi auxilia applicaturi ſint, tutò edocebuntur. Quod ut faciliùs & fœliciùs præſtemus, gratiam Dei non defuturam nobis ſperamus. Quem idcircò ſupplices oramus, ut omnia ad gloriam ſuam & proximi noſtri utilitatem convertat, ac referat.

Antiquorum Dogmaticorum epilepſiam curandi methodus, tàm pharmaceutica, quàm chirurgica, cum connexis quibuſdam remediorum deſcriptionibus.

Quæ igitur remedia ad *prophylacticen* pertinent, quæq; ab antiquis Dogmaticis, ad præcavendos & protſus reſcindendos diuturnæ epilepſiæ circuitus ac repetitiones, uſurpata ſunt, & in uſum revocata, ex tribus illis medicinæ inſtrumentis cōſtitui debent, *Diæta* videlicèt, *Pharmacia & Chirurgia*. *Diætæ* explicationem ad calcem hujus conſilii differemus. At quæ auxilia Dogmatici, tùm à Pharmacia, tùm à Chirurgia mutuantur, hîc enarrabimus. Sed quùm perturbatè, nulloque docendi ordine veteres ea nobis ſcripta reliquerint: eam in illis præſcribendis methodum ſequemur, quæ à recentioribus Medicis, eorum ſectatoribus, obſervata eſt, & nobis tradita: ut inde eluceſcat, ſemper arti aliquid multumque defuiſſe, quod ad ejus perfectionem deſideraretur.

Tria prophylact. inſtrumenta.

Hippocrates noningentem remediorum ſylvam in hunc affectū invexit, neq; ſatis dilucidè aut ullo ordine illorū adminiſtrandorū formulas inſtituit: cùm ſibi etiam tantùm propoſuerit generalē quandam Medicinæ ideam repræſentare, ita ut ab illo juniores Medici ad praxim formari nequeant, exiguamq; meſſē ex illius ſemente reportare poſſint, cùm ex tàm brevibus & gravibus illius ſententiis non rudiores, ſed docti viri & in arte verſatiſſimi ſoli fructū referant. Inter omnia auxilia purgātia inprimis commendat, in hunc morbū, utriuſq; *hellebori* uſum, præſertim albi, ſi morbus fiat per conſenſum, quo vomitus provocetur. Idē *Hippocrates inter ſimplicia*, quæ intrò ſumi, & extrinſecus admoveri jubet, laudavit *pyrethrum*. *Dioſcorides in hunc eundem morbum* imperavit *leporis coagulum, & hepar aſininum aſſatum* & comeſtum jejuno ventriculo. In quem finem *caſtoreum* etiam admiſit. *Aretæus* in eodem morbo, quatenus chronicus eſt, & eo primùm caput afficitur, curationem *à venæ ſectione* primò inchoat, cubitalis videlicet, ad univerſalem ſanguinis ex toto corpore detractionem: & frontalis, ad particularem derivationem. Quin & arterias, ponè & ante aures ſitas, ſecare præcipit. Ea tamen cautione ſanguinem educit, ut citra animi deliquium id fiat. Siquidem, deliquium animæ, inquit, ciet morbum. Ad humorem expurgandum *hieram* laudat, eaque remedia, quæ fortiter de capite proficiunt: ſiquidem, *inquit*, iſtorum habitus eſt dolorum patiens. Addit præ-

Antiquorum Dogmat. pharmac. & Chirurgic Epilep. curandi ratio.

præterea, opus eſſe capiti ignem inferre, proficit enim. Quin & tabularum cranii, per trepanum, aptam & congruam apertionem laudat, cujus modum etiam tradit. Commendat porrò cantharidum applicationem ad veſicationem uſque, ubi, quæ obſervatione digna & neceſſaria ſunt, explicat. Si vitio ventriculi morbus ſuſcitatur, in purgationem aſſumit *thymelæam, & chamæleon*, quæ pituitoſos humores educunt, & exiccant. Neque cucurbitarum affixionem, epithematum & cataplaſmatum, quæ vim habent extenuandi, per halitus dirigendi, & fluxa ſpirabiliaque corpora reddendi, ut ipſe loquitur, applicationem ſilentio prætermittit. Idem concoquentibus medicamentis, roborantibus, utiles humores creantibus, & urinam moventibus, in medicatione utebatur: ut compoſitione *ex viperis, & antidoto Mithridatica*. Sed omnibus præſtat, inquit, *Fibri teſticulus*, hoc eſt, *caſtoreum*, ſæpiùs in menſe ex aqua mulſa potus. Tandem concludit, ſed non citra horrorem & medicamenti execrationem, ſe nonnullos vidiſſe, qui plenos ſangvine ſcyphos hominum capite truncatorum, vel aliter interfectorum, propinarent: ſeque legiſſe, ait, quendam authorem, qui in eſcam & cibum hepar humanum commendaret & apponeret. Sed hæ, inquit, illis ſcripta ſunto, qui ad hunc uſque miſeriæ terminum pervenerunt.

Galenus epilepticis ſuccurrebat *oxymelite ſimplici & ſquillitico*. Quin & *ſalſamentum* quoddam *ex ipſa ſquilla* concinnabat, quod aloës vicem in purgatione ſuppleret. Inter alia medicamina, ſumopere illi probata eſt *pæonia*, tàm intus ſumpta, quàm foris collo appenſa, ut ipſe ſcribit de quodam puero.

Agaricum quoque *ſeſeli* & *ſpondylii* fructus, & *radicem ariſtolochiæ* longæ & rotundæ ex aqua epotam, comitialibus quinetiam prodeſſe exiſtimabat.

Oribaſius, Paulus Ægineta, Aetius, verbum verbo ipſum Galenum reddunt & ſequuntur. Cujus in primis *Ægineta* vera ſimia eſt, qui, cum aliis ſuperiotibus, omnia ſua auxilia ex eo mutuatur & exprimit, ut ex ſcriptis illorum ſatis conſtat. At privatim *Paulus* de aceto quodam loquitur Juliano: ſed omnium iſtorum facto periculo tandem ad *theriacam* confugit: quin & naturales thermas ſcribit huic morbo conducere.

Aëtius privatam quandam excellentem ſcilicet *theriacam* adjicit, quam in ſubſidium epilepſiæ deſcribit. Sed in primis laudat & admittit certum quoddam remediũ, quod ex *Sereno* mutuatur, cui nullum, ut ipſe ſcribit, comparari poteſt. Idem enim concoquit & vacuat. Cujus perelegans, artificioſa & ingenioſa ſcilicet compoſitio eſt, ut ſequitur.

℞. *Caſtorei, veratri nigri, ſcammonii, ana* ℥ij.

Opopanacis, cumini Thebaici, centaurii, nitri, ſulphuris vivi, abrotani, ammoniaci, thymiamatis, ſeminis

minus rutæ ſylveſtris, abſynthii ana ℨj.

Contuſa & cribrata excipe aqua, *& forma* pilullas fabæ Ægyptiæ magnitudine, *& unam quotidie præbe, cum aceti mulſi cyathis quatuor.*

Atque hæc una eſt, ſcilicet, ex divinis illis compoſitionibus & formulis, quas antiquì magnoperè commendarunt: ubi tamen & *nitrum & apyron ſulphur*, tantoperè à multis damnata, principem propè locum obtinent, aut ſaltem inter præcipua ingredientia eminent. Ubi etiam & *veratrum & ſcammonea* admittuntur, quorum tamen vel ipſa ſola nomina aures, totumque hominem territant. Sed excipiet aliquis, venenatam ac pernicioſam illorum ſimplicium qualitatem eleganti illa & ſingulari præparatione deleri & extingui. Elegans ſcilicet & ingenioſa præparatio, pulveres aqua diluere & miſcere. Attamen hæc eſt illa tam celebris & divina antiquorum compoſitio. Centum alias poſſemus huic ſimiles adſcribere, quas ſilentio hîc obruemus, ne prolixitas major, quàm natura tractatus patitur, nobis vitio detur: neve ad filii Noë imitationem, paternæ turpitudinis detectoris, nec id impunè, obliti humanæ charitatis erga proximum, vulgares illas craſſaſque & ſtupidas, quas etjam juniores rideant, antiquorum præparationes de induſtria perſequi velle videamur, ut ſtupiditatis & ignorantiæ notam illis inuramus. Quod abſit à nobis: quum potiùs ab omnibus laudari eos æquum ſit, qui ſedula ſua diligentia, & perpetuis vigiliis medicinæ ſemina & fundamenta nobis pepererint, ſuos labores candidè impertiti ſint. Quorum tamen ſeculo, multis tenebris adhuc involuto, aliquid condonandum eſt: quum facilius ſit inventis addere, quàm ea primùm excogitare. In hunc etiam finem reſpiciunt hæc mea verba, ut *Hippocratis* dictum quàm veriſſimum appareat, *medicinam videlicet non eam aſſecutam eſſe perfectionem, cui nihil addi poſſit: ſed in qua ſemper, vel aliquid modò reprehendi, modò corrigi, modò addiſci queat*: in qua ſententia ego ipſe non parum confirmatus ſum, ante triginta annos, à venerando quodam ſene, doctiſſimo inquam illo viro Guinterio Andernaco, de republica medica optimè merito: *φιλοπονία Andernaci.* qui cùm perciperet, indies in medica ſchola profici poſſe, perpetuis ſeneſcendo addiſcens laboribus incumbebat, nec ullis vigiliis parcebat, etjam ſeptuageſimum annum ætatis ſuperans, quin circa carbones, neglecta manuum denigratione (quam delicatuli noſtri hodie tantoperè abhorrent) totus verſaretur, & fornacibus conſtruendis invigilaret, idque ut naturæ arcana, quæ ſummè ſuſpiciebat, ejuſmodi inſtrumentis rimaretur, & tanquam ex Democriti puteo erueret: hoc unum tantum deflens, quòd tùm demùm aut ſerius, nec à teneris annis aperta ſibi fuiſſet à Deo tanti boni & præclaræ huius artis cognitio. In cuius ſcientiæ amplexum, me adhuc ætate juvenem, & omnis experientiæ vacuum (etſi jam operi

operi cum doctiſſimis Germaniæ Medicis Hermeticis manus admoveram) omnibus ſtimulis adigebat, nullamque ut hujus temporis, vel ne momenti quidem, jacturam facerem, ſtudioſiſſimè cohortabatur. Qui idem uſqueadeò veram chymiam, & remediorum exactam præparationem perſequebatur, ut nunquam non vel Doctores etiam medicos, tres vel quatuor continuè foveret, & operis conſortes ſibi adjunctos haberet. In cujus artis laudem & commendationem, utpote inter medicinæ partes utiliſſimæ & maximè neceſſariæ, librum de veteri & nova medicina doctiſſimè conſcripſit.

Sed pergamus alia aliorum antiquorum remedia, & præſcriptas, in hujus affectus curam, formulas explicare.

Ruffus Epheſius hanc medicinæ partem non attigit, ut qui tres tantùm exaraverit libros, de appellationibus partium humani corporis; nec non fragmenta aliquot de medicamentis purgantibus, unumque de veſicæ & renum affectibus tractatum.

Alexander Trallianus, de quo jam ſuprà mentionem fecimus: quem inter veteres facili & dilucida uti methodo, & in diagnoſtice ac therapeutice tradenda excellere cenſemus: de hoc morbo in hunc ſcripſit modum, qui ſequitur.

Primum de infantulorum curatione tractatum auſpicatur, quod (ut ipſe ſcribit) *hujuſmodi morbus illis maximè proprius & familiariſſimus ſit: quo, ſi fuerit infans adhuc lactans, qui laboret, nihil moliendum nec agendum cenſet, quantum ad curationem attinet: ſubſequitur enim ætas, inquit, & calor augeſcens, qui ſuperfluam in capite humiditatem, repletemq; ipſius ventriculos diſcutit.* Admonet tamen, ut ſingulari providentia nutricis lacti proſpiciatur, ne à bonitate & ejus albedinis colore, qui puritatem ejus indicat, in livorem, virorem, aut nigrorem degeneret: neve ingrati aut fœtidi ſit odoris, nec saporis inſuavis, aut acidi, ſed dulcis: ſubſtantia ejus non ſit, nec nimium tenuis aut aquoſa, nec craſſior aut caſeoſa. Tale enim lac, *inquit*, convulſiones potiſſimum generare ſolet, & nervos obſtruere. Hinc facilè diſcimus, ſtudioſè nutricem eſſe deligendam, quę optimæ ſit conſtitutionis & temperaturæ: aut intemperies illius congruâ victus ratione (quam fuſè explicat) ad lac ipſius tùm alimentoſum, tùm medicamentoſum reddendum, emendetur & adaptetur. Grandioribus verò infantibus & ablactatis, præter vivendi regulam, quam illis opportunam inſtituit, in medicamentum concoquens & extenuans, imperat uſum decoctionis cujuſdam hyſſopi, matutinis horis hauſtæ, idq; præſertim per totam hyemen. Quo remedio temporis ſucceſſu aſſerit, multos fuiſſe morbo liberatos: identidem decoctioni adjiciens aliquid *oxymelitis* ſimplicis. Æſtivis diebus decoctionem *aniſi* cum eodem oxymelite propinabat. At ſi melancholica infantis erat conſtitutio, decoctionem Epithymi imperabat. In ſolu-

Incommoda ex vitiato lacte.

ſolutivum medicamentum *hieram* uſurpabat: quam tamen junioribus & delicatioribus non exhibebat. Ætas enim valdè juvenilis ejus efficaciam (*inquit*) non tolerat. Vigentibus autem ætate, & validis viribus præditis, & melancholicis utiliter exhibetur. Præſtat igitur juvenibus epithymi potiùs momentum *cum picra* exhibere. Cum autem hujuſmodi ſubſidiis malum vinci non poterat, ob humoris & materiæ malignitatem ac pervicaciam, & metus erat recurſuri paroxyſmi, *antidoto Theodoreti* purgabat, cujus ut purgandi vires augeret, aliquot colocynthidis grana, aut ſcammoneæ aliquid adjiciebat. *Antidoti Theodoreti vires* Antidotus iſta, *Theodoretum* dicta (hoc eſt, divinum munus conferens) *à Nicolao Myrepſo* deſcripta invenitur *lib. de Antid. ſect.* 1. *c.* 115. 116. 117. *&* 118. Huius enim quatuor deſcriptionum ſpecies exhibet. Centeſima decima ſexta, aut 117. videtur à Tralliano inter alias uſurpari, præſertim 117. quod *Myrepſus* ipſe ſcribat, eam conferre magno morbo: item comitialibus, dæmonio vexatis, capite dolentibus: quinetiam thoracis affectibus, & quibus in ventriculo cibus aceſcit: ut & iis, quibus malignus circa illam partem & ventrem affectus eſt. Mira denique de ea prædicat, eamque compoſitionem multis aliis morborum graviſſimorum & deſperatorum generibus conferre aſſerit: ita ut tandem inferat, ejuſmodi antidotum verè divinum eſſe donum. *Quisquis enim ea uſus fuerit, proſperum,* ut ſcribit, *ſucceſſum ſentiet. Si vero quis vere & autumno ſemel aut bis ea utatur, neq; circa victus rationem magnoperè delinquat, nullis morbis fiet obnoxius. Data Ponticæ nucis quantitate omnia diſſolvet: manè verò hanc ſumere oportet.* Hactenus *Myrepſus.* Unde ſubit mirari, ubique tantæ virtutis compoſitionem, quantæ eſſe jactatur, hodie deſiderari in pharmacopæis: quod me, ne excidat, ad ejus deſcriptionem tradendam, compellit, ex ipſo Myrepſo petitam, etſi à Tralliano ſuppreſſa ſit, & ſilentio prætermiſſa.

Eiuſdem deſcriptio

℞. *Spicæ nardi, folii caryophyll. croci, caſſiæ, epithymi, floris iunci odorati, myrobal. ana* ℥iij.
Aloes flavæ ℥j. ß.
Caſtorei, Zinziberis, maſticis ana ℥j.
Iridis Illyricæ ℥vj.
Anacardi, agarici ana ℥j.
Aſari ℥vj.
Sem. apii ℥j.
Coſti ℥j. ß.
Piperis ℥iij.
Fœniculi, & ſucci eius ana ℥j.

Fœniculum *tunde in matratio, & macerato in aceto diebus tribus, ac benè decoquito, & colato diligenter. Adiice* mellis Attici vel ſacch. q. ſ. *rurſusque ad mellis craſſitudinem decoquito, & ſpecies ſimul tundantur & lævigentur benè. Quod ſi copia ſit fœniculi, exprime ſuccum, & meliorem facies antidotum.* Hæc in *Myrepſo*, à *Leonardo Fuchſio* latinitate donato, & annotationibus illuſtrato, ſcripta reperies. Multos ex hoc morbo convaluiſſe hujus antidoti beneficio affirmat idem *Trallianus*, adjectis, quæ ſuprà dicta ſunt, reme-

remediis. Præter hæc, ſi uſq; adeo pervicax eſſet malum, ut reſpueret ejuſmodi remedia, & in acerbitate ſua conſtans eſſet, catapotium à ſe confectum uſurpabat: quo nil valentius invenias.

Recipit autem *aloës, ſcammoneæ, colocynthidis, gummi bdellii ana* ℥j. *excipiantur braſsicæ ſucco doſis* ℈iij. *aut* iiij. pro pueri viribus. Adultis verò etiam *ſex ſcrupuli* exhiberi poſſunt: & ſi plures porrexeris, ait, nihil nocebis, adeò leniter & tutò purgant. Nec comitialibus modò, ſed etiam vertiginoſis & articulariis auxiliantur: *Atque hæc ſunt veterum purgantia medicamenta.*

Purgationibus univerſalibus ſubjungit particulares *Trallianus*: nec ſupprimit derivationes aut revulſiones maſticatoriis, gargariſmis factas. Quibus & uſum addit balnei, nec vomitoria reticet.

Si ventriculus radicem morbi ſuppeditat, huic peccantem humorem educendo, ſuccurrit, qui, qualis fuerit, aut cholagogis, aut phlegmagogis, aut melanagogis extirpatur. Nec, quæ ad corroborationem faciunt, obliviſcitur.

At ſi ab aliquo alio membro trahit affectus originem, eò primùm & præcipuum confert remedium. *Ego ſanè*, inquit, *vidi, quendam lectorem in hunc morbum incidiſſe, qui, quum & eventurus erat auras quaſdam frigidas à ſuperioris pedis parte ad cerebrum aſcendentes percipere ſe dicebat. Cum igitur hunc catapotiis prius totam & melancholicum humorem vacuantibus purgaſſem, impoſui parti affectæ, etiam quæ exulcerare eam & calefacere poſſent, ut hinc ipſa ſudaverit, & ex eadem humida non pauca manifeſtò emanarint. Atq; hoc ubi nos feciſſemus, adoleſcens ſanus evaſit. Erat autem auxilium, quod ei impoſitum erat, ſanaveratq;,* lepidium herba. *Idem namq; etiam alia quædam præſtant, ſed nullum æquè ac herba hæc.* Hæc *Trallianus*: qui neque, *ut diximus*, vomitivorum in hoc morbo obliviſcitur, nec balneorum, nec vehementis corporis exercitationis, nec reliquorum id genus ad aptam vivendi rationem facientium & neceſſariorum.

Inveterato autem malo, quodque indomitum aliud omne medicamentum aſpernabatur, hoc poſtremùm ſubſidium opponebat, *helleborum* nempe, idque album: cujus ipſe *Trallianus* formulam præſcribit, quam *Paulus Ægineta* verbum verbo deſcribit eandem, in doſi tantùm, aut ingredientium pondere, multùm ab eo diſſentiens. *Paulus* enim drachmas ſcribit, ſiliquarum *Tralliani* loco, quæ tantùm tria grana ſingulæ pendent, totamque compoſitionem in unam doſim ſolam reſtringit, cui ferendæ nullam animal par eſſe poſſit. Cujus etiam *Pauli* deſcriptionem & receptum, quod habet *baccarum lauri depuratarum, piperis albi, elyptadis, euphorbii, veratri albi ana* ʒviij. hoc eſt, *ana* ℥j. ſi ſequeremur in doſi, nullus, ut diximus, futurus eſſet ſtrenuiſſimus equus, qui tantam purgationem ferre poſſit: at ne dimidiam quidem ejus partem, citra mortis periculum. Sic enim *Paulus* ſcribit: *Hæc pro una vice* *Paul. l. 3. cap. 13.*

trahe

prabe cum paſſo, quod eſt in colocynthide. Formula itaq; recepti *Tralliani* in doſi longè æquior eſt, ipſa Æginetana: ſiquidem loco drachmarum ſingularum ingredientium, quas *Paulus* præſcribit, ſiliquas octo tantùm præcipit *Trallianus*, quarum ſingulæ trium ſunt granorum, idq; ex infuſione colocynthidis, in paſſo maceratæ. Quod meo judicio adhuc plus quàm par eſt, excedit: nec certè poteſt, illius temporis ventriculos tàm fortibus & violentis medicamentis ſuſtinendis fuiſſe pares, nullis etiam à veteribus præmiſſis, ad vitandum, quod inde imminebat, periculum, præparationibus.

Quod ad naturalia præſidia attinet, ut vocat, quæ ſocietate quadam occulta, & amica proprietate, hujus morbi curationi ſuccurrunt, idem *Trallianus* ea ex alieno ore (*Apollonii inquam*) commendat. propinatq; proprium ægrotantis ſanguinem, quod crudele utiq; & deteſtandum prorſus ut jam attigimus, remedium eſt. Verba inſuper facit *de lapillis ex hirundinibus erutis, de muſtelæ hepate, de oſſiphagi avis cineribus*: at inprimis *de radice ſolani*, luna decreſcente collecta, tuſa, expreſſa, & in ſuccum redacta, qui ad aliquot dies matutinis horis bibendus exhibeatur, quem, ut obſervavit, ſummum arcanum, & admirandum ſubſidium eſſe aſſerit.

At *Actuarius* author etiã Græcus, naturã tantùm, differentias & cauſas hujus mali edocet, ſuppreſſa ſilentio ejus curandi methodo & remediis.

Celſus medicorum Latinorum princeps, prout eſt brevis & ſententioſus, *Hippocratis* ſimiam agens, ut qui præclaris illius ſententiis omnia propemodum ſcriptorum ſuorum capita illuſtravit, in hujuſmodi mali curatione tradenda, quàm breviſſimus eſt: attamẽ ſingulares quaſdam in miſſione ſanguinis cautiones adhibet, nec non temporum momenta, quibus remedia adminiſtranda ſunt, ſtudioſè obſervat: deligens ad ſanguinis eductionem & purgationem *ex helleboro nigro*, ipſas paroxyſmorũ horas, ſimul admonens, poſt inſultum ſervandam eſſe, magna cura, congruam vivendi rationem, quam præſcribit. Si autem iſtis remediis morbus non ceſſetir, confugiendum cenſet ad *veratrum album*: ac ter quoq; aut quater eo utendum, non ita multis interpoſitis diebus, ſic tamen (addit ille) ne iterum unquam ſumat, niſi conciderit. Tandem in morbi continuatione linendum præcipit, præter ventrem, totum corpus oleo veteri, multiſq; exercitationibus agitandum, & longis frictionibus, excepto capite & ventre, perfricandum. Deinceps iterata ex ſuperiorib⁹ medicamentis purgatione, inungi deraſum caput imperat, litu ex antiquo oleo, nitro & modico aceti concinnato: intrò *caſtoreum* ſumendum. Tandem ad revulſiones & derivationes progreditur, quas ſanguinis eductione, ex ſalvatellis & cucurbitarum affixionibus, perficit, addens inſuper in extremum ſubſidium, ferrũ, quo incidit, & ignita cauteria, quibus occiput adurit, ut per ea, inquit, pernicioſus humor effluat. Quibus omni-

omnibus pertentatis remediis, ſi morbus non vincatur, indomitum & incurabilem eſſe pronunciat.

Experimenta Scrib. Largi ad Epil.

Scribonius Largus lib. ſuo de compoſitionibus medicinalibus cap. 2. ſex nobis producit remedia, aut empeirica experimenta. Primum ex quadam herba, quam Græci (ut vult) vocant πολύνευρον, & Latini nervalem, de qua ab ægrotante, tota adhuc viridi edi præcipit, ante omnem alium cibum, idq; à prima Luna ad triceſimam. Coagulum etiam *hinnuli cervi* admittit, intra novem dies ſumptum, nec non teſticulos crocodili, thymi uſum ex ozymelite. *In eiuſdem libri* 41. compoſitione quoddam arcanum aulicæ cujuſdam matronæ proponit, quo miranda in variis curationibus præſtita ſe vidiſſe teſtatur: quod utique muliebre eſt remedium, veneficæ potiùs quàm medicæ artis officinam redolens, cum iſta in compoſitione ſic obſervantur, ut *raſura eboris* immiſceatur *mel Atticum*, & (quæ veluti baſis & fundamentum jaciuntur arcani) *ſanguis teſtudinis & palumbæ* adjiciatur, ea cautione, ut maribus ægris ex animalibus maſculis, fœminis ex fœmellis ſanguis educatur & adoptetur; qui nec ex quavis animalium parte extrahendus eſt, cùm nullius foret virtutis & efficaciæ medicamentum, niſi ex collo unius animalis, & ex venis alterius, ſub alis ſitis, clavo acuto, ex ære Cyprio ad id concinnato, emitteretur, ipſumque remedium alia quàm buxea pyxide recondeceretur & aſſervaretur. Ordo autem adminiſtrandi hujus medicamenti, quod per xxx. dies continuos exhibetur, ab ipſo Lunæ decremento ordiendo, & in doſis quantitate obſervanda, is eſt, qui ſequitur, ut prima vice tria cochlearia offerantur, poſtea ad ſeptem, quarto loco ad novem, poſtremo tandem ad undecim uſque, nec ad plura perveniatur, regrediendo poſtea eo, quo proceſſum eſt, ordine, ut videlicet primò novem, deinde ſeptem, & ſic deinceps quinq; & tria, ac denuò idem ordo repetatur aſcendendo & deſcendendo ut ſuprà, dum ad trigeſimum diem perventum ſit. Quæ quidem omnia, meræ præſtigiæ ſunt ac fallaciæ, quæ alicujus utilis & ſalubris medicamenti locum invadunt, ſubitque mirari, vetuſtos illos authores tàm imperitè ratiocinatos eſſe, tamque frivola & ridicula inconſultè ſcriptis mandaſſe. Quæ tamen antiquitatis titulo muniuntur.

Quod ad *Marcellum* attinet, ſatis conſtat, illius librum ex empiricis medicamentis totum eſſe conſarcinatum (unde *Empiricus* ipſe dictus eſt) & ex omnibus omnium auctorum experimentis undequaque conſutum, ut ex *Galeno lib. de loc. aff. Archigene, Apollonio, Heraclide Tarentino, & aliis apud ipſum Galenum citatis*, nec non ex Medicis Latinis, *Plinio, Apuleio, Celſo, Apollinari, Deſignatiano*, aut etiam ex ipſo *Silurio, Eutropio & Auſonio*, magni illius Poetæ Hermetici patente, qui aliquot tantùm annos ætate præceſſerat, quem nec puduit in ſuo experimentorum libro fateri, ſe multa ex vulgari plebecula, aut etiam ex ipſis mulieribus didiciſſe, nec eundem ſuum li-

brum characteribus profanis & verbis incantionum, ac id genus ridiculis ex Paganiſmo, ab illo etſi Chriſtiano, derivatis. Ubi etiam, ſed obiter tantùm & quaſi perfunctoriè, unicum tantùm receptum in hunc morbum, de quo agitur, *primo capite ſui libri* expoſuit, quod commemoratione & ſcriptis indignum eſt. Nec in alium finem hujuſce authoris citavimus authoritatem, quàm ut nonnullis patefacerem, iniquè à ſe proclamari & conviciis proſcindi quaſdam remediorum formulas hodie uſurpatas, quæ tamen raræ ſunt & ſingulares in *Paracelſi* libris deſcriptæ: eaſq; ab illis, Phariſæorum more, qui cæcitatem ſuam plenam non agnoſcentes, ex aliorum oculis feſtucam diſcutere volebant, indignè damnari & reſpui, cùm longè antiquorum deliramentis & fallaciis præſtent & excellant. Nemo enim ratione præditus, nec uſque adeò cœc⁹ aut luſc⁹ quiſpiam eſt, qui jure eat inficias, ſi vel tantillum quid ſubodoratus fuerit de Chirurgia magna & parva Paracelſi, omnes alios in medicamentorum etiam vulgarium & externorum preparationibus, qualia ſunt *balſamica olea, unguenta, cerata, emplaſtra, & id genus alia*, ab illo uno ſeparatos, & multis pòſt ſtadiis à tergo relictos. Si verò interna illius remedia ſpectemus, quibus uſus eſt, quæ ex mineralium familia & œconomia deprompta ſunt, fatendum eſt utique in ſedula eorum & tuta præparatione ac adminiſtratione ſupremum honoris gradum inter medicos & philoſophos æquiſſimo jure ipſi deberi. Etſi enim

Vatinianum Galenic. in Paracelſum odium.

antiquitas ex illis aliqua uſurpavit, & in uſum revocavit, ut jam notavimus in hujus morbi cura, multa tamen alia, eaq; præclara & magna remedia, quæ hodie ex mercurio, ſulphure, antimonio, vitriolo, & id genus aliis extrahũtur, ignota & incõperta habuit: quorum uſus, etſi ab ignaris, ut venenati, maligni, & exitialis medicamenti proſcribatur: experiẽtiâ tamẽ rectâ eorum preparatione adhibitâ, utiliſſimus & re ipſa ſaluberrimus hodie deprehenditur; à quibus vel morbi tincturis validis & fixis ac profundis radicibus pervicaciſſimi edomantur & ſubiguntur, qui alioqui ſumptis ex vegetabilib. medicamẽtis, ut minùs potentib. illudunt, & procaciter recalcitrãt. At ſanè, nõ citra dedecus & ignominiam artis medicæ, aut medicorũ potiùs, cernere licet, ſive in Italia, Germania, Gallia, aliiſq; regnis & provinciis, ac etiam in multis Academiis magno celebrium medicorũ numero decoratis, Empiricos multos, qui etiã omnium literarũ ignari, remediis tamen ſuis ſolutivis, *ex mercurio, antimonioque* paratis, ſuoque *laudano*, & ad id genus aliis tam metallicis, quàm vegetivis, utcunq; ab illis & ſatis indoctè paratis, tam egregia tamẽ præſtãt, ut quibuſvis vel contagioſis vel graviſſimis morbis, ac doloribus ſæviſſimis plus auxilii & ſolatii, idq; parva & gratiſſima ſuorum medicamentorum doſi, quàm multi medici, qui vel celeberrimi vulgò habentur, emplaſtris ſuis *Iohannis de Vigo*, mercuriaris, anodynis, paregoricis & narcoticis ſuis remediis, conferunt. Qui ſua idcircò

Præſtantia chymicorum remed.

tam

tam tuta & ſalubri experientia, acaffectis tam potentibus, Doctores illos medicos, à quibus doctrina & eruditione longè lateq; ſuperantur, tamen prævertunt, eosque nobilium familiarum ædibus ſua admiſſione & introductione excludunt. Quod quàm ignominioſum ſit, tædet fuſius dicere. Nec iſtis moventur hodie medici illi Doctores, qui, ne videantur quicquam ignoraſſe, & poſſe aliquid novi addiſcere, ne diſcipuli habeantur eorum, in quos ſibi docendi imperium arrogant, veteri ſuæ pelli (ut ferunt) immori malunt, quàm, prudentis ſerpentis imitatione, novâ aſſumptâ, ſenectam deponere. Atque hac ſua ſuperbia & arrogantia id efficiunt, ut cùm doctiloquis ſermonibus & plauſibili eloquentia nihil præſtent, aliis, rerum effectibus & operationum virtutibus inferiores, cedere turpiter cogantur, Neque enim Hebraico Idiomate, nec Græco, nec Latino, nec quavis alia ſermonis elegantia curantur morbi, at luminis naturæ cognitione, & rerum ab eo procreatarum experientia & tuta adminiſtratione. Neque hîc abſurdum aut abs re fortaſſis fuerit recitare, ante aliquod tempus me à quodam generoſo & doctiſſimo viro in conſilium melancholiæ hypochondriacæ, qua laborabat, vocatum eſſe: ubi, quum in ejus curationem vulgaria omnia medicorum remedia, quæ ex Pharmacopœis depromuntur, expoſuiſſem, tanto ſe eorum acervo obrutum eſſe dicebat, ut omnem curationis ſpem

Galen. difficulter ab opinione antiqua dimoventur.

deponeret, ſi rurſus in eandem curandi viam ſibi eſſet ingrediendum, quam ventriculus faſtidiret, reſpueret & horreret. Addebat, ſe Empirici cujuſdam magni apud ſe nominis, auxilia admiſiſſe, ac inter omnia ſolutivum quoddam pharmacum prorſus inſipidum, quod, vel minimæ quantitatis doſi, uſq; adeò egregiè & citra moleſtiam purgabat, ut ipſum aliis omnibus medicamentis præferret & anteponeret: ut cujus vel crebrò poſt aliquot annos periculum feciſſet, eiuſque porrò baſin & fundamentum hujus purgantis medicamenti mihi exhiberet, (qui pulviſerat, omni ſapore carens & albiſſimus) & de eo conſilium ex me quæreret, nullo tamen mutandi hujus in melius medicamenti ſtudio ductus, ſed quid de eo ſentirem, audiret, & num mihi cognitum eſſet nec ne, exploraret. Cujus cùm materiam agnoviſſem, (quod vel minimo ſpagyricæ artis tyroni pervium fuiſſet) ut ejus quæſtioni & petitioni morem gererem, reſpondit: nec mihi probari, nec etiam rejici medicamentum. Non rejici quidem, quod certiſſimum haberem apud me, ex ejuſmodi materia & ſubjecto præſtantiſſima & admirandę virtutis purgantia remedia parari poſſe, quæque omnia alia vincant, cùm à docto, experto, & in hac arte verſato medico tractantur, & in uſum revocantur. At nec probari, quod ab Empirico, non ſatis fortè hujus artis perito, prodiret: cui, & ejus ſimilibus faciendæ medicinæ periculo, bonarum omniũ

Empirici notantur

S 2 legum

legum ſanctione interdictum ſit, ut qui nullam ſuarum actionum rationem poſſint reddere, ſed incertis animis omnia tentent, & quod ab aliis doctioribus, alicui morbo congruere fortè didicerint, illud promiſcuè omnibus morbis adaptare, magno cum errore, & judicii imbecillitate, auſint. Siquidem curandorum morborum methodi, & medicamentorum naturæ ac virium, nec non eorundem perfectæ ac legitimæ præparationis modi prorſus ignari ſunt, & ut plurimùm ἀναφάνδην conſpiciuntur. Ideò nec remediis illorum, ut certis & tutis, fidendum eſt multum, & eorum præparatio nobis ſuſpecta eſſe debet, ut qui veneni in medicamento latentis nullam habeant cognitionem, aut ſi norint, illius corrigendi, vel potius diſtrahendi & extinguendi peritiâ careant. Quæ quidem operationes & adminiſtrationes, ſolis medicis, iiſque doctiſſimis, & in arte verſatiſſimis, competunt, ut fœliciter ſuccedant. Sed non caruit reſponſum meum exceptione, uſque adeò ille Empirico ſuo ſuſtinendo & propugnando erat intentus: exponens etiam, olim inter antiquos non minoris famæ & nominis fuiſſe Empiricos, ac methodicos Dogmaticoſque: in exemplum Theſſalum afferens, in quem (ſi fama caruiſſet) uſque adeò acerbè & animosè ſcriptis ſuis *Galenus* non inſurrexiſſet. Addidit præterea, in probationem ſuarum rationum, id, quod Latinorum medicorum princeps *Celſus* ſcribit in operis ſui medicinalis præfatione: ubi ſibi familiariſſimum fuiſſe Celſum, ac eum diligenter evolviſſe, & ejus ſcripta firmæ memoriæ mandaſſe oſtendebat, ut qui non integras ſententias, ſed totas ejus paginas, citra lapſum recitaret. At ille adhuc hoc inſuper addidit: Perinde eſt de medicis veſtris, ac de noſtris Juriſconſultis, qui, etſi tenent omnes leges, eaſque alios docent, ſi tamen in factum alicujus litigantis conſilium dandum eſt, hæſitant, & fluctuant incerti, unde ordiantur, & quò deſinant. Qui ſi ad litem aliquam tuendam ex pulpito aggredi cogerentur, uſque adeò tyrones & rudes deprehenderentur, ut ad riſum judices & auditores omnes eſſent provocaturi, qui vel eorum diſcipuli fuiſſent. Nec unquam ex eorum ſchola uſque adeò perfecti emergunt diſcipuli, quin nova illis tyrocinia addiſcenda ſint, vel ex vulgari aliquo Procuratore, qui etſi prorſus legum ignarus, longè melius tamen ipſis Doctoribus, earum uſum & praxim callet, quod caput eſt & materiæ præcipuus nodus. Non ſecus hodie quàm plurimi cernuntur juvenes medici, celebres Doctores, qui ex cathedris eleganter de omnibus medicinæ partibus, vel iis præſertim, quæ diagnoſticen & therapeuticen, nec non partium uſum aut anatomicen ſpectant, diſſerunt. In ſimplicium & animalium hiſtoria, ſive de natura, ſive de forma, proprietatibus & virtutibus agatur, *Dioſcorides & Theophraſtus* dent manus, & ab iis vinci ſe, (ſi audiant) fateantur: quibus etiam in antidotis con-

Collatio medicorum cum iuriſconſultis.

Magnifica Dogmaticorum de materia medica eloquentia.

concinnandis & pharmacia componenda, atque earum conficiendarum canonibus tradendis *Meſue & Nicolaus* impares fuerint: uſque adeò multa, imò omnia magnificè ex ſuggeſto promittunt, & ſuperciliosè eloquuntur. At ſi ad conſilium alicui ægro dandum, & ad febris continuæ ab eo profligationem aut *pleureſis, dyſenteriæ, hydropiſis, epilepſiæ*, aut *gravis* alicujus *morbi* extinctionem, ſive acuti, ſive chronici vocentur, quanto, Deus bone, ſtupore percelluntur, etſi in attrectando pulſu, & circumſpicienda urina, miram induſtriæ & certitudinis in arte ſpeciem præ ſe ferant, ſtuporemque ſuum, quantum poſſunt, diſſimulent! Si neceſſe eſt ab illis vivendi normam ægro præſcribi, à vetula quadam, ægrotantibus adſtare & miniſtrare ſolita, lectionem addiſcant oportet. Si formula medicamenti ægro tradenda eſt, rationem ejus explicandæ à Pharmacopœo, hac in arte magis verſato, & eorum, quæ facto opus ſunt, audient, aut ſaltem correctorem illum ſuorum receptorum admittent. Deniq; novis iſtis Doctoribus novo rurſum in praxi magiſtro opus eſt, aut hypodidaſcalo; non ſecus, ac recentioribus advocatis Procuratores (ut vocant) ſubſidio ſunt, ut ſuprà diximus.

Eorundem puſillanimitas in praxi.

Atque hinc vobis conſtat, quàm magnificè uſus & experientia commendanda ſint, quamq; in veſtra noſtraque profeſſione, ut ſummè neceſſaria, requirantur. Nam ut ipſemet Celſus addit in eodem capite, *verum eſt, ad ipſam curandi rationem nihil plus conferre, quàm experientiam.*

Vſu & experientia Medico opus eſt.

Multæ quidem aliæ artes tàm abſtruſa & recondita cauſarum ſuarum perquiſitione non indigent, ut quæ non æquè incertas & imperceptibiles eas habeant: ſed certis nitantur fundamentis, ac oculis ipſis conſpicuis, quibus ſecurè & tutò ſuperextruunt, hoc eſt, iis cauſis, quas experientia & demonſtratio τὸ ὅτι certas nobis patefacit. Siquidem nec agricultura, nec navigatio, alta animi meditatione, & ſcientiarum ſeu diſciplinarum diuturni habitus comparatione, opus habent: at longo uſu & experientia, qua earum cultores in ſummos magiſtros evadunt, & perfectionem attingunt. Quicquid ſit, in veſtra medicina (inquit) ejuſdem rei contrarios affectus, utpote laxandi & adſtringendi, proficiendi & nocendi, ſive in vivendi ratione, ſive in medicamentorum adminiſtratione, crebrò pote fuit deprehendere. Quæ quidem contrarietas, experientia citiùs quàm ratione comperta eſt. *Hæc ſimiliaq;* (*experimenta*) *cum quotidie inciderent* (inquit Celſus) *diligentes homines notarunt, quæ plerunq; meliùs reſponderent: deinde ægrotantibus ea præcipere cœperunt. Sic medicinam ortam, ſubinde aliorum ſalute, aliorum interitis, perniciosa diſcernentem à ſalutaribus, repertis deinde remediis, homines de rationibus eorum diſſerere cœpiſſe: nec poſt rationem medicinam eſſe inventam, ſed poſt inventam medicinam, rationem eſſe quæſitam.* Vides, inquit ille, me *Celſi* rationibus & authoritatibus uti, ut apud vos Doctores medicos conſtet, non ita nihili faciendos eſſe Empiri-

Artium magna varietas.

Vſus facit artem.

Digitized by Google

cos: præſertim eos, qui ſe ex *Paracelſi* ſchola & ejus ſectatoribus fatentur hauſiſſe multas egregias experientias, elegantias, ornamenta & præclara remedia, quæ in magnam ægrotantium utilitatem, commodum & ſalutem cedunt, & quæ in vulgatium, quibus quotidie obruuntur, defectum & nauſeam exhibent ac propinant. Qui, ſi tàm blandis verbis, & compta ac polita doctaque oratione ægros ſuos non norunt, ut vos, demulcere, opere tamen & effectis illis ſatisfaciunt, eaque remedia & curationem inſtituunt, qua ab omnibus ſuis languoribus, quos deſperatos cenſetis, liberantur: cumq; ipſo *Celſo* vobis obtrudent, *ingenium & facundiam vincere quidem, ſed morbos non eloquentia, at remediis curari.* Ad quæ utique verba, & tàm plauſibiles rationes, authoritate tanti viri *Celſi* noſtri armatas, obmutuiſſem, ſi quod ex eo aliquando legiſſem, & accuratè obſervaſſem in eadem ejus præfatione, ex memoria excidiſſet. Cui idcircò reſpondi: in perverſum ſenſum & uſum *Celſi* verba ab eo torqueri, non quod quicquam ex verbis ejus & ſententia truncaſſet, aut depravaſſet: ſed quòd eam, quam ipſe *Celſus* concluſionem inferebat, reticuiſſet: qui poſt hæc verba: *Ad ipſam curandi rationem nihil tam conferre quam experientiam.* Subjicit conſequenter, (quod ab illo ſuppreſſum erat.) *Quanquam igitur multa ſint ad ipſas artes propriè nõ pertinentia: tamen eas adiuvant, excitando artificis ingenium. Itaq; iſta quoq; naturæ contemplatio, quamvis non faciat medicum aptiorem, tamen medicinæ reddit profectum: Veriq; ſimile eſt, &* Hippocratem & Eraſiſtratum, *& quicunque alii non contenti febres & ulcera agitare, rerum quoque naturam aliqua ex parte ſcrutati ſunt, non ideò quidem medicos fuiſſe, verum ideo quoq; majores medicos extitiſſe. Ratione vero opus eſt ipſi medicina, etſi non inter obſcuras cauſas, neq; inter naturales actiones, tamen ſapè.* In fine quoq; ejuſdẽ præfationis videre licet, in majore ipſi pretio rationales & Dogmaticos medicos quàm Empiricos fuiſſe: quoniam illi multa circumſpiciunt, hi facillima tantùm, non plus quàm vulgatia ac communia. In cujus rei confirmationem, authoritatem citat *Hippocratis* dicentis: *mederi oportere & communia & propria intuentem.* Atque ſic ſuperioribus rationibus ſatis confirmatis, totum hunc ſermonem tandem hoc modo concludit: *Igitur ut ad propoſitum meum redeam, rationalem quidem puto medicinam eſſe debere, inſtrui vero ab evidentibus cauſis, obſcuris omnibus non à cogitatione artificis, ſed ab ipſa arte reiectis.* Cum igitur tu, inquam, *Celſi* authoritatem in tuum uſum revocas, non idcircò cauſam integram obtinuiſti: ſed cum illo tibi dicendum eſt, in magno utique pretio & laude habendas eſſe egregias experientias, citra quas nihili fit medicus. Nec contrà in Empiricos ita acerbè invehi decet, qui longis ſuis peregrinationibus, & cum doctis viris conſuetudinibus ac verſationibus, præclara multa & admiranda naturæ ſecreta reportarunt ac didi- *Commen. Empir.*

didicerunt: quorum ſedentariò, & inter domeſticos parietes tantùm degenti medico pudenda eſt ignoratio, iniqua rei incognitæ damnatio, & ſuperba nimis in melius proficiendi voluntatis averſio. Quod ad me attinet, ingenuè fateor, me multa ab iſto hominum genere didiciſſe, nec unquam à voluntario ubiq; diſcendi ſtudio diſceſſurum polliceor. Tu vero fatearis neceſſe eſt, longè melius tutiusq; à Dogmatico & rationali medico, qualem me profiteor, & majore cum fructu medicinam fieri, quàm ab ignaro Empirico, cujus ignorantia, perpetuos habet, iniquitatem, temeritatem, ſuperbiam, & convitia, comites. (Ut enim Comicus canit:) *Homine imperito nihil iniquius, nec quicquam iniuſtius: quia nil rectum eſſe putat, quàm quod ipſe facit.* At *antagoniſta* ille meus, cùm nondum ſe confoſſum prorſus & victum putaret, aliaq; in me tela retorquere eſſet paratus, valere tandem à me juſſus eſt, curſumque repetii, à quo in ejus gratiam digreſſus eram, & quem interrumpendo potui reprehenſionem ſubire multorum, ſed præſertim Arabum Medicorum, quos diutiùs quàm par erat, remorabar, & ſuo honore aliorum omnium laudibus pari, non ſatis eos opportunè dignabar: Sed & hos dedita opera in hunc poſtremũ ordinem rejeci, quòd præ omnibus antiquis, eam in curatione morborum uſque adeò facilem methodũ præſcripſerint, ut cum hodierna noſtra conſentiant, & ad eam quam proximè acceſſerint. Siquidem quæ perturbatè remedia ab aliis tradita ſunt, ab his in ordinem ita facilem digeſta ſunt, ut, cùm nulla fructus aut utilitatis ſpes ab aliis expectaretur hinc junioribus medicis, & in arte, hoc eſt, praxi, & in theoria magna fructuoſi proventus facta ſit acceſſio.

Qua methodo Arabes in cura Epilepſiæ uſi ſint, ex Meſue *oſtenditur.*

SED en quantus ſit illorum numerus, quorum bona pars Reges, Principes & Hermetici Philoſophi fuerunt, qui idcircò ſtudioſè cupiunt, & me quaſi vi compellunt, ut in illorum album aſciſcam, qui authoritate ſua ſententiam meam tueri, confirmare, atq; etiam augere ac ditare parati ſunt. Quos etiam lubens recipio, & ut patres chariſſimos ac obſervandiſſimos amplector & veneror, modò vos colendi patres remediis quibuſdam adverſus venenoſos Momorum & invidorum morſus me muniatis, quos ſcio anſam inde in me inſurgendi, & criminandi arrepturos, quòd veſtri plurimorum, quos fateor hactenus mihi fuiſſe incognitos, umbonibus auſim me protegere. Atque hic eſt illorum Catalogus, quem ordine alphabetico contexìmus: *Aboali, Achme* Abrahami filius in ſuo viatico peregrinantium, *Agazo, Alſal, Albumazar, Albuer, Amuran, Avicenna. Averroes, Avenzoar, Ebezenzar, Elabin, Hunain, Hamech fil. Zathar. Hara fil. Hamech. Elengezar. Haly abbas. Haly fil. abbas. Iſaac aben amaran. Meſue, Rabi, Razis. Sabor fil Zuzer,* Rex medoran *Serapio, Serapionis* filius, *Mediei Arabes.*

Xiraſi rex med. *Zez tr:* compluresque alii fuerunt omnes, utique magni nominis viri, quos nō habita temporum aut ætatum ſingulorum ratione, ſed alphabetici ordinis ſerie digeſſimus ac recenſuimus, idq; in eum tantùm finem, ut tractatui huic noſtro honori ſint, non autem ut numeroſa ſuorum receptorum ſerie ipſum adobruant. Ex omnibus tamen ſoli hi nobis venient in ſubſidium, *Raſis* videlicet, *Avicenna*, & inprimis *Meſue*. Hic enim cùm ultimus propè omnium ætate fuerit, eosq; ferè omnes oculis viderit, hic unus vice omnium nobis eſſe poteſt, ut qui eos *in commentariis ſuis* citando, illorum doctrinæ & auxiliorum quintam (ut ita loquar) eſſentiam extraxerit, ſed præcipuè remediorum quorum magno ſtudio delectum habuit non in hunc tantùm affectum, de quo hic agitur, ſed omnes alios

Methodus curat. Epileſ ex Meſue. morbos profligandos. Hic autem *Meſue*, de hoc noſtro affectu & ejus cura, loquitur *libro ſuo de ægritudinibus capitis, cap. de Epilepſia*, ubi ſcribit, in hujus morbi curatione *ſex* ſcopos & indicationes nobis eſſe proponendas:

I. quarum *primam conſtituit in optima vitæ regula*, aut ut ejus verbis utamur, regimen ponit in vita, quod in debita ſex rerum non naturalium adminiſtratione ſitum eſt, quæ ſatis fusè ab eo

II. explicatur. *Secunda intentio æquat & coaptat materiam*, id eſt, eam coquit ac digerit, ut ejus facilior fiat expulſio: quod *ſcylla* præſtatur, & ejus auxiliis, quæ ex decoctionibus ejus, aut *aceto*, aut *oxymelite* parantur, additis *ſyrupis de hyſſopo, de acoro, ſtœchade, origano*, & id genus aliis, ex quibus concinnat ſibi apozemata. *Tertia abſcindit materiam*, III. ut loquitur, hoc eſt, evacuat, atque hanc rem complent (ut vult) evacuationes, clyſteria, ſuppoſitoria levia aut acuta. In evacuationem uſurpat præcipuè, quod idem veteres, Anteceſſores ejus, tùm Græci, tùm Arabes factitare ſolebant: *hieram colocynthidos*, quam magni facit, vel ad omnes capitis affectus. Illius deſcriptionem nec non multarum hujus generis vacuationem tradit, in qua *euphorbium* & alia calefacientium gummi genera, *ſcammonium, lapis lazuli, borax, helleborus, colocynthis, turbith, & id genus alia*, benigna ſcilicet, pharmaca ingrediuntur, vel citra ullam præparationem aut correctionem. Inter evacuationes ſanguinis eductionem probat ex *ſaphena*, hæmorrhoidum provocationem, menſtruorumq; in fœminis.

Quarta intentio ponit regimen, ut loquitur, *in converſione reſidui eius*, ad diverſas partes & oppoſitas, quam Neoterici revulſionem & derivationem vocant: quæ *gargariſmis, ptarmicis, maſticatoriis, vomitibus, cucurbitarum affixionibus*, nec non veſicantium ac cauſticorum topicorum appoſitione, aut etiam actuali igne, ligaturis, frictionibus, & id genus aliis præſtari ſolent. IV.

Quinta intentio (ut utar illius vocibus) *rectificat membrum mandans*, ſi eſt aliquod mandans, & rectificat cerebrum. Hoc loquendi genere (craſſiore alioqui, præ elegantia hodierni ſermonis) deſignat roborationem partium, aut membrorū amandantium, ac originem morbi primam V.

con-

conſtituentium, qualis eſt ventriculus, matrix, aut quodvis aliud membrum, unde malum originis ſuæ ſumit exordium. VI. *Sexta intentio accidentia corrigit ac emendat*, appoſita & convenienti remediorum adminiſtratione, quæ virtute & proprietate ſua paroxyſmos coërcent ac remorantur, aut leniunt, aut prorſus extinguunt, vel ſaltem crebram illorum repetitionem retinent. Atque juxta has omnes intentiones, varias remediorum formulas exprimit, partim ex ſuo ingenio & marte: partim ex aliis authoribus decerptas, ut *Democrito*, *Hippocrate*, *Dioſcoride*, *Galeno*, *Tralliano*, *Oribaſio*, *Ioannico*, *Mahema Araffi*, *Serap. & aliis.* Si innumeras alias celeberrimorum etiam Arabum formulas remediorum audire eſt animus, quæque ad eaſdem intentiones, & cum prioribus propemodum eædem, aut illis ſunt ſimilitudine reſpondentes, lege *Haly fil. abbat. 21. cap. lib. 5. ſuæ practices.* Item *Razem. 1. comment. cap. de Epilepſia. Avicennam Fen. 1. tract. 2. cap. 11.* Tædioſum enim foret, ſingula huc minutim traducere, quæ ab omnibus in hunc morbum afferuntur, quùm etiam una & eadem propè remedia ſint, diverſo tantùm ſtylo elaborata, & à Græcis Latiniſque authoribus, ut jam monuimus, ferè omnia diducta. Aliqua tantùm in hoc tractatu evolvere, (non tantùm proceſſum atterere) operæ pretium eſſe duxi, ut ſolummodò innoteſceret, quibus Abavi noſtri remediis, in morbis curandis uſi fuerint, &, quo adminiſtrationis ordine progreſſi ſint, & quem ornatum atque etiam auctionem tùm Avi, tùm Patres, qui ſequuti ſunt, noſtri addiderint, perſpectum fieret. Ut tandem mirari deſinant, aut præter fidem etiam id eſſe aſſerere, (quod multi hodie incredibile putant) ſi à nobis majorum illorum filiis, in majorem ſplendorem & ornatum elegantiorem, ſpartæ medicæ aliquid conferri poteſt. Nec hercle dubitamus, quin poſteri, in hoc etiam certamine, factorum magnitudine, & induſtria majoris gloria, victoriam nobis extorqueant, facilè enim inventis eſt addere.

Methodus Dogmaticorum recentiorum in cura caduci.

Ordo quem ab initio ſequi decrevimus, nos nunc compellit ad producendos in lucem *neotericos Dogmaticos*, ut ſcilicet eorum & pulchriora & magis ſpecifica auxilia, quæ in ſuis ſcriptis therapeuticis, ad curationem hujus morbi, quatenus chronicus eſt, attulerunt, explicemus. Celeberrimos autem ſingularum nationum aliquot authores ſeligemus, quos & ſcriptis & conſuetudine in peregrinationibus noſtris novimus. Omnes enim recenſere, & nominatim appellare velle, ſummè laborioſum, nulluſque dicendi finis fuerit. Quinetiã hos tantùm citabimus, qui poſt, aut paulò ſupra centum annos vixerunt & ſcripſeruntin Italia, Gallia & Germania: inter quos floruerunt *Alexander Benedictus*, *Symphorianus Campegius*, illi coævus & amicus, ut ex mutuis illorum literis ſe cognoſci poteſt. *Dogmatici neoterici.*

teſt. *Savonarola, Catinarius, Richardus Anglicus, Arculanus, Placentinus, Guainerius, Gatinaria, Fuchſius, Leonellus Faventinus, Montagnana, Trincavellus, I. Stock, Langius, Bayrus, VVirſung, Manardus, Fernelius, Rondeletius, Valeriola, Capivaccius*.

Eorundē methodus curat. epilepſ. Diæta.

Methodica illorum *curandi ratio* in epileptica affectione, quatenus diuturnus eſt morbus, hæc fuit, ut ſcil. ab optima vivendi regula ſemper auſpicarentur: cujus deſcriptionē *ad calcem huius conſilii reiicimus*, ut antea monuimus, quòd ſimus hîc, non privatam tantùm victus rationem, ſed & generalem, ac cum hoc aliiſque multis affectibus communem, præſcripturi, utpote quæ & huic morbo, & ejus affinibus ac agnatis, de quibus ſimul ſcribimus, poſſit conducere.

Quod verò ad aliorū remediorū adminiſtrationem attinet, in ea Arabū ordinem imitati, hac, quæ ſequitur methodo, ſic procedunt: quam quidem methodum ego ipſe & probo, & libenter in praxi æmulor. Veruntamē magnâ hîc obſervatione nobis opus eſt; cùm enim multi, iique varii homines, qui hoc affectu tentantur, variam habeant conſtitutionem, ætatem, diſſimile temperamentum, & diverſas morbi cauſas, iſta omnia nobis erunt circumſpicienda: quæ idcircò ita obſervabimus, & tàm facili methodo ſingula excutiemus, ut ad quoſvis vel tyrones etiam medicinæ non exiguus fructus ſit rediturus: cùm alioqui ex ferè omnium Practicorum, ut vocant, lectione nil aut parum utilitatis ſint percepturi.

Dogmatici igitur noſtri, præceptorum ſummi ſui Dictatoris & Coryphæi *Hippocratis*, memores, 1. *aph.* 22. nec non & *Galeni* 11. *method. cap.* 4. ſemper curationes ſuas ab univerſalibus vacuationibus auſpicantur: veriti tamen ne ex conſtricta alvo duriores redditæ fæces, atq; idcircò expulſione interpellatæ, putidos ſuos halitus in membra intrudant, fœtoreq; ſuo vaſa eorum inficiant, unde gravia ſymptomata oriantur: primùm omnium emollientem clyſterē præmittunt, deinde minorativum aliquod, ut vocant, eccoproticum, quæ præparationes & purgationes humorum præcedant, idq; rectè ex ſapientis ſui coryphæi *Gal.* ſententia inſtituunt *lib.* 2. *aph.* 9. *Si quis extenuet, inquit, & incidat craſſos atq; tenaces humores, qui in corpore ſunt, & meatus aperiat, per quos iſti tranſmittuntur atque trahuntur à medicamentis, quæ vim purgatoriam habent, tunc purgatio ritè in omnibus procedit. Qui verò iſtud quidem neglexerint, vomitum autem atque alvi ſubductionem procuraverunt, iis difficiles obveniunt purgationes, non ſine torminibus, interdum & vertigine quadam faſtidioque multo & malo pulſu ac diſſolutione & difficultate*.

Pharmacia.

Minorativorum horum catalogum *vide in Pharmacopœa*. Infantulis minorativi loco eſſe poteſt *Syr. roſ. ſol. cum Rhab. vel cum Senna*.

Humorum præparatio.

Repurgata igitur prima corporis regione, in uſum venit, concoctio, attenuatio, & humorum præparatio (ut vocant) idque antequam ad morbi radicem extirpandam tranſeatur.

Con-

Concocta enim medicari & movere, non cruda, oportet, inquit Hippocrates. Quam quidem humorum concoctionem ſic capimus in corpore aptè fieri, cùm juxta *Hippocratem*, fluida redduntur corpora, hoc eſt, materia coagulata ac fixa redditur liquabilis & ſoluta, quæ corporea ſunt, in ſpiritum attenuantur, aut quæ ſpiritualia, in corporea convertuntur, hoc eſt, cùm craſſa extenuantur, & tenuia incraſſantur. Hæc veræ coctionis ſpecies (quam tamen non aſſerimus, eam eſſe ubique, quæ ab *Ariſtotele* 4. *meteor. cap.* 2. adfertur) fuſius ac clarius à nobis alibi explicabitur; cujus etiam effectus genuinos in *hoc ipſo tractatu* demonſtrabimus, cum deinceps de auxiliis & veris præparationum modis, ab Hermeticis in humorum peccantium concoctionem uſurpatis, verba faciemus.

In præparantium uſum uſurpant apozemata, hydromelita, oxymelita & ſyrupos huic ſcopo congruos. Quo remediorum genere ubique pharmacopolarum officinæ ſcatent, nec non tam veterum quàm recentiorum libri practici, & inprimis quod exempli loco eſſe poterit, *Decoctum digeſtivum cephalicum Pharmacop.*

Ejuſmodi *apozemata* inter præparantia primum locum obtinent, in quibus pratorum propè omnium herbæ & flores omnis generis bona ex parte capitales & calidi acervantur. In caput enim morbum graſſari hunc præcipuè plerique omnes autumant, cujus in cauſam, cùm pituitoſam materiam frigidamque accuſent, citra controverſiam ex calefacientibus propè omnibus ſimplicibus, apozemata ſua conſcribunt. Veruntamen præter primariam cerebri affectionem, habent etiam illi cordis, ventriculi, ſplenis & matricis rationem ſi afficitur mulier, hinc fit, ut cardiaca, hepatica, & ſplenica hyſtericaque immiſceant remedia. Porrò cùm varii etiam ægrotantium temperamenti magna ſit habenda ratio, cùm alii ſint *phlegmaticæ*, alii *bilioſæ*, alii *melancholicæ* conſtitutionis: quin etiam alii *craſſi & obeſi*, alii *macri & extenuati*, alii *ætate grandiores*, alii *juniores*, denique ſexus ipſe cùm magna cautione ſit diſtinguendus, pro omnium iſtorum obſervata varietate, varia etiam adhibenda erunt remedia: ut (*verbi gratia*) proponatur nobis bilioſus aliquis & calidi temperamenti; abſtinendum erit in illius medicatione à calidioribus medicamentis, quæ phlegmatico alicui ægro poſſint congruere: aut ſaltem calidiora, ſi quæ uſui ſunt, frigidioribus erunt temperanda ut minùs incendant aut noceant. Quæ quidem ratio à Dogmaticis ſummo jure obſervatur. At, ut liberè loquar, parum fidendum cenſeo rationibus eorum, qui omnem auxiliorum vim ex ſimplicibus frigidi, calidi, &c. qualitatibus deducunt, & totam pendere autumant. Etenim in his affectibus qualis epilepſia eſt, hujuſmodi qualitates prorſus eſſe frigidas, inertes & invalidas, ſatis ſuperque experientiâ comprobatur: quod jam alibi attigimus, ut fuſiore repetitione

Cauſa variationis remediorum.

Vim medicatricem ſimplicium non à qualitatibus procedere.

nunc non ſit opus. Nec quis putet hanc mei ſolius eſſe opinionem, & à *Paracelſo* emendicatam: idem nobiſcum ipſe ſentit *Hippocrates libro illo ſuo de antiqua medicina*, quem jam alibi citavimus: ubi rejectis eorum hypotheſibus, qui rerum virtutem calori, aliisque id genus qualitatibus, adſcribunt, ipſe potentibus & efficacibus ſaporſi, acidi ſcilicet amari,&c. facultatibus potiùs quàm illis vendicat: ubi quàm propè ad Hermeticorum ſententiam accedat, ut fuſius alibi expoſuimus, eluceſcit.

Hinc igitur diſcendum, non ad ſolam ſimplicium caliditatem reſpiciendum, quum nec *pœonia*, nec *viſcus quer.* nec *tiliæ*, aut *lilii convall. flores, alcis ungula, cranium hominis, ceraſorum nigrorum aqua, hirundinum & picarum, atque alia id genus ſubſidia ſpecifica*, ex calidis ejuſmodi qualitatibus menſurentur nec à celebrioribus ac magis expertis Medicis Dogmaticis hoc reſpectu in hujus morbi curationem uſurpentur.

In apozematum autem ſuperiorum locum, ad præparandos humores deſtinatorum, ego potius hydromelitum atque oxymelitum uſum probaverim, quæ hujusmodi morbis congruunt: quod minus moleſtię & faſtidii, quàm apozemata ſumenſi exhibeant: adde etiam, quòd diutiùs integris aſſerventur viribus, ut diu etiam illis uti liceat citra corruptionem, quod in his morbis maximè neceſſarium eſt: ut videlicet non in ſex aut ſeptem tantum dies, ſed in plures menſes etiam eorum uſus protrahatur. Sic enim chronicas affectiones & longa temporis ſerie contractas domari ac evinci decet.

In præparationem igitur morbifici humoris, hydromel antepilepticum congruentiſſimum futurum eſt, quod habetur in Pharm.

Huic, ut melius & utilius reddatur, adiici poſſunt aliquot ſpiritus vitrioli guttulæ, *dum aceſcat, & palato gratiſſimum fiat*. Hujus hydromelitis ſingulis diebus manè & veſperi duæ aut tres unciæ propinentur, quod in longum tempus continuetur.

Spiritus autem *vitrioli* loco, etſi ſingulare ac præſtantiſſimum remedium eſt huic malorum generi, ad ſingulas hujus hydromelitis doſes, in eorum gratiam, quibus ſuſpecta ſunt metallica remedia & inviſa citra rationem, (ut paulò poſt dicemus) unam aut alteram, aut etiam plures uncias *aceti ſcyllitici* admiſcere poteris, quod quidem totum vitriolatum eſt, nec idcircò à veteribus & recentioribus Dogmaticis repudiatum, ſed ſummè inter omnia præparantia laudatum & celebratum. Aut hydromelitis loco, incoquantur oxymeliti ſcyllitico ſuperiora ſimplicia, quod fortiùs incidet, & humorem peccantem concoquet.

In eundem finem uti etiam poſſumus *oxymelite helleborato maiore Iuliani*, toties in Epilepſiam, aliosq; id gen⁹ morbos, decantato à *Geſnero*: quod, ut ipſe loquitur, mirificè abſtergit, incidit, aperit humores omnes, omniaque excrementa è corpore protrudit, ac meatus, intus foriſque

riſque referat: mira denique de eo prædicat Geſnerus, ita ut mirum ſit, ipſum in apothecis Pharmacopœorum deſiderari, & à medicis ab uſu quotidiano excludi. Hujus deſcriptio habetur *in Pharmacopœa Auguſt.* & alibi.

Quin & aquæ noſtræ antepileptieæ & antapoplecticæ, in eundem finem conducent, quæ opportuno herbarum & florum tempore parari poterunt & ad uſus neceſſarios aſſervari. Has vide *in Pharm. Dogm.*

Harum vel minima quantitas exhibita, multo maiorem utilitatem pariet, copioſis illis decoctionum hydromelitum à nobis deſcriptorum doſibus, adiectis ſemper aliquot ſpiritus vitrioli guttulis, *quod arcanum eſt huius morbi ſpecificum*, ut jam in lite, inter Dogmaticos & Hermeticos intentata, abundè conteſtati ſumus, & ut patere poteſt ex elegantibus illis *floribus*, quibus Dogmaticorum præcepta hac in parte ornavimus & inſtruximus.

Uſus prædictæ aquæ. Præterea, non tantum humorum pituitoſorum, melancholicorum & bilioſorum præparationi uſui erit eadem aqua, ſive ſeorſim peccent ejuſmodi humores, ſive conjunctim: at apoplexiis etiam, vertiginibus & membrorum reſolutionibus, atque id genus aliis morbis magnoperè conducet, in eorum præcautionem ſcilicet, & paroxyſmorum repetitionem arcendam, ſi ad ſingulas Lunæ quadras, iſtius aquæ unciam exhibueris. Quæ etiam in ipſis morbi paroxyſmis tutò recteque exhiberi poteſt, ut curationi & inſultuum violentiæ coërcendæ ac domandæ, ægriſque ocyſſimè liberandis inſerviat.

Examen ſpecierum compoſitionem illius aquæ ingredientium. Hæc *aqua præſervans*, ſcilicet, præparans, & ſanitatem conſtituens, his tribus ſimul effectis admodum inſignis & potens, ſi accuratè expendatur, partim ex cardiacis conſtare, utpote, *radice angelica, zedoaria, dictami, ſeminibus cardui benedicti, citrii & ſimilibus*, quæ infeſtis ac malignis humorum peccantium ac necantium qualitatibus opponuntur, eam animadvertetis: partim *ex radicibus & ſeminibus pæoniæ, viſco querno, aliiſque* id genus, in ſpecificum epileptici morbi remedium ab antiquis & recentibus medicis habitis & celebratis: partim etiam ex iis, quæ cerebro, ventriculo, aliiſque viſceribus corroborandis maximè conducunt. In qua etiam raſuræ *ligni buxei* additamentum, à me fortè primò excogitatum, & in compoſitionem etiam *apozematum ac hydromelitum* relatum, comperietis: denique ea ingeſſi ſimplicia, ut *flores ſambuci, camphoram & aquam rutæ de* induſtria, quod in hunc morbum ſpecificis quibuſdam virtutibus non careant: quarum rationes mox ſum redditurus, ne citra rationem aut inconſultè quid feciſſe videar. Ingrati illi *cotulæ, ſambuci & camphoræ odores*, ſatis arguunt, putido quidem ac narcotico, ſed quod & *mitigativo ſulphure* ſcateant. Cujus generis *ſulphur*, mitigando, ſedando, extinguendoque, tanto fulminis ardori, in cerebri noſtri cœlo, furenti, & inſultus hos epilepſiæ fulgureos *Sulphur anodynũ.*

jaculanti, aptiſſimum ac congruentiſſimum eſt: quod ſatis teſtatut *aurea illa noſtri Nepenthes compoſitio*, quæ promptiſſimum ac ſingulare huic morbo adfert ſubſidium. Atque ut particularius cauſas audiatis, quę nos adſcobem ligni buxei, alioqui admodum fœtentis & caput ferientis, addendam impulit: ſciatis, in eo vim quandam narcoticam & ſoporiferum ſulphur abundè contineri, unde fœtorem contrahit, cujus ſulphuris ratione vim obtinet ferocientes ſpiritus compeſcendi, ſicuti plenius patet ex *Anatomia huius ligni*, alibi exhibita.

Anatomia interna ligni buxei, eiusque natura & facultas.

Sive igitur decoctionem hujus ligni uſurpes, ſive liquorem, aut oleum, miros ejus in curatione morborum, his quos tractamus, ſimilium, ob rationes à nobis ibi commemoratas effectus experieris. Sed ſatis *de præparatione*, tempus eſt ut ad *evacuationem* tranſeamus.

Præparatis itaque humorib. ad *evacuationem* deſcendendum. Hic antiqui primas *Helleboro* tribuerunt, præcipue nigro, album enim corpori nimis moleſtus iudicatus fuit, *niger* ergo *helleborus* antiquorum primarium ac potiſſimum fuit medicamentum quo ad vomitum in Epilepſia & gravioribus aliis morbis, quibus congruunt, proliciendum utebantur, adhibitis tamen ante exhibitionem quibusdam cautionibus, quas *vide ſis in hiſtoria hellebori*. Poterunt igitur ex *helleboro, Syrupus vel extracta &c.* exinde parata purgantium vices ſupplere, vel ſi juniorib. ut infantib. aut delicatioribus, mitius aliquod & vulgarius medicamentum exhibere animus eſt, *Pilulæ catholic. ex aloe Querc.* vel ſimilia.

Si tamen fœmina eſt, quæ hujusmodi morbo conflictetur, addi poterit *bryoniæ radix vel eius fecula*, quod hyſtericum eſt ſpecificum, uti & *extractiones ex ſuccis mercurialis & rutæ*.

De revulſionibus & derivationibus, operationibus chirurgicis, deque medicamentis corroborantibus, tàm generalibus, quàm ſpecialibus Dogmaticorum.

Quæ huic affectui adhibentur revulſiones ac derivationes, *clyſteribus acribus, attrahentibus ac vellicantibus*, nec non *ſuppoſitoriis* commodè fient: item *apophlegmatiſmis, maſticatoriis, errhinis, gargariſmis & ptarmicis*. Atque ut ex chirurgia aliqua etiam petamus remedia, aptè hæmorrhoides aperientur: venæ etjam malleolorum ad fluxum ſangvinis ſecabuntur, præſertim ſi ex ſuppreſſis menſibus vitium oriatur, quod ut plurimum contingit: nec non hirudinum ad frontem, pone aures, atque ad alias capitis partes commodas, affixio futura eſt utilis, ſi in eo morbi vitium ſitum eſt primariò.

Chirurgicæ operationes.

At ſi ex infimis partibus cauſa mali exurgat, pedibus, cruribus, femoribus, hypochondriis, cucurbitulæ cum ſcarificatione utiliſſimè aponen-

apponentur: nec non & in ſuperiorum partium revulſionem, ſcapulis congruè affigentur. Ligaturis etiam fortibus & frictionibus, commodiſſimus futurus eſt uſus.

Vſus cauteriorum. Quinetiam ad cauteria actualia aut potentialia, ut vocant, futuræ coronali, occipitio, aut colli cum capite commiſſuræ adacta, tranſiri fœliciſſimè poteſt: idq; ut exitiali materiæ, ſi caput primùm ea infeſtetur, exitus ſternatur: aut ad ea loca proximè, ex quibus virulenta cauſa emergere percipitur, emunctoria, ad eam materiam divertendam ac diſtrahendam, excaventur, quæ ſæpenumerò ex femoribus, cruribus & pedibus, atq; id genus partibus infimis & procul diſtantibus evaporat & ſcaturit.

Quod ad materiam eorum pharmaceuticorum auxiliorum attinet, eam fuſius aut minutiùs exequere, non eſt noſtri inſtituti, præſertim cùm ſubjectum hoc omnibus ſit notiſſimum, de eoq; aut bona ejus parte jam abundè, dum de præſentis paroxyſmi cura hujus morbi ageremus, à nobis dictum ſit.

Reſtat igitur (ut præſcriptam methodum ſequamur) de affectarum partium corroboratione, de intemperiei earundem correctione, ac reliquarum peccantis materiæ diſcuſſione, dicere.

Corroborantia. Roborationi conferunt *conſ. rad. pæoniæ, acori, pyrethri, cortices citriorum, & myrobalani conditi: conſervæ* quinetiam *florum ſalviæ, roſmar.ni, ſtœchados, betonicæ, uniones ſeu margaritæ, coralli, ebur, cornu monocerotis, cornu cervi,* præparata omnia ex arte: ſpecies *aromatici roſati, diarrhod. diamb. diamoſchi, lætif. Gal. dianthos Nicol. diamarg. calidum Avicennæ, diacaſtorium, confectio de hyacyntho, de granatis, Alchermes, & id genus alia,* quæ in uſu ſunt, ſive ſimplicia, ſive compoſita, quæ in varias aptantur formulas, ut *opiatas, conditas, tabellas*: quibus Neoterici ſemper aliquid ſpecificorum, hodie in curam hujus affectus uſurpatorum, ſolent adjicere, qualia ſunt *alcis ungula, cranium humanum, viſcus quernus, ſemen radixq; pæoniæ.* Quod autem ad *ungulam aſini* attinet, cujus uſus veteribus fuit familiaris, nunc apud recentiores Medicos, ea propemodum exolevit. *Specifica Epilep.*

Inter autem ea ſpecifica, vulgò recepta remedia, cùm in uſum admittuntur, certis quibuſdam obſervationibus deliguntur: ut ſcilicet poſterioris pedis potiùs quàm prioris, *alcis ungula* uſurpetur, quæ apud nonnullos, annulo incluſa, ita ut cutem attingat, geſtatur: apud alios collo appenditur, nudam pariter carnem contingens: hacque adminiſtratione virtutis laudem conſequitur, profligandæ prorſus iſtius ægritudinis, nec non ipſo inſultu & paroxyſmo ocyùs ægrum liberandi, idque ex obſervationibus *Ioannis Agric. & Ammonii.* Ab aliis *ſcobs* eius & *pulvis* potu exhibetur, quod præſentiſſimum creditur eſſe remedium *Geſnero lib. de Quadrupedibus, cap. de Alce.*

Sic etiam in *cranio* cautiones adhibentur, ne ſcilicet pars ejus poſterior, ſed anterior potius in uſum ſeli-

gatur,

Digitized by Google

præparationes hauſimus, iiſque acceptas referimus.

In *viſci* autem *querni, radicis ac ſeminis pæoniæ* adminiſtratione, quædam etiam in illis colligendis traduntur obſervationes; ut videlicet radices & ſemina hujus pæoniæ decreſcente Luna decerpantur: nec non & eodem tempore viſcus quoque quernus colligatur , ſed cùm Juppiter in aliqua domorum ſuarum fortunatus admodum fuerit, Lunam ſcilicet trino vel ſextili aſpectu intuens.

Sed jam ſatis experientias hujuſmodi præſidiorum in hunc affectum ejuſque curam rationibus ſuis confirmatas ſuprà attigimus: nonnullas adhuc porrò ſubnectemus ſuis locis.

Hoc tantùm loco, formulam unam roborantis medicamenti in opiatæ formam adjiciemus, ut ſequitur:

Opiata corrobo. rans.

℞. *Conſervæ florum Anthos.*
Pæoniæ.
Bugloſſæ ana ℥ß.
Corticis citrii ſacchato conditi ℥ij.
Pulveris viſci querni & ſeminis pæoniæ decreſcente Luna collecti.
Vngulæ Alcis ana ℥ß.
Cranii humani calcinati ad albedinem ℨj.ß.
Coralli præp.
Margaritarum præparatarum
Cornu cervi præp.
Vnicornu ana ℈iiij
Lapidis Bezoardici veri ℈ij.
Diamoſchi dulcis.
Diatriaſandali ana ℈ij.
Theriaces veteris,
Confect. de hyacintho ana ℨj.

Cum ſyrupo conſervæ citrii fiat opiata mollis, de qua capiat *ad molem nucis avellanæ* ſingulis matutinis idq; in longum tempus protrahatur; ſtatim ad doſes hauſtulum *aquæ lilii convall. florum tiliæ*, qui etiam huic malo ſpecifici ac congruentiſſimi ſunt, aſſumendo. Nec non in eundem uſum propinentur etiam *aquæ hirundinum aut picarum*, de quibus antea locuti ſumus.

Habentur etiam *in noſtra Pharmacopœa*, nonnullæ aliæ *theriacales aquæ antepilepticæ*, quæ corroborandis partibus etiam conducunt: quarum huc ſupervacaneum ſit deſcriptiones traducere.

Poſſumus etiam ex ſuperioribus medicamentis alias formas concinnare, utpote *electuariorum*, *tabellarum*, *& id genus aliarum*, in uſum diuturnum matutinis horis exhibendarum.

Atque hæc ſunt generalia corroborantia, quæ præcipuè affectum cerebrum reſpiciunt, ubi hujuſmodi morborum, ex Dogmaticorum ſententia, ſedes conſtituta eſt.

At ſi radix & ſeminarium morbi in ventriculo ſitum eſt, ea ſuperioribus adjicientur remedia , quæ ei conducunt. Si verò ex matrice affecta morbi cauſa procreatur ; ejus etiam habenda erit ratio.

In peculiarem etiam partium corroborationem, *epithematis, fotibus, ſuffitibus, cucufis, ſcutis, balſamis, emplaſtris*, & id genus aliis, partibus affectis accommodatis, utendum erit.

Ex his perſpicuum eſt, in generalibus ac particularibus roborantibus,

bus, Dogmaticos in frequenti & vulgari uſu habuiſſe *flores ſalviæ, roſmarini, ſtœchadis, betonicæ, ſeminæ pæoniæ, juniperi, & alia* id genus omnia propemodum calida & odorata; nec non *moſchum, ambram,* ejuſmodi compoſitiones ingredi: quòd, ut jam alibi, cauſam eorum propugnando, expoſuimus, opinentur propè omnes à cauſa frigida hunc affectum procreari, eaque craſſa & pituitoſa, ideoque incidentibus, calefacientibus & attenuantibus habere opus remediis. Attamen frequenti experientia didicimus, ejuſmodi calefacientibus & odoratis remediis auctos potius & excitatos fuiſſe hos affectus, quàm imminutos aut ſuperatos. Nunquid id accidit ideò, quòd moſchus & ſimilia odorata ſint καρηβαρικὰ, hoc eſt, caput gravantia, & opplentia cerebrum, & plethoricas cauſas augentia? Quin re ipſa quotidiana nos docet experientia, mulieres hyſtericis affectibus, huic morbo germanis ſororibus, obnoxias, ſolo chirothecarum moſcho ſuffitarum odoratu, & id genus aliis, in inſultus incurriſſe hyſtericos, iiſque illas uno momento concidiſſe & proſtratas eſſe. Quin etiam ipſe vidi, multos ne roſæ quidem odorem ſuſtinere potuiſſe, nec citoniorum, quin ſtatim rheumate corriperentur, & perpetuis ſternutationibus concuterentur: imo etiam graviſſimis capitis doloribus torquerentur, uſque adeò odores illi fragrantes & vaporoſi cerebrum opplent, agitant & perturbant. Quod ſummoperè à Dogmaticis & accuratè notandum eſt, in quotidiana roborantium ſuorum adminiſtratione, ubi frequentiùs peccatur, quàm proficitur. Idcircò paulò pòſt, *ſuo loco*, videbimus, ſpecifica *Hermeticorum* roborantia longè aliam diverſamq; naturā habere, quorum etiam probabiliores ac dilucidiores certioreſq; rationes redduntur, cur in uſum hujus morbi aptentur & conducant.

A Galeniciis in hoc affectu calida & odorata perperam exhibentur. Moſchi natura.

Radicalis Epilepſiæ fomitis extirpandi ratio.

RESTAT modus explicare, quibus hujus morbi reliquiæ radicitùs erui, & funditùs extirpari queant. Cùm enim alta & occultiſſima ſint illius ſeminaria, ſimplicibus ægrè & levioribus tantùm medicamentorum præparationibus ſolvi ac ſubigi poſſint: quibus etiam edomandis, vulgares vacuationes, revulſiones, derivationes, roborationes ad aliquot dies adminiſtrare, impares fuerint. At longiore multò tempore ad ejuſmodi radices eruncandas opus fuerit, ut ſcil. ſenſim & paulatim, ac continua diuturni temporis ſerie exhibeantur ac adminiſtrentur: quibus vel ſic quidem vincendo malo non ſatis paribus ac validis, neceſſarium fuerit ad chronicas diętas (ut vocāt) perfugiū, hoc eſt, ad ſubſidia hydrotica, diaphoretica ac diuretica: ſed nec ſpecifica propria, quę ad occultas illas prorſus evellendas, malignamque ac perniciosam morbi qualitatem, qua ſtipari conſuevit, coërcendam ac extinguendam, reſpiciant: ut hac ratione viſcera craſſis illis impuritatibus ac

Seminales Epilepſiæ difficulter è globis ſuis eliminantur.

Indicationes huic ſcopo inſervientes.

ac obſtructionibus, quibus ſcatent, expediantur, ſupervacaneique humores inciſi, attenuati, ſoluti, & per urinas expurgati, prorſus exhauriantur & abſumantur: atque ſic venenati ac maligni illi vapores ſudoribus excludantur, ac exhalent, ut œconomia membrorum depravata in integrum reſtitui poſſit, & temperata firmaq; corporis conſtitutio reddi. Sic enim concoctiones juvabuntur, & tota ſangvinis maſſa defæcabitur, omni contagii ac veneni labe ſic excluſa, qua ſæpenumerò omnes hujus mali cauſæ foventur ac creſcunt.

Inter remedia, hos curationis & corroborationis ſcopos ſpectantia, *baſamicum & odoratum guaiacum, Indicum illud lignum, nec non lignum Saſſafras*, quod ex Florida, in qua creſcit, ad nos advehitur, cujus aromaticus ſapor, dulcedinem fœniculi æmulans, guſtui eſt gratiſſimus, principem locum inter hydrotica omnia & diaphoretica, occupant: quæ etjam pervicacibus morbis omnibus ac chronicis, quorum frigidæ ſunt cauſæ; necnon conſtitutionibus ac naturis obæſioribus, craſſioribus ac pituitoſis, adminiſtrari utiliter & adhiberi ſolent.

Diaphoretica principalia. Inter ſudorifica, quæ vulgariter uſurpantur, *Salſaparilla & radix China*, minùs calefacientia habentur: quæ idcircò in id genus morbis adminiſtrantur, qui radices occultas habent, & diuturnitatem temporis conſequuntur, omnibus aliis remediis fruſtra tentatis: quæ quidem hydrotica à nonnullis Dogmaticis macris & macilentis adaptantur, & in eorum uſum ſervantur, nec non eorum, qui jecur impensè calidum obtinent, ratis, ejuſmodi ſimplicium decoctionem minùs noxiam, quàm quæ ex *guaiaco*, aut alio calidiore medicamento paratur: quanquam alii laudant guajacum, principemq; locum tribuunt in curationem, non tantùm variolarum, ſed epilepſiarum etiam, paralyſis, & chronicorum ejusmodi morborum ac nullis remediis vulgaribus cedentium: cujus tamen temperatur *decoctio ſcobis rhodii ligni* admixtione, ut apud Pharmacopœos nomen habet, vel quod aliter *roſeum aſpalathum* dicitur, ſantalum non tantùm ſimilitudine exprimens, ſed odorem roſæ valdè referens, cujus hodie frequentiſſimus eſt uſus, ejusque cum omnibus ferè aliis decoctionibus mixtio fit, in quibus guajaci & aliorum calidorum hydroticorum calor moderandus eſt, pergratum ſimul ac ſuaviſſimum odorem, ſaporemque decoctioni impertiens.

Inter ea etiam hydrotica communia laurinum ac juniperinum, ligna recenſentur; quorum in morbis frigidis & pituitoſis temperamentis ac humidis, qualia ſunt quædam paralyſeωn, contracturarum & catarrhorum genera uſus evidens eſt. In eodem albo numerantur *ulmaria, carduus benedictus, radix petaſitis aut bardana*, & id genus alia, quæ longum eſſet omnia recitare, ſatisque hîc eſſe poſſit communiora quædam enumerare, ad quæ celebriores &

Digitized by Google

majoris notæ Dogmatici, in gravioribus morbis, & pervicacioribus, tanquam ad ſacram anchoram ex vegetabilium familia petitam, hodie confugere ſolent. Ex quibus varii generis decocta parant, quibus unum aut alterum ſudorificorum iſtorum immiſcent modò majore, modò minore copia, prout res exigit, & varia ægrotantium conſtitutio ac temperamentum ſuadet.

Nos verò qui hoc loco de Epilepſia agimus, ea nos medicamenta hydrotica, quæ opportuniora, aptiora, & magis affectui ſpecifica nobis videbuntur, inſeremus, ob commemoratas jam à nobis rationes, quas hîc ſupervacaneum ſit repetere. Atq; ne ab ordine noſtro, & inſtituta methodo aberremus, poſthac etiam ſuo loco, quæ opportuniora etiam, ac aliis morbis huic germanis ſororibus magis congrua ac ſpecifica fuerint, docebimus.

Hæc utique potio cujuſvis ætatis & temperamenti hominibus epileptico hoc malo affectis, commodè exhiberi poteſt; quum ea magis ad virulentas ac malignas qualitates edomandas reſpiciat, quàm ad craſſos pituitoſosque cerebri humores calore ſuo attenuandos, ſolvendos ac vacuandos ſudoribus excitatis.

Nonnullæ ſunt corporum admodum humidæ naturâ conſtitutiones, in quorum uſum, decoctioni non verear ℥ij. *ſcobis guaiaci*, admodum balſamici, ut jam monuimus, adjicere, ut quod, cùm inter ſudorifica annumeretur, non poſſit non corruptionibus ac verminoſis malignorum vaporum putrefactionibus, quæ ſæpenumerò epilepſiam ſympathicam concitant, obſiſtere. Ditioribus ex *aquis ulmariæ, fumariæ, vel florum tiliæ & lilii convallium*, hujuſmodi morbo ſpecificorum (loco aquæ communis) *decoctiones* propinaverim. Aut etiam decoctionum loco, cùm in iis, pars mercurialis, aut acidulus ejus & fermentativus ac ſudorificus ſpiritus vi ignis exhalet, ut alibi ſcripſimus: ſatius fuerit, & malim ego ex ſimplicibus illis, in Bal. Mar. per triduum aut quatriduum digeſtis, liquorem *cornuta*, ut vocant, igne balnei vaporoſo ad ſiccitatem uſq; extillare, unde tota rei ſubſtantia citra aduſtionem proliciatur, ac ſecundam decoctionem ex fæcibus parare, quæ loco vini in potum cibi tempore aut extra cibum etiam exhibeatur. Quod præſtabitur commodè, ſi aridis illis fæcibus, fontana & communis aqua ſuperinfundatur, ex qua fiat decoctio, ac demum decoctione effuſa, exiccatoque capite mortuo, ex eo in cineres candidos per reverberium redacto, cineribusque iſtis in manicam *Hippocratis* injectis cum *cinnamomi* conquaſſati modico, velim ego per eos deſtillatam identidem ac crebris vicibus traducere & reaffundere priorem aquam, quæ ſalem fæcum extrahat, unde efficacior & magis vitriolata reddatur. Hujus autem aquæ ſic demum paratæ ſatis fuerit in ſingulas doſes duas aut

aut tres uncias offerre, unde admirandos effectus videre liceat.

Atque ſic, quibus ornamentis ſpagyricis vulgaria illa Dogmaticorum remedia obiter augeamus, ac ditemus, perſpicuum eſt: quæ alioqui parum fœcunda,& prorſus etiam inani deprehenderentur, ſi qualia ſunt, nec arte ſpagyrica adaucta, adminiſtrarentur. At expectate paulisper amici, ut ſuo loco, illa elegantiore ac nobiliore cultu induta, vobis prodeant.

Ratio Diata Dogmat. Cum huiuſmodi remediis utuntur Dogmatici, hanc adminiſtrationem, *Diatam* facere, vocant, quòd tunc ſtrictumadmodum vivendi genus, idque, attenuans, & exiccans utplurimùm imperetur. Nonnulli ad longum ſatis temporis ſpatium, hanc vivendi formulam, hoc eſt, ad 24. 30. aut 40. dies protrahunt, ut paulatim & longa ſerie, tàm rebelles affectus, longoque tempore contracti, domentur ac vincantur. Aliis 10. aut 15. dierum Diæta ſatis, nec ultra progrediuntur. Quod mihi nullo modo probatur. Tanta enim temporis brevitate agitantur, non autem diſcutiuntur aut abſumuntur humores morbifici.

Toto illo temporis Diætæ curriculo purgatur æger (ut & ante illius inchoationem commodè fieri ſolet) idoneo ſpecificoque medicamento, idque ſexto quoque die. Cui ſi ſtricta fuerit alvus, biduo quoque perfundetur emolliente clyſtere, ultra medicamentũ ſuperius allatum. Quodque poſtremum eſt in hac cura, ut inchoata eſt potione medica laxante curatio, ſic potione ſimili finitur medicatio. Quod quidem medicandi genus in nonnullis, adverſus ejuſmodi chronicos & pertinaces affectus, qui carnoſæ & obæſæ conſtitutionis, humidiq; ac pituitoſi temperamenti fuerint, felicem ac efficacem ſortitum eſt exitum. Aliis plus damni, quàm commodi peperit. Quæ enim expectatur cerebri exiccatio, tantum abeſt, ut fiat, ut contra humidius, ac catarrhis cerebrum reddatur opportunius. Hujuſmodi enim calefacientibus remediis incenſus ſangvis, majorem vaporum copiam exhalat & emittit, quibus magis oppletur cerebrum, ſicque turbidum ac nubilum, nec non pluvioſum redditur, hoc eſt, defluxus ac deſtillationes in varias corporis partes concitantur & creſcunt. Cujus rei ſedula habenda eſt ratio, ne quid hujuſmodi remediorum, citra delectum & inconſultè, præſcribatur. Quin potiùs procurandum eſt, iſtiuſmodi medicamentis urinæ potiùs provocentur, ſudorifica enim omnia, diuretica quoque haberi ſolent: aut per inſenſilem tranſpirationem ſangvis expurgetur, ne ad ſudores violentiùs adacto corpore plus juſto ſangvis incaleſcat. *Talis Dogmat. medicatio non in omnibus ſuum finem aſſequitur.* *Diuretica commendantur.*

Atq; hæc eſt compendioſa medicamentorum ſeries, tam internorum quam externorum, varias indicationes & ſcopos reſpicientium, quibus hactenus Dogmatici in Epilepſiarum curationem utuntur.

Digitized by Google

CURA HERMETICA.

Nunc quid in *officina chymica* contineatur,& quæ auxilia ex iis erui poſſint, tempus eſt patefaciendi: videndumque eſt, inter tot, quæ ibi habentur remedia(licet exiguum locum occupent,& minimis pixidibus ingentes ſummeq; rari theſauri concludantur) quę ſeligere nos oporteat: ea videlicet, quæ iſtis affectibus, de quibus agimus, juxta varios curationum ſcopos, maximè congruunt, ubi eam rurſum ſequemur, quam inſtituimus à Dogmaticis methodum.

Indicationis curat. Epilepſ. ab Hermeticis d. ſumta. Ut igitur ab epilepſiis exordiamur, ſive ut morbi acuti conſiderentur, tùm potiſſimum, quum paroxyſmus repentè ingruit, & ægrum opprimit, ſtatimque deſinit: ſive ut longi & chronici, per intervalla recurrentes, aut interdum etiam diuturnum paroxyſmum foventes, nec niſi morte deſinentes. Horum affectuum cauſas aſtrales potiùs & ſpirituoſas eſſe indicant *Hermetici*, quàm materiales & craſſas, ut jam abundè diximus, nec non malignis & virulentis quibuſdam qualitatibus copulari, quibus idcircò, non expectata digeſtionum, concoctionum & præparationum methodo, promptè ſuccurrere, & virulentã eorum vim infringere, totis viribus contendunt. Cùm autem jam ſupra originem & ſeminaria prima nonnullarum epilepſiarum, quas *analepſias & catalepſias* vocavimus, expoſuerimus, easque ex pravis, acribus & venenatis vaporibus ſuſcitari, qui vel ex impuro ſanguine ab origine, vel corrupto lacte & inquinato ſemine, aut quovis alio atrabilario humore, porraceo & æruginoſo (qui aptius *vitriolatus* dici poteſt) exhalant: minerasque morbi deliteſcere, vel in ventriculo, ſangvinis maſſa, inteſtinis, ſplene vel meſenterio, matrice, aliisque corporis partibus, diximus, unde contagium ab infantibus etiam lactantibus contrahi poſſit, & ſic mali labes ad eos traduci: Ea deligemus idcircò auxilia, quæ omnibus horum affectuum generibus citra diſcrimen, omnibus etiam ægrotantium ætatibus ac ſexui congruant, & accommodari poſſint, qualis eſt *theriacalis aqua* major in Pharm.

Prædictæ aquæ doſis adminiſtrandæ ratio. Uſus autem ejus hic eſto, *ut in fantibus* ſcilicet, qui hoc morbo tentantur, in ipſa acceſſione, ad ſemicochleare exhibeatur, idque vi intrudatur, ſi aliter fieri nequit, adjectis aliquot *olei ſuccini guttis*, una aut altera nempe: quo fiet, ut ſtatim à paroxyſmo reſurgant. A quo excitati, non quieſcent nec ceſſabunt ab uſu medicamenti ejuſdem, quod ad 15. vel 20. dies, aut plures etiam, matutinis horis erit continuandum. Quo utique remedio complures eorum à morbo, citra repetitionem, prorſus convaluerunt, ſimul injectis crebris clyſteriis, & eorum nutrice, optima vivendi norma, ad rectam temperiem revocata. Omnibus porrò cujusvis ætatis & ſexus hominibus *eadem aqua* in præcautionem & curationem affectus, commodè & fœliciter propinatur.

Mulier. hyſter. Si autem *mulier* ſit, quæ ab hyſteri-

ſterica affectione in hunc morbum incurrat, eidem aquæ admiſcenda erit *tinctura granorum maturorum actes*, ut vocat *Parac.* cujus deſcriptionẽ docuimus *in noſtra Pharmacopœa reſtituta*. Admiſcendum etiam (ſi velitis) *oleum buxinum & caſtorinum*, arte ſpagyrica proléctum, ſingulorum ad tres aut quatuor guttas, cujus medicamenti uſus ſit & diuturnus, & ſine intermiſſione adminiſtretur.

Si ex vitio ventriculi ortum habet affectus, ſive ſint *viri*, ſive *mulieres*, quæ laborant, diluendæ erunt in ea aqua *duæ aut tres olei menthæ, cinnamomi, roriſmarini guttæ*, nec non totidem *olei ſeminis aniſi, pæoniæ*, arte pariter Chymica extractorum, quæ ex ſimplici aqua, more educendi ex *ſeminibus olei*, extillata ſint, ut Chymicis omnibus notum eſt.

Si verò extillatio prioris & poſterioris aquarum iſtarum *theriacalium*, alicui videbitur non carere difficultate, & temporis diuturnitate, (cùm tamen res ſecus habeat) ut oſtendam, quàm copioſa abundent *Hermetici* remediorum ſuppellectile, & quam variis modis ea effingant ac præparent (uſque adeò ex ſolertia & ſagacitate artis ingenioſi homines) eatum in locum ſubſtitui poſſunt alia remedia, quæ in ſyruporũ formã concinnabuntur, quorũ uſus jucundior, gratior & facilior futurus ſit, quiq; citra exceptionẽ, vulgaribus aliis omnibus, & præſtent, & longè utiliores ſint. Quorum etiam *in noſtra Pharmacopœa*, deſcriptionem tradidimus.

Quum autem in id genus affectibus ſoleant utplurimum corruptiones & vitia, in viſceribus contenta, purgationibus educi, (ex quorum vaporibus malignis hoc malum creari ſolet) ut hoc præſtetur, purgantium medicamentorum loco *ex vegetabilibus* peritorum, hoc eſt, loco *caſſiæ, catholici, diaphœnici, triphera perſ. elect. Indi maior. & minor. confect. hamech, hieræ ſimpl. aut Paccii, & id genus aliorum*, aut leniorum, aut violentiorum, quæ plus damni ſæpenumerò, quam utilitatis adferunt, ſeligenda ſunt ea, quæ ad ſeminaria uſque morbi penetrant: inter quæ, ab antiquitate ſemper commendatum vidimus *utrumq; helleborum*: ſed in primis *nigrum* laudamus, quia *albus* in noſtris montibus frigidis collectus uſq; adeo crudus eſt, exitialis & convellens, ut illius uſum prorſus improbem & rejiciendum ſuaſerim. *Purgantia.*

Hujus ergo adhiberi poſſunt *Quinta eſſentia, Extracta* diverſæ ſortis, quam vide *in hiſtoria Hellebori*: Et, ſi Epilepſia ab utero fiat, addenda eſt *Bryoniæ*.

Hæc igitur ſint, quæ explicata fuerunt Hermeticorum, in hoc genere morborum purgantia remedia, ex vegetabilium familia petita: quæ ob inſignes ſuas virtutes non Epilepſiis ſolùm accommodantur, ſed & Vertigini Apoplexiæ maxime competunt. *Metallica* autem purgantia longe nobiliora & præſtantiora, ab illis ad occultas ſuperiorum morborum cauſas expurgandas habita deſumi poſſunt ex *Mercurio, & Antimonio*, quæ vide ſuis locis.

Spe-

Specifica Hermetica varia dari poſſunt, videlicet 1. *Cranii humani Magiſterium, Sal* & ſimilia ex eodem præparata.

2. *Gemmarum Tinctura.*
3. *Salis marini Cryſtalli dulces.*
4. *Vitrioli Spiritus volatilis.*
Spiritus antepileptici varii. Tinctura Elixir.
Sulphur narcoticum &c.
5. *Antimonii Tinctura varia & Antidoti.*
6. *Solis Tinctura, Elixiria*
7. *Lunæ liquor viridis Tinctura.*
8. *Mercurius eſſentificatus, diaphoreticus.*

Hæc cum aliis quamplurimis deſcribuntur locis ſuis propriis quo lectorem remittimus.

De Revulſionibus & derivationibus reliquisque curationum ſcopis, item de Corroborantibus Hermeticorum.

QUod ad *revulſiones & derivationes* neceſſarias attinet, eas æquè cum Dogmaticis recipiunt & commendant hermetice ac inprimis frequẽtem clyſterem vel etiam irritantium uſum, citra tamen decoctiones illas cephalicas nimis incendentes & calefacientes: quarum loco, & *hiera Paccii aut Logadii*, aliorumque id genus medicamentorum, nimiùm calefacientium & attrahentium, quæ vulgò ejuſmodi clyſteres ingrediuntur in horum morborum cura, quæq; utplùrimum (quemadmodum dictum eſt) materias quaſdam vaporoſas, calidasque exhalationes & ſiccas excitant, atque idcircò longè magis noxia, quàm utilia ſunt. Horum, inquam, omniũ vice, longè præſtantius medicamentum purgans in ſuis clyſteribus ſubſtituunt, quod citra omnem nimii caloris manifeſtum ſenſum, & qualitatem, attrahentem tamẽ abundè virtutem & facultatẽ poſſidet, qua eximiè operatur. Cujuſmodi eſt *crocus metallicus vel metallorum*, ut vocant, quæ præparationis antimonii quædum ſpecies eſt, cum *nitro* parati: à quo figitur, & *arſenicali ſuo ſulphure* ſpoliatur antimonium, ut ſic etiam excoctum intrinſecus & ore, citra vim ullam aut corporis perturbationem, ſumi poſſit: multoq; minus corpus exagitet, decoctioni clyſteris immixtum & infuſum. Sed de hujus medicamenti *virtute ac præſtantia* paulò pòſt fuſiùs, nec non utilitate ac admirandis ejus effectis diſſeremus.

Clyſteres Dogmaticorum improbantur.

Præter crebrum ejuſmodi clyſterum uſum, qui propriam quandam horum morborum naturę congruentẽ vim habent ac energiã ſpecificam, quiq; operantur etiã, juxta decoctionum, quæ variari poſſunt, facultatem ac proprietatem, addito ſemper ſpecifico aliquo medicamento, nulla habita calefaciendi aut frigefaciendi ratione: quod tamen curioſè nimium obſervant vulgares Medici.

Laudant quoque iidem Hermetici æquè cum Dogmaticis *vomitus provocationem, hemorrhoidum apertionem, ac menſtruorum, nec non ſaphenæ venæ aut alterius etiam, prout expedit, ſectionem cucurbitularum appoſitionem, frictionum, fortium ligaturum, ptarmico-*

micorum, errhinorum, maſticatoriorum, idque in privatam cerebri expeditionem. Denique nullum non ejuſmodi remediorum admittunt, ut qui etiam cauteria, ſive potentialia recipiunt: quòd revulſionum & derivationum uſum præſtent.

Vomitorium. Veruntamen ſingulare hoc *vomitivum* ac ſternutatorium uſurpant, aliorum omnium loco, Hermetici: *ſalem* videlicet *vitrioli* ritè præparatum: quo fœliciſſimè utuntur, paucorum granorum exhibitione, in congruenti decocto, aut ſtillatitia aqua ſolutorum, quo lenis vomitus, ac utilis educitur. Idem *ſal*, ſi naribus inſuffletur, privatim cerebrum expedit, & mirè repurgat: Cujus uſus longè ſalubrior eſt & innocentior *helleboro ipſo albo*, qui vulgò in hunc finem uſurpari ſolet.

Corroborantia Dogmaticorum. In corroborationes & confirmationes cerebri, aliarumque oblæſarum partium, necnon intemperiei correctiones, & reliquiarum reſolutiones, in hunc finem Dogmatici uſurpāt *uniones, margaritas, corallos, granata, rubinos, ſapphiros, hyacynthum, jaſpidem, lapidem Lazuli, aurum & argentum in folia aut limaturam redactum, cornu cervinum, unicornu, caphuram, ſericum crudum aut chermes*, & id genus alia: ex quibus *confectiones alkermes, de hyacyntho, de granatis, diamargaritum, de rubinis, de lapide ſtellato ſeu lazuli, nec non antidotum Alexandrinum, diamargaritum calidum & frigidum*, aut etiam *antidotum è margaritis, & è corallis*, à Nicolao *Myrepſo* deſcriptam, concinnant. Quæ quidem confectiones & aurum recipiunt, & omnes propemodum pretioſos lapides, aliaque id genus roborantia, quæ pro fundamento & baſi variarum aliarum antidotorum quoque admittuntur, idq; ſine ulla ingredientium præparatione, quàm in pulveres redactorum, ut mox dicemus. In illorum, inquam, medicamentorū roborantium, craſſè præparatorum, locum, quæ ad ventriculum cum ſtomacho inaurandum & inducendum lapidibus potiùs conducunt, quàm ad cerebrum corroborandum, cùm ejuſmodi craſſa medicamenta à ventriculo coqui & vinci nequeant, nec idcircò in venas ſic exhibita traduci, quibus ſubſtantia corporis noſtri frui poſſit: inter *Hermeticos* vel minimum etiam exercitati ſurrogare ſolent corporum craſſiuſculorum loco *magiſteria corallorum, & unionum* artificioſè extracta, cum aciditate vitriolata montana, vel ea, quæ ex *junipero, guajacio, ligno quercino*, (ejuſmodi aciditate ſupra alia omnia abundante, ut iam pridem *lib. 5. magni noſtri mundi ſpeculi docuimus*) extillat: nec non etiam, *rubinorum, granatorum, ſmaragdorum, ſapphyrorum eſſentias*, ejuſmodi aciditatis vitriolatæ beneficio extractas, quæ in ſale marino, aut nitri & petræ deliteſcit, quamque vel minimus ſpagyticorum artifex novit prolicere ac ſeparare ex ipſis ſalibus, qui ejuſmodi lapides pretioſos in eſſentias reſolvunt, propriis ſuis coloribus tinctas, ut *rubinorum & granatorum* ſervato colore rubro, & ſolari: *hyacynthi tinctura flava: ſmaragdi virore & venereo colore: ſapphyri* ſapphyrico & lunari.

Corrob. Hermeticorum.

De antidot. ſect. 10. c. 35 & 36.

Tinctura lapidum.

ri. Quibus etiam notum eſt artificium extrahendæ tincturæ ex chermes, longè aliud, ac ab illo diverſum, quo ab infectoribus ex *grano tinctorio aut ſcarlata*, ut vocant, color educitur. Sic eſſentias & olea caphuræ, croci, arte extrahi *in Pharmacopæa noſtra* docuimus: nec non *aurum & argentum* in calcem primum redacta, ut in liquorem potabilem ſint traducenda, *ſoliis juniperi & ſalviæ oleis*, aptè ut decet, præparatis, ut in hanc rem accommodatis, perſpicuè ibidem demonſtravimus. Quæ quidem eſſentiæ, ſive ſalis conſiſtentiam, ſive olei formam obtineant, ſive eæ ſolæ ſint & ſeparatæ, ſive etiam inter ſe commixtæ, ex juſculo, aut aliquo alio congruente liquore exhibentur: quæ idcircò ſic in venas diſtribuuntur, balſamum ſuum & ſpiritus in noſtros ſpiritus & naturale balſamum traducentes accommiſcentes: quibus noſtri corroborati, ac fortiores redditi, nullo negotio ſeminaria, vel radices etiam occultiſſimas hujuſmodi morborum evellere & prorſus eruncare poſſunt.

Præterea in eundem ſcopum Hermetici *conſervarum roſmarini, pæoniæ, ſalviæ, & aliorum* id genus loco ſubſtituunt *olea & eſſentias* ſuas: nec non theriacæ aut mithridatii loco, eſſentiam illarum *aqua corniculi cervini extractam* uſurpant: aut *aquas* etiam, quas vocant *theriacales, antepilepticas, antapoplecticas, & antiparalyticas*, & id alias ſpecificas aquas, morbis iſtis congruentes & aptas: de quibus jam ſuprà loquuti ſumus, quarumque formulas in *eadem noſtra Pharmacopæo*, ex ſpagyrica aut Hermetica ſchola petitas, deſcripſimus, quibus Dogmaticorum præſidia augerentur, & illuſtrarentur: quæ alioqui per ſe & ſeorſim omni ornamento ac decore deſtituta ſunt.

IV.

DE APOPLEXIA.

De apoplexia, *eiuſque cauſis, differentiis & ſignis ſententia: Dogmaticorum.*

Ratio nominis. HUjus morbi, quem ſiderationem & attonitum Latini dicunt, Græci verò ἀποπληξίαν, ἀπὸ τοῦ ἀποπλήττειν, hoc eſt, à percellendo vel percutiendo, nuncuparunt: quod qui ea corripiuntur, veluti de cœlo tacti & percuſſi videantur: vel quòd tanquam ex lethali ictu & percuſſione repentinum faciunt caſum: *Cæl. lib. 2. oxeon. cap. 5.* hujus inquam morbi & naturam & differentiam, & partem affectam, & cauſas paucis ex Dogmatico- *Defin. apoplexiæ.*

Digitized by Google

ticorum ſententia perquiram: Eſt enim repentina motus & ſenſus, adeoque omnium facultatum animalium privatio. Sic *Gal. Paul. Aetius, Avicennas, Celſus*, & quotquot ſunt, ferè omnes antiqui & neoterici medici eum nominant, talique nomine naturam ejus exprimunt. Qui autem hoc malo corripiuntur, interdum nullis ſignis, aut indiciis aliis proximè antegreſſis, ſubitò cadunt: & veluti fulmine quodam icti, jacent attoniti, ſine motu, ſine ſenſu, ſine mente: cum ſtertore interdum graviſſimo: qui vocati non reſpondent: nec divulſis pilis, vel ſtimulo puncti quicquam ſentiunt. Quam *apoplexiam* (inter quatuor, ipſius quas conſtituunt, differentias) *graviſſimam & actualiſſimam dicunt.* Interdum nonnulla concurrere & præcedere *ſigna* accidit; ut gravitates & dolores capitis, vertigines & ſcotomiæ, error judicii & univerſarum facultatum animalium: totius corporis tremor: dentium ſtridor: vox tremula & interrupta: in ſomno gravitas & pigritia: membrorum palpitatio, ac inprimis labiorum: jugularium venarum ſuſpenſio: extremarum partium, ſine ratione, algores: urina æruginoſa, atra & punicea: de quibus conſule *Paulum & Avicennam.* Apud quem videre etiam poteris, quibus ſignis apoplexia differat à caro ſeu ſopore, ab uteri ſtrangulatu, à ſyncope, ab extaſi melancholica: ab epilepſia, à ſimilibus denique affectibus apoplexiæ affinibus.

Gal. 3. de Laff. c. 10. 2. aph. com. 42. Avic. 1. tertii tr. 5. Celſ. lib. 3. c. 27.

Signa Apoplex.

Paul. l. 3. c. 18. Av. 1. tertii tract. 5.

Quum igitur ex ſuperioribus compertum habeamus, focum & ſedem apoplexiæ in affectione cerebri exiſtere: qua animalitas, ut ita loquamur, tollitur, *hoc eſt*, ſenſum & motum corporis in omni apoplexia extingui: aliasque celebri functiones animales prorſus aboleri (*quæ quidem deſcriptio ex ſymptomatis tantum deſumpta eſt.*) Nunc videndum eſt nobis, quæ ſit illa affectio, quæ ex ſe primùm uno momento, tàm inopino & veluti proditorio inſultu, diſtributionem, curſum, effluxum, & penetrationem ſpiritus animalis in nervos, motui ac ſenſui dicatos, remorari poteſt: eoque modo viam omnibus elegantiſſimis animæ functionibus obſtruere & intercipere. Præterea expendendum eſt, an idem ſic cum epilepſia affectus, ratione ſedis & cauſarum, ut cenſet *Gal.* An verò vicinus, affinis, & germanus ſit inter ſe uterque affectus.

Fomes & minera Apoplexia

Quod ſi ita eſt, unde ambo inter utramque affectionem naſcetur differentia? qua epilepſia depravatum tantùm, cum membrorum concuſſione & torſione ſuſtineat? In apoplexia verò corpus omni motu ſenſuque prorſus ſit deſtitutus? Adde apoplexiam, ut plurimum in paralyſim degenerare & terminari: quod nunquam epilepſiæ contigit, ut omnes tùm græci, tùm alii percelebres medici, quotidiana ipſa experientia nixi, uno ore pronunciarunt, excepto uno ſolo *Avicenna.*

Diff apoplex. & epilepſia

Ut quæſtionem hanc ex multorum dogmaticorum opinione expediamus: in *apoplexia* perfectam,

Dogmaticorum.

Digitized by Google

completam, ac integram obſtructionem ventriculorum & meatuum cerebri eſſe autumant: quæ curſus & fluor animalis ſpiritus in nervorum genus prorſus abrumpitur: quo fit, ut corpus ſenſu motuque ſimul prorſus orbetur. At in *epilepſia* dimidiatam tantùm obſtructionem quandam augurantur, neq; eam omnium ſimul ventriculorum cerebri: ſed quorundam tantùm, qui ſenſum prorſus extinguendi, motum verò tantùm depravandi vim habent: idque ob nervorum varietatem: quorum alii ſenſui: alii verò motui à natura deſtinati ſunt. Atque hæc eſt, quam ſtatuunt inter utrumque deploratiſſimum affectum differentiam dogmatici. At ſi cominus intueamur & repetamus, quæ jam ſupra de cauſis epilepſiæ edisſeruimus: comperiemus, non tam ex humorum aut craſſorum vaporum obſtruente copia malum naſci, quàm ex *maligna & venenata quadam qualitate, ex diametro cerebro oppoſita & noxia*: Quod ex morſu ſcorpionis, qui epilepſiam induxit, & aliis teſtimoniis quàm plurimis, quæ huc afferri poſſent, nobis facilè innoteſcit: Ita ut inde liceat inferre, epilepſiam non tàm organicum eſſe affectum, quàm totius ſubſtantiæ cerebri corruptorem ac depravatorem, ac proinde longè aliud eſſe inter utrumque hunc morbum diſcrimen, quàm ſtatutum ſit: quod dilucidè explicabimus, cùm Hermeticorum ſententiam excutiemus. Ut autem ad *apoplexiam* redeamus, & exactiùs tam ſubitæ ſenſus ac motus privationis cauſas rimemur: confirmabimus, quod *ſuprà* diximus: *Impedimentum illud eſſe, quod ſpiritus animalis tranſitum in nervoſas partes interpellat: communicationemq; eius membris omnibus interdicit: eamq; affectionem, qua huiuſmodi impedimentum cauſatur, unam & ſolam eſſe omnium iſtiuſmodi ſymptomatum radicem*: ac proinde concludemus, ἔμφραξιν eſſe, ſeu πίεσιν, hoc eſt, *obſtructionem* eam, de qua jam loquuti ſumus, vel quandam *coarctationem ac compreſſionem viarum & ventriculorum cerebri*: qua præpeditur, quò minus in cor ſpiritus animales transfundat, vel ſpiritus vitales ab eo excipiat: quos poſtea in partes nervoſas trajiciat. Etenim ſi *facultas vitalis* denegetur *cerebro*, propter compreſſionem & obſtructionem venarum jugularium, & arteriarum caroditum, cerebrum jam quaſi vita deſtitutum, & veluti ſepultum, aut tenebris obrutum, nulla vi pollet, animales ſuos ſpiritus in nervoſa membra diffundendi, & functiones ſuas per totum corpus obeundi. Nihil enim præſtare poteſt, ſi vita deſtituantur, *hoc eſt*, vitali ſpiritu orbetur, cujus appulſu animatur, & ad particulares functiones, quæ ſecundæ ſunt energiæ, obeundas compellitur. Nam ſi ea vita, quam cerebro impertitur, ipſi deſit, ſecundas quoque energias deficere, & proprio motu prorſus privari neceſſe eſt. Quod in *ſyncopis* & *uteri ſuffocationibus* videre eſt: ubi cor præſertim, non cerebrum invaditur. Omnes enim animales cerebri faculta-

Cauſa ſymptom. apoplect.

Modus fiendi.

Syncope & uteri ſuffocatio.

cultates hîc ſilent, tanquam extinctæ, omnique ſenſu & motu orbantur corpora, eodem propè, quo in apoplexia, modo: quod videlicet oppreſſo corde, vitali ſpiritu cerebrum deſtituatur. Sic Aſſyrii, ut teſtatur *Alexander Bened. lib. 10. cap. de apoplexia*, ſimilem propemodum affectionem juvenibus & antiquis inducunt, quibus præputium volunt circuncidere. Qui, ut doloris ſenſum omnem eripiant, colli & juguli venas conſtringunt ac comprimunt, eosq; hoc modo tanquam apoplecticos, ſenſus & motus expertes reddunt.

Cauſa obſtruct. particulares. Atque hæc *de cauſa formali apoplexiæ* dicta ſint. Ubi tamen inquirendæ & inveſtigandæ ſunt iſtius obſtructionis & coarctationis particulares cauſæ. Quæ quidem *cauſa* ſunt & *externa*, & *interna*. *Externa.* *Externa* ſunt, nimia frigoris intemperies, cerebrum conſtringens, comprimens, & quaſi conglacians: caloris vehementioris exceſſus, ipſum colliquans ac diſſolvens: concuſſio capitis ex caſu aut ictu excitata: & id genus aliæ externę cauſæ, *Interna.* quæ *internas* commovent. *Obſtructio* enim, ut ab ea ordiamur, à qua apoplexia procreatur ſæpius, quàm à *coarctatione & compreſſione*, fit, aut ex humoribus in vaſculis cerebri contentis, (hoc eſt, *in venis & arteriis à jugularibus & carotidibus*,) id eſt, *ſoporiferis*, productis: aut ab humoribus extra illa vaſa diſperſis naſcitur. Quæ ab humoribus in vaſis contentis fit obſtructio, ea tum generatur, cùm humor, *hoc eſt*, ſanguis craſſus & melancholicus ea ſupra modum opplet vaſcula. Unde in cerebro ſpecies quædam phlegmonis oritur, ut vult *Gal.* quales in carnoſis partibus, ex nimia ſanguinis copia, ex vaſculis refudante, aut copioſè affluente, intenduntur. *Gal. comment. aphoriſ. 42. 2.* Siquidem in ventriculos cerebri effuſus ſangvis eos replet, unde generatur obſtructio, motu, & ſenſu corpus deſtituens. Quæ ſi in arteriis fiat, ſpiritus vitalis aſcenſum in cerebrum prohibet: cujus inopia & defectu cogitur cerebrum ſuis functionibus & actionibus carere, ut ſuprà diximus.

Atque hæ ſunt iſtius obſtructionis cauſæ. Eaſdem externæ coarctationis cauſæ origines habent. At compreſſio arteriarum carotidum, qua vitalis ſpiritus in cerebrum aſcenſus intercipitur, ſi manu, aut laqueo fiat ſuffocatio: ſive vapore aliquo eas partes opplente, ut in ſtrangulatu matricis fieri ſolet, alias habet cauſas, & rationes, quas aliò rejicimus explicandas: quum ex *Hermetica ſchola* petendæ ſint.

Hæ ſunt igitur *cauſæ internæ* & antecedentes apoplexiæ: quibus re ipſa cerebrum oppugnatur: & ex quibus meatus ac vias cerebri occludentibus, conjunctæ ipſæ affectus cauſæ naſcuntur.

Superſunt aliæ *cauſæ internæ*, remotiores, ut *diatheſis & propenſio naturalis* ad hoc malum, ſive aliunde, ſive hæreditario quodam jure partæ: *Diatheſis hæreditaria.* ut quibus cerebrum imbecillius ac intemperatius eſt: quibus craſſum & amplum caput eſt, utpote multo-

rum vaporum capax, quos nequeat aut coquere aut diſcutere. Nonnullæ ſunt *externæ*, quæ gignunt, præparant, & aptas huic malo internas reddunt: qualis eſt ingluvies, aut cibi & potus exceſſus: uſus ciborum frigidorum & vaporoſorum: venus immodica: locorum & regionum natura & proprietas, nec non temporis conſtitutio, quæ huc multum confert: quum hujuſmodi affectus faciliùs hyeme, quàm alio tempore excitari ſoleat, juxta Hippoc. Ætas enim nullo negotio eum procreat: ſiquidem is ex ſententia ejusdem *Hippoc. aphor.* 31. *primi lib. aphor.* veteribus familiaris eſt, atque idem generatur maximè ab anno 40. ad 60. uſque, eodem *Hippoc. teſte 6. aph.* 57. Cujus rei ratio eſt, quòd tunc temporis omnium humorum hi duo craſſiſſimi, pituita ſcilicet & melancholia præcipuè in corpore abundent. Ex quibus, propter utriuſq; humoris communem craſſitudinem, ut docet *Gal. aphoriſ. 6. com.* 56. apoplexiæ & convulſiones enaſcuntur. Hunc autem inter ſtupendos & reformidandos affectus, graviſſimum eſſe teſtatur ipſe *Hippoc.* quum ſcribit: *Solvere morbum, quem apoplexiam vocant, fortem, impoſſibile: debilem verò non eſſe facile: quia in paralyſin plerunq; deſinit.* Unde colligere eſt, hujus morbi curam calamitoſam & deploratiſſimam eſſe. Atque id ipſum eſt, quod ſcribit *Æginetа* his verbis: *Apoplexia morbus nequaquam aut rarò curatur, ut quæ minetur mortem in propinquo:* Si verò etiam remedia admittat, ut plurimum cum partis alicujus reſolutione diſcedit. Non eſt igitur perfecta hæc cura: ſed potiùs univerſalis mali in particulares permutatio. Quo fit etiam, ut obiter de eo aliquid nobis dicendum ſit.

Hip. aph. 42. 2.

Hermeticorum theoria de natura Apoplexiæ.

QUod ad *cauſas Apoplexiarum* attiner, quas *Galenus* easdem eſſe dicit cum cauſis Epilepſiæ, quasque venenatas & activa omni qualitate præditas eſſe negat: ad humorem eſſe aſſerit ſimpliciter frigidum & craſſum, qualis creditur eſſe pituita: ubi etiam inter hos duos tàm graves ac ſtupendos affectus differentiam aliam non ſtatuit, quàm quod *apoplexia* generetur ob privationem abſolutam potentiæ animalis, quâ nervi deſtituuntur: *epilepſia* verò fiat ob depravatum motum: qui quidem in quatuor ſpecies dividitur, tremorem videlicet, palpitationem, concuſſionem & convulſionem: quorum duorum poſtremorum epilepſiam participem eſſe volunt ipſius aſſertores, ac præſertim convulſivi motus. Hæc inquam abſurdiſſima opinio eſt, qua apoplexiæ cauſam uni ſoli frigido & craſſo humori ſemper adſcribitur: nec minùs ridicula eſt, quàm quæ ex eadem cauſa epilepſiam oriri ſtatuit. Quam jam multis rationib. hî fruſtra repetendis, abundè confutavimus & exploſimus, explicatis fuſè utriuſque ſectæ, & *Hermetica & Dogmatica*, in hanc quæſtionem,

Digitized by Google

Cauſa apoplex. Dogmaticorum

nem, ſententiis. Qui tamen *Dogmatici* ferè omnes, uno eodemque conſenſu, verarum apoplexiarum cauſas, in quantitate pituitoſi humoris collocant, quæ confertim uno momento ventriculos opplet: qualis eſt *Æginetæ* ſententia, qualisq; ſententia *Galeni*, loco jam à nobis citato, ubi ſcribit: *Apoplexias & convulſiones fieri propter humorem pituitoſum, aut melancholicum: quoniam communis eſt*, inquit, *utriq; craſſitudo*. Unde infert, in utriuſq; humoris craſſitie, unde opplentur meatus, iſtius mali cauſam & originem eſſe repoſitam.

Paul Æg. li. 3. c. 18. Gal aph. 6. com. 56.

Cauſ. apopl. non conſiſtere in craſſitie materia.

Quod ſi ita eſt, unde tanta hujus mali præcipitatio, & tàm ſubita aggreſſio, ut uno ipſo momento ingruat & inopino, velut turbine, ægrum percellat ac ſyderet: ut inde non immeritò nomen mutuata ſit ἀπὸ τοῦ videlicet ἀποπλήττειν, à *percutiendo* vel *percellendo*, quòd, qui ea invaduntur, quaſi de cœlo percuſſi aut quodam fulmine icti videantur. An, cedò, craſſæ graviſq; naturæ materiæ, quæq; difficulter moventur (ex omnium medicorum ſententia) hoc habere poſſint proprium, ut tàm ſubitum, præcipitem, ac tàm ſtupendum motum excitent? Non poteſt enim non aliquo temporis intervallo, nec niſi ſenſim ac paulatim ejuſmodi craſſus humor in cerebro aggregari, cùm ejus ortus momentaneus & præceps eſſe nequeat. Interea dum congeritur, aut aliqua pars ejus congeſta eſt, cerebrum opplet, ut licet conjicere, quid, ante quàm paroxyſmum cieat, tandiu ille ſtat otioſus? ut nihil priùs re ipſa producat, quàm ſero ac tandem maturum apoplexiæ fructum: quum ſaltem minorem aliquem affectùm præmittere priùs deberet & poſſet, ut cataphoram, aut ſoporiferam aliquam aliam gravitatem. Ferunt quidem, ejuſmodi aliquos prænuncios ſolere præcurrere, qualis eſt *gravedo, dolor & rotatio capitis in gyrum, propenſio ad ſomnum*: qui tamen præcurſores teſtimonia potiùs vaporum ſpirituoſorum exhibent, quibus oppletur cerebrum, & quos, præ imbecillitate, neq; concoquere, neq; diſcutere, vel per emunctoria propria deturbare poſſit: ſed quibus nubilum ac turbidum aptumq; fit ad ejuſmodi ſymptomata concipiendum, quàm ut ex craſſo humore, qui in cerebro aggregatus fuerit, & ibi ad tempus reſederit, iſta proficiſci credamus.

Nunquid ſatis teſtati ſumus, in pleriſque infantibus tum pituitoſis, tum aliis, *hydrocephaleas* conſpici, aquoſam in cerebro repletionem, arguentes, qui tamen nec apoplexiam incurrant, nec ullum præcurſorum ejuſmodi ſignorum, hoc eſt, gravitatis, rotationis, indormitionis & doloris capitis, perſentiant: quæ tamen vinoſis ac crapuloſis contingant, ex fumis & vaporibus vini liberaliùs hauſti in cerebrum elatis? Qui quidem vapores, cùm ſint ſpirituoſi, non craſſi, calidi, non frigidi, ejuſmodi effectus in cerebro creant: imò tàm profundum aliquando veternum, καὶ διαδίχεσθαι ſomnum inducunt, ut nunquam, niſi ſolutis prorſus vaporibus, temulenti iſti eo liberari & expe-

Digitized by Google

diri queant. Quinimò ipſe *Hip. l. de flatibus*, non procul à fine hunc morbum à flatibus fieri ſcripſit. Et ad *finem libri de glandulis* hæc ſcribit: *Cerebrum ſi quid rodat, turbationem multam ſuſtinet, & mens deſipit, & cerebrum convellit ac diſtrahit totum hominem, qui in ſe ipſo vocem non edit, at ſuffocatur, & hæc affectio* ſyderatio *appellatur.*

Fumorum ex carbon. effectus. Nunquid etiam ejuſmodi ſymptomata ſuſcitari cernuntur, ex *carbonum fumis* & vaporibus? nec non uno momento concidere, ac ſæpè etiam exanimari, tanquam apoplecticos, qui eo loco ſopiti dormiunt, ubi ignis carbonum accenſi fuliginoſi vapores retinentur, nec exhalare poſſunt? Nunquid iſtorum ſymptomatum cauſa ad fuliginoſas illas exhalationes calidas, acres, rodentes ac penetrantes, magnarumque virium, cerebrum opplentes, majore jure referantur: quàm ad cerebri obſtructiones, ex lentore & tarditate craſſorum ejusmodi & frigidorum humorum natas?

Hermetic. ſentent. de cauſ. apopl. Ergo ex *Hermeticorum ſententia* concludimus, non ſemper ejuſmodi apoplexiarum cauſas cuidam frigidæ craſſæque pituitæ, aut alii id genus humori, eſſe tribuendas: at nebuloſis potiùs exhalationibus, in cerebrum evectis, & in eo concluſis, inſtar nubium in aëre expanſarum: quæ quidem ſi aqua & humore refertæ, non tantùm frigido & humido ſimpliciter, ſed efficacem & activam qualitatem poſſidente, ſive ſit ea ſalina, ſive mercurialis, ſive ſulphurea, illicò conglacientur aut congelentur, ut ex ſpiritu vitriolato glaciali illuc evecto poteſt contingere, ejuſmodi naſcitur uno momento affectus ex glacie illa & congelatione, quam aciditas vitriolata conſtringendo ac coarctando parit: ac inde apoplexiam oriri certum eſt gravem aut levem, pro quantitatis aut qualitatis materiarum vi & copia.

Sed jam *ſuprà tot locis*, tamque apertè, inſignem illam & admirandam ſpiritus vitriolati virtutem coagulantem deteximus, quæq; in mediis flammis, in quibus omnia, ex vulgi opinione, ſolvuntur, invicta perſtat, viresque etiam ſuas conglaciandi, vel invitis ignibus, fortiter exerit: ut de *his pluribus* agere tædioſum & ſupervacaneum ſit.

Inter Dogmaticos, *Avicenna*, meo judicio in cauſis ejuſmodi apoplexiarum indagandis, aliis videtur ad ſcopum fœlicius collineaſſe, cùm eas materiæ cuidam ſtypticæ, aut conſtringentis qualitatis adſcribit: *Hæc quidem oppilatio*, inquit, (de apoplexia loquens) *fit, quum id ad cerebrum pervenit, quod dolorem facit, aut impedit aut movetur, motu contractionis: aut qualitas perveniens ad ipſum, ſtypticum faciens, &c.* Cæterum admittimus, nonnullas apoplexias ab aliis quoque cauſis produci, ut à phlegmone ſeu inflammatione aut apoſtemate, aut ab aliqua ſanguinis effuſione in cerebrum, per venæ apertionem aut rupturam. Qua in re à *Dogmaticis* diſſentire nolumus.

Attigimus præterea nonnullas alias apoplexiæ cauſas, quum Dogmaticorum

Digitized by Google

ticorum partes tueremur, ſpiritus videlicet interceptionem, cùm ejus in cerebrum tranſitus & communicatio prohibetur, ab obſtructione arteriarum carotidum & venarum jugularium, ob vapores fortè ſtypticos, & virulentos, ejuſmodi partes comprimentes ac coarctantes, vel alias ob cauſas: ubi etiam *Alexandri Benedicti* authoritatem attulimus, in præputii circumciſione, citra dolorem & ſenſum. Nec non hunc morbum ex contuſione, & cranii fractura, atque aliis id genus cauſis ſuſcitari poſſe affirmavimus. Sed apoplexiarum ejuſmodi nullam hinc mentionem facimus, in quarum curam cum Dogmaticis conſentimus, & cum iis laudamus ſanguinis miſſionem, crebrò etiam repetitam: præſertim ſi ex phlegmone, aut alia ſanguinis in cerebrum effuſione malum ortum ex ſignis compertum ſit. At de *veris* hoc loco *apoplexiis* & internam, latentemq; originem habentibus, diſſerimus: quarum quidem origo & cauſa, ſi craſſo & frigido humori tantùm, & ſimpliciter adſcribatur, ridiculum id fit, & Hermeticorum labris (quorum doctum eſt palatum) prorſus inſuave, inconditum & inſipidum.

De indicationibus curativis Apoplexiæ, *tàm generalibus, quàm ſpecialibus, cum adjunctis remediis, juxta methodum Dogmaticorum.*

IN apoplexiæ verò tractatione, quæ in morborum acutiſſimorum numero cenſetur, quæq; ſæpiùs ægrum ad mortem rapit, aut ſaltem in graviſſimum alium affectum paralyſin, inquam, degenerat, nonnulla ſunt privatim obſervanda ab iis diverſa, quæ in curam epilepſiarum uſurpantur; etſi in genere, quæ uni morbo conducunt, alteri etiam prodeſſe poſſint, cùm ſint affines morbi, & ex iiſdē propè cauſis nati, quique juxta Dogmaticorū ſententiam eandē corporis partem occupant: ut *com. aph.* 45. 2. aliiſque locis jam citatis ſcribitur. *Peculiares obſervationes hic notandæ.*

Quod igitur à Medico obſervandū id eſt, ut ſcilic. morbi naturam accuratè intueatur, & expendat, num apoplexia ſit graviſſima, an medioctiter, an parū tantùm laceſſens. Siquidē tot illius gradus à Medicis agnoſcūtur ac cōnſtituuntur: qui præcipuè diſtinguuntur uſu reſpirationis, magis aut minus liberæ aut impeditæ, vel fortis aut debilis. Anhelitus enim in minore aut debili apoplexia aliquem ſervat ordinem, quamvis inæqualem; in fortiori ac magna vim patitur & ægrè procedit. At in fortiſſima uſq; adeò deficit reſpiratio, ut ſenſu & motu prorſus privata membra videatur, & præter obſcurum in pulmonibus & pectore anhelandi officium nihil reſtare perſpiciatur. Sic enim diſcernitur affectionis magnitudo, ex noxæ, quam ſpirationi infert, vehementia, ut ſcribitur 3. *de locis affect.* *Gradus Apoplexiæ.* *Galen.*

Atq; id eſt, quod ſagaciter à Medico prudenti perpendendū eſt, nec nō pulſus diligenter illi etiam notandus eſt examinanduſq; color vultus, nec non alia quæque obſervanda, quæ ad rem faciunt, num videlicet æger gravi

Digitized by Google

modò ex cauſis ſuperiùs allatis ea neceſſaria ſit. *Eis itaque, inquit, qui quomodocunque parari poſſunt, ſtatim vena ſecanda eſt. Et ſi remiſſionem aliquam habuerint, repetita ſectione, ſanguinem detrahere oportet eadem aut ſequenti die.* Nec tamen hic venam deſignat, quam nihilominus cubiti venam notari ſubintelligendum eſt: cujus cùm plures ſint, alii cephalicam deligunt, cujus eſt opinionis *Avicenna*, a qua vult etiam copioſum educi ſangvinem.

Avicen. Fen. 2. tr. 8. c. 24.

Rhaſes alicubi jugulares venas pertundi ſuadet; cujus ſententiam improbat *Marcus Gatinarius, præclarus ex Neotericis Medicus*, quod ægerrimè earum vulnus claudi poſſit. Alibi idem *Rhaſes* utramque cephalicam aperiendam eſſe cenſet, vel intra horæ ſpacium. In eam it ſententiam *Meſue*, conſulens, ut quàm celerrimè utraque cephalica incidatur, idq; cum emiſſione multi ſangvinis, ut cerebrum, *inquit*, patiatur.

Lib. divisionum. c. 12.

Tra. de ægrit. cerebri, cap. de apopl.

Haly filius Abbas ſentit in hoc apoplexiæ genere, quam, ut dictum eſt, ex ſangvinis copia naſci conſtat, ut cephalica ſecetur, aut ſaphena etjam, ad majorem revulſionem.

Haly. 5. prac. c. 22

Alexander Bened. inter Neotericos percelebris, hanc primò laudat revellentem ſangvinis miſſionem, ex talo, vel crure, mox eam quæ ex venis circa guttur turgentibus & conſpicuis fieri poteſt.

Alex. Bened lib. 1. c. 35.

Atque hæ ſunt diverſæ ac diſcrepantes authorum, quos modo citavimus, circa hujus remedii adminiſtrationem, ſententiæ, quæ inter Græcos & Arabes excellunt ac eminent. Omnes enim hîc recenſendi nullus unquam fuerit finis. Rogo autem lectorem, & juniores Medicos, quibus hæc mea ſcripta conſecro, ut quicquid paulò poſt ſcripturus ſum, æqui bonique conſulant. Probo quidem ego & laudo in apoplexia, quæ ex ſangvinis copia ſuſcitatur, ſubitam *phlebotomiam*, ſi modo vires ferant, & judicium jam de morbi gravitate & periculo pronunciatum fuerit. *Si quidem im movendum videatur, principio morbi moveto*, inquit *Hipp.* in hoc præſertim tam acuto affectu, quod nullas det inducias, inprimisq; ſangvinem ex mediana vel cephalica utriuſque brachii educito, prout urgebit neceſſitas. Quin etiam ſi vires ulterius progredi patiantur, & ſuadeat jugularium venarum diſtenſio, ut ſæpè fit, quando per anarrhopen ſangvis ab inferioribus partibus furſum traducitur, vaporumque multitudo, ac halituum ſuperiora petens, & jugulares venas diſtendens, ſtrangulationem ac ſuffocationem minatur, tùm cenſeo ſecurè & intrepidè ſecandam eſſe venam, ac præſentiſſimum iſtud eſſe præſidium, tutiſſimumque, ſi ſphagetides aut jugulares illæ venæ pertundantur, quarum majore plenitudine, ex trajectu ſangvinis, aut vaporum furſum elatorum, ſpiritus vitalis intercipitur, ne in cerebrum transferri poſſit, unde affectum hunc ſuſcitari, tanquam ab una ex primariis cauſis, ſuprà notavimus. Fruſtra autem *Marcus Gatinarius* earum apertionem metuit, quod ægrè

Autoris de phlebotomia ſententia.

Digitized by Google

ægrè vulnus coaleſcat. Si enim ejus claudendi rationem probè, citta faſcias aut ligamenta, tenuerimus, cui modo jampridem aſſuevimus, levis aut nullus prorſus futurus eſt labor. Huic enim rei *emplaſtrum de pice*, aut ſimili glutinoſa materia vulneri inductum, ſatisfaciat, & planè ipſum concludat. Vel ſi digitus apertioni appoſitus, ei ad horas aliquot adhæreat (ut fieri ſolet in venarum & arteriarum inciſionibus, ex ingenti vulnere illatis, quarum ſangvis aliter ſiſti non poteſt) idem commodè præſtari poſſit.

Ut autem oſtendamus, in hoc apoplexiæ genere unicum ſubſidium eſſe ſangvinis miſſionem (quod tamen non caret periculo) addã & illud (ut tandem finem faciam) quod ſcriptum reliquit *Celſus* his verbis: *Si omnia membra reſoluta ſunt (quod de apoplexia intelligit) ſangvinis miſſio vel occidit, vel liberat. Aliud curationis genus vix unquam ſanitatem reſtituit, ſæpè mortem tantum differt, vitam interius infeſtat. Poſt ſangvinis miſſionem, ſi non redit & motus, & mens: nihil ſpei ſupereſt, ut è contrario.* Poſt eductionem ſangvinis, utile fuerit acres clyſteres injicere: quin & ipſe *Rhaſes* conſulit, ut ab iis curationis ſumatur initium, qui morbificam materiam attrahant & deturbent ad inferiores partes, ſicque revellant. Cui etiam revulſioni frictiones vehementes, validæ ligaturæ & ſtrictæ, cucurbitulæ inferioribus partibus affixæ, ſomnoq; ægri profundo excutiendo, ſummoperè conducunt & commendantur. Conſultum etiam fuerit, ex ejuſdem *Rhaſis* ſententia, in ſangvinea hac apoplexia cucurbitam magnam ſuturæ coronali apponere, nec non & humero ſiniſtro cum ingenti flamma: revocat enim ad vitam deploratos. Nam obſtricta itinera ſpiritibus etiam vitalibus patefacit, & liberam eorum virtutem reddit.

Lib. 3. de remed. c. 27.

Alia quædam indicat. curat.

Nota.

Nec in hoc genere morbi omittendæ erunt perfuſiones ex oxyrrhodinis, idque incipiente morbo, quæ raſo capiti inducentur. Fiet autem *oxyrrhodinum ex oleo & aceto roſato*, cui ſerpillum incoctum fuerit. Caſtoreum verò naribus ad olfactum admovendum, ut vult *Archigenes*, quod multis probatur veterum, ne initiis ad reſolventia vehementiora & magis calefacientia ſtatim veniatur. Commodiſſimus etiam fuerit ptarmicorum uſus, ut privatim cerebrum obſtructionibus liberetur: ubi obſervandum, ſemper à levioribus remediis inchoandum. Atque ſic ægro omnibus modis, uti ſuprà, promptiſſimè ſuccurrendum. Cui ſi nulla ratione altus ille ſopor excutitur, nec liber ſermo reſtituitur, certiſſima ſunt proximæ mortis argumenta, cujus nequaquam reus Medicus fuerit, præſertim ſi de omine præmonuerit, & talis morbi eventus periculum maturè fuerit auguratus. At ſi adminiſtratis ex arte appoſitis & congruis remediis, quibus Deus cœperit benedicere, ſpes aliqua affulgeret reſtitutionis, audacter continuanda curatio eſt, ut ſeminatiorum morbi reliquiæ, digerentibus, evacuan-

Perfuſio. ex oxyrrhod.

Signum mortis.

Digitized by Google

cuantibus, reſolventibus, ac partes affectas corroborantibus medicamentis, prorſus evellantur & diſcutiantur, cerebrumque ipſum ſuis incommodis expediatur, idque purgationibus & corroborationibus idoneis: quarum myrmeciam aut formicariam ſupervacaneum fuerit hîc acervare: quum ex iis, quæ jam in epilepſiæ curam attulimus, judicioſi Medici, quæ ad rem fuerint, deſumi poſſint: ſiquidem ob utriuſque morbi inter ſe conſenſum & affinitatem, communionem etiam præſidiorum uterque affectus ſortitur; quibus mutuò ſe juvare poſſint. Hic mihi tantummodò ſatis ſit propoſuiſſe, quid privatim in apoplexiis obſervandum ſit, quæ ex ſangvinis copia naſcuntur, ut indicia & notæ teſtantur, quas ſuprà attulimus.

De *præparantibus* nihil attigimus, quod morbus, ne in ipſo quidem principio, ullas offerat inducias. At verſus declinationem præſcribi poſſunt.

Signa & cura apoplex. phlegmatica. Si verò apoplexia, ex pituitoſo, frigido & conglaciato humore generetur, ut frequentius contingit ex Dogmaticorum ſententia, has habebit notas: pallidum vultus colorem, temperamentum pituitoſum, gravatum & conſopitum cerebrum, nec non ſenectutem. In ea autem ſic verſabitur Medicus, ut, ſi ægrum reſtitui poſſe confidat, nec prorſus deploratum eſſe morbum agnoſcat, edito prius prognoſtico, ut ſuprà, primò curam à clyſtere admodum

Clyſter. attrahente ordiatur, *qui ex cephalica decoctione, meliſſa, origani, rutæ, maioranæ, calamenthi, betonicæ, ſeminis pæoniæ, granorum iuniperi, florum chamæcentaur. & ſimilium concinnabitur, in cuius q. ſuffic. incoquentur pulpæ colocynth* ℥j.ß. *agarici, ſennæ, ana* ʒiij. *deinde in colatura huius decocti ſolventur mellis anthoſati* ℥ij. *ſalis gemmæ* ʒj. *olei nardini & anethini ana* ℥j.ß. vide Pharmacop.

Si præſto non fuerint Pharmacopolæ, aut remotiores ab ægro fuerint, ne tamen æger præſenti auxilio deſtituatur, quod inter alios affectus, hic morbus promptiſſimum remedium poſtulet, ſumendum erit *iuſculum ex olla culinaria ad* ℔.j. *in quo tantum marini ſalis diſſolvendum, quantum capi aut ferri poſſit à iuſculo, quibus oleum nucum aut olivarum, aut butyrum adiicietur, nec non tartarum vini ſuccum vel liquidum:* quæ promptè omnia, *vel in quavis domo reperiri poſſunt, atque ex iis* clyſter *iniiciendus.*

Si licet per otium *iuſculo vel aquæ ſalviam, rutam, thymum, origanum, hyſſopum & aliquot braſſicæ capita, quæ ubiq. facilè occurrunt, incoquere, commodius fuerit, huicque decoctioni* (ſi ruri aut in arce aliqua, alioque loco ab urbe remoto, hoc fiat, ubi deſit Pharmacopœus) *adiiciendus erit cortex ſambuci, qui ubique reperitur, aut grana ebuli ad ſuff. quant. & prædict: ſalis quantitas cum oleis, melle & butyro ubique pervio, ſolvenda, ex quibus fiat clyſter.*

Si res verò in urbibus geratur, *cephalicis clyſterum decoctis,* qualia ſu-

pra attulimus, addentur, *diaphœnicon, benedicta, hiera Paccii, hiera diacolocynth. & id genus alia*, quibus clyſteres majorem vim trahendi acquirant.

Ut autem in eum finem prompta & parata ſemper habeantur remedia, deſcripſimus in noſtra Pharmacopœa *oleum colocynthidis ſimplex & compoſitum*, quæ poſſunt æquè facilè à Pharmacopœa parari ac confici, ac quodvis aliud ſimpliciſſimum, ut præſtò ſint in ejus officina, quum uſus poſtulabit. *Si enim huius olei* ℥j. *ſumpſeris, quam in iuſculo aut decocto aliquo cephalico, aut ſimili alio ſolveris, confeſtim paratus habebitur clyſter, qui iniectus magnam utilitatem afferet, attrahendo & diſcutiendo materiam omnem morbificam, huius generis ma'i cauſam.* Iſte enim affectus, ab initio, alvi ſolutionem per vehementem & potentem clyſterem deſiderat, quo materia peccans à cerebro avellatur, & ad infernas partes revellatur, ut ait *Damaſcenus lib. 3. c. de apoplex.*

Clyſterum in hoc affectu uſus.

Præter hæc *colocynthidis olea* tàm ſimplex quàm compoſitum, quæ in officinis Pharmacopœorum non ſunt uſitata, attamen ſummè neceſſaria, alia nos docet ars ſpagyrica, quæ longè majores attrahendi vires & utilitates, quibuſvis aliis, poſſident, quorum extrahendorum induſtriam ſuo loco deſcribemus. Eiuſmodi clyſteres, prout opus fore videbitur, repeti debent, nec non in eorum locum proſtera aut ſuppoſitoria ſubſtitui, *ex trochiſcis alhandal, ſale nitri & euphorbio confecta:* quæ etiam commodè indentur, ſi tardior fuerit injecti clyſteris exitus, & pigrior operatio. At ne, dum diutius fortè ejuſmodi expectantur remedia, ullum vel temporis momentum pereat, frictiones deorſum verſus, & ligaturæ fortes in partibus corporis inferioribus, adminiſtrentur, & rejecto clyſtere, plures variis in locis cucurbitulæ, collo videlicet, ſcapulis aut humeris, natibus, coxis & cruribus, idque cum ſcarificatione affigantur; ſtatim verò poſt hoc, quod ſequitur, *vomitorium* exhibeatur. Ex Pharmacop.

℞. *Rad. aſari, ſem. raphani, anethi, urticæ ana* ℥iij. *fiat decoctio ad* ℥v. *in qua ſolve oxymelitis ſimplicis* ℥ij. *fiat vomitorium.* Ante tamen vomitorii uſum, ſi validus percipiatur pulſus, æger non admodum ſenex, attamen boni & plethorici habitus, etſi omnia non ſeſe prodant ſangvineæ apoplexiæ indicia, non vererer tamen, poſt redditos clyſteres, ſermone non revocato, ex utraque cephalica venæ ſectionem præſcribere, è qua tamen parciùs educatur ſangvis: quamvis & veterum & recentiorum pauci in hac apoplexia phlebotomiam ſuadeant, & mihi objici poſſit, citra omne exemplum, à me uno eam imperari. Sed ad *Meſuem*, Medicosq; Pariſienſes provoco, qui ne in ulla quidem paralyſis & apoplexiæ ſpecie phlebotomiæ parcunt. A quibus fateor, me in ea audentiorem eſſe factum, etſi liberiorem aut largiorem phlebotomiam non probem.

Vomitorium.

Digitized by Google

Si æger autem ad ſe redeat, hoc eſt, ſenſum & ſermonem recipiat, ante ipſum vomitum levis purgatio non erit negligenda, quæ cum *pilulis cochiis, aureis, de agarico*, fœtidis erit exhibenda, modò catapotia poſſit deglutire: ſin minus, gutturniolo appoſito, quæ ſequitur, potio erit propinanda.

Potio purgatoria. ℞: *Agarici trochiſcati* ℨ ij *folicul. orientalium, ſennæ* ℨ iij. *macerentur & coquantur in aqua betonicæ, lilii convall. ana ſ. q. pro doſi, in qua colata ſolve hieræ Paccii* ℨ j. ß. *caſtorei* ℈ ß. *theriacæ veteris* ℈ j; *oxymelitis ſimplicis* ℨ vj. *fiat potio.* Quantitas hieræ augeri aut minui poterit, pro viribus ægrotantis. Nec enim habenda eſt ratio ingrati saporis remedii, cùm careat omni ſenſu æger, omnibusq; modis & ingratorum & vehementiorum medicamentorum, nec non nauſeam & vomitum provocantium, excitandus & agitandus ſit ægrotus. Hoc in caſu veteres longè violentius remedium uſurpabant, nimirum helleborum. Neque enim in hujuſmodi morbis ſequendus eſt *Hippocratis* aphoriſmus, *concocta medicari*, &c. At potiùs ſi quid movendum videatur, de principio move, idq; quàm ocyſſimè. Hinc etiam fit, ut præparantium & concoquentium nullam hîc, in ipſo ſcilicet paroxyſmo, rationem habeamus.

Particulares remed intentiones. Præter generales hujuſmodi vacuationes ac revulſiones, adminiſtrandæ etiam *particulares* veniunt, quæ caput ſuis impedimentis expediant: qualia ſunt *ptarmica, aut ſternutationes*, quæ in nares ægrotantis inſufflabuntur ex canaliculo pennæ, licet ſenſus ſit prorſus expers. Errhinorum enim & maſticatoriorum nullus uſus eſſe poteſt, præ alto ſopore, quo opprimitur, niſi ab eo reſurgat, & ſenſus recolligat. Ubi nec prætereunda ſilentio ſunt medicamenta, quæ vim illam cerebri ſopitam excitare & vellicare poſſunt. Quales ſunt *ſuffitus ex caſtoreo, aſſa fœtida, opopanace. galbano*, quos naribus hauriet, & admotos excipiet: vel *cum pulveribus illorum, aqua vitæ, aut oleo ſalviæ, vel nardino maceratis & exceptis parabitur linimentum, quo os, nares, & aurium limina inducentur, nec non etiam deraſum caput ad coronalem ſuturam, & eam partem, qua collum occipitio committitur, eo perfundi poterit. Quinetiam in morbi deſperatione, vertici capitis aut ſyncipiti ſartago candens imponatur, cuius calore congeſti ac conglaciati humoris liquatio promovebitur: cui ſuccedet linimentum ex pulveribus, ſalviæ, baccarum lauri, pæoniæ, hyſſopi, granorum ſynapi, caſtorei, caryophyllorum, macis, piperis, iridis granorum alkermes, opopanacis, benjoini, oleo caſtorino, vel nardino exceptis, & id genus aliis, addito aqua vitæ, & ſi lubet, euphorbii modico, quo caput imbuetur.* Ex his etiam concinnabitur emplaſtrum ut ſequitur:

Cataplaſma. ℞. *Pulveris ſynapi* ℨ j ß *ſtercoris caprarum & columbarum ana* ℨ ß. *pulveris ſem. pæoniæ, gran. iuniperi, rad. ireos, & florum ſalviæ an.* ℨ ij. *foliorum rutæ minutim conciſorum*, m. j. *cum vini, mellis & aceti, q. ſuff. fiat emplaſtrum vel cataplaſma, quod commiſſuræ colli cum occipitio inducatur.*

Roborantia. *Roborantia* etiam in hoc affectu ſtudioſe

Digitized by Google

ſtudioſè uſurpanda ſunt, quæ, ſi fieri poſſit, per os ingerantur, idque præmiſſis univerſalibus vacuationibus: qualia *ſunt theriaca, confectiones de hyacyntho, alkermes, anacardina, aurea Alexandrina, in aquis aut decoctionibus* aptis ac idoneis infuſa & macerata: cujus generis ſunt *theriacales aquæ, Antapoplectica*, in noſtra Pharmacopœa deſcriptæ: nec non alia complura roborantia, tàm univerſalia, quàm particularia in uſum cerebri, quorum etiam aliquam fecimus mentionem, cùm de *cura Epilepſiæ* ageremus, aptiſſima in hunc finem futura ſunt.

Si ad ſe redeat æger (quod ex remediorum ſerie congruè adminiſtratorum fore conjiciendum eſt & ſperandum, alioqui fruſtra hæc præſidia præſcripſerimus) licebit per otium, reliquiis mali prorſus tollendis, & ſenſim extinguendis invigilare. Præparantes enim tum vacuationes, revulſiones, derivationes & roborationes otioſe venient in uſum: quæ non tantum obſtabunt, ne recidivos paroxyſmos patiatur æger, ſed quæ etiam curationem integram ac abſolutam præſtare poſſint.

V.

DE VERTIGINE.

De cauſis Vertiginis ſecundum Dogmaticos.

UT res clariùs demonſtretur, quis aſſerat, *vertigines*, quæ *parvæ* ab antiquis *Epilepſiæ* vocitantur, ex hujusmodi craſſis, piruitoſis & frigidis humoribus procreari?

Cauſæ vertig. externæ. Si ad *externas cauſas* reſpiciamus, à quibus excitantur: propemodum ſimiles illis comperientur: quæ à nobis in generationem Epilepſiæ commemoratæ ſunt: quales ſunt ingluvies, vinum, & id genus alia: quæ vapores ſuos & fuligines in cerebrum efferunt. Id maximè accidit, inquit *Galenus* (de cauſis primitivis vertiginis loquens) *quum vel ſub ſole æſtuarint, vel aliam ob cauſam calefacto fuerint capite: aut ex calido vaporoſoque ſpiritu caput oppleⁿte*, &c. *Gal. 3. de l. aff. c. 8.* Idem ſentit Aëtius: *Facile capiuntur*, inquit, *ab hac affectione, quibus conſueta excretiones ſunt oppreſſæ. Sed & cruditas & ardores aſſidui, & ebrietates, affectionem hanc efficiunt.* Et idem author initio *ſeptimi cap. eiuſdem met libri ex Archigene & Poſidonio* hæc ſcribit, *vaporibus calidis & acribus ad caput elatis, & animalem in cerebro ſpiritum evertentibus, primum hebetudines quadam fiunt, &c.* Quibus omnibus rationibus expenſis, liquebit, ex ſo-

ex ſolis vaporibus, in cerebrum elatis, ejuſmodi vertigines excitari.

Antecedentes, Gal. aph. 3. com. 27. Quod ad antecedentes & conjunctas hujus mali cauſas attinet, hæc ſunt, quæ ſcribit *Galenus de Antecedentibus: Fit vertigo*, inquit, *ab humore, cum ſpiritus craſſitie, in corpore moto.* Idem *Galenus* Aphoriſ. 3. com. 31. *de cauſa conjuncta* verba faciens: *Vertigines*, inquit, *accidunt propter ſpiritum vaporoſum, qui in partibus cerebri inordinato motu cietur.* De vertiginibus item ſympathicis & earum cauſis, quæ ex conſenſu partium inferiorum excitantur, idem *Gal. diverſis locis*, cùm de illis diſſerit, eas omnes ad fumos, vapores & ſpirituoſas exhalationes revocat. Quod videre eſt ex ejus *commentario 31. in 3. lib. Aph & 3. de loc. aff. cap.* 8. Idem ſenſerunt ipſe *Avicenna, Oribaſius & alii*: Ex quorum ſcriptis, omnes vertiginum cauſas, conſtabit, ad halituoſos, vaporoſos ſpirituoſoſq; fumos potiùs, quàm ad craſſos & pituitoſos humores eſſe referendas: ſive ſpirituoſi & fuliginoſi illi vapores ſedem ſuam fixerint in cerebro, aut aliunde eò delati fuerint. Quando enim ad plexum choroidem fertur tetra & fuliginoſa anathymiaſis, per arterias cervicis: quo loco ſpiritus animalis flatulentos vapores gignit: ibidem & ubique iiſdem vaporibus obruitur & ſuffocatur: aut ſi in nervos opticos ea detrudatur, ibi gyros & vertigines parit. Atque hujuſmodi etiam & eædem cauſæ epilepſiæ neceſſariò tradendæ ſunt: quum vel ipſe *Galenus in lib qui Introductio ſive medicus appellatur*, ſcripſerit, *caligines oculis offuſas, & vertigines cognata eſſe vitia morbo caduco*, *quæ ab iiſdemmet cauſis prodeunt, atque eaſdem ſedes occupant*, hoc eſt, *caput*. Quod quum ita ſit, conſequitur, nequaquam unam & eandem epilepſiæ & apoplexiæ cauſam, quod tamen alio loco, à nobis jam citato, aſſeruerat *Galen.* quùm apoplexiæ origo ab eodem *Gal.* & ex omnium propè medicorum conſenſu, ex frigidiore, lenta, craſſaque pituita vel melancholia progignatur, ſatiſque oſtenderimus, vertiginum, quę parvæ ſunt epilepſię, radices longè aliam habere naturam. Cùm autem inciderimus denuò in ſermonem de apoplexia, quam *Galenus* prorſus epilepſiæ affinem eſſe cenſuit, ut ſuprà diximus: ſive ſedem, ſive cauſas ſpectes. Quemadmodum etiam re ipſa videmus, epilepticos multos re ipſa in apoplexiam delabi, ac viciſſim apoplecticos ſæpiſſimè inſultibus epilepticis impeti: ex qua malorum complicatione mors ſæpiùs ingruit. Exactè nobis & natura, & ſedes, cauſæque tam horrendi affectus, privatim excutienda ſunt: cùm videamus, potiſſimum hominis propugnaculum, cerebrum ſcilicet, non ſegniùs imò crudelius & ferocius quam ab epilepſia oppugnari & invadi: quùm omnes ſenſus uno momento concidant & extinguantur, morſque ut plurimum ſequatur: aut ſaltem tranſeat morbus in reſolutionem & quaſi ſiderationem dimidii, aut etiam totius corporis noſtri.

Avicen. prima tertii. tract. 5. Oribaſ. aphor. 3. com. 20.

Non ſunt cauſæ eadem epil. & apop.

Paul. lib. 3. cap. 18. Gal. aph. 6. com. 56.

Accurata hæc perquiſitio & examen, quod de hujuſmodi affectu inſtituimus, clarius fortaſſe nobis, quic-

quicquid occultum eſt & latitat in cauſis epilepſiæ, aperiet: hacque ratione duobus iſtis graviſſimis, atque ſtupendiſſimis omnium malis, promptiorem & tutiorem opem ferre nobis licebit.

Hermeticorum ſententia de cauſa vertiginis.

Cauſ. vertiginis.

Vtrique in cauſis vertiginum afferendis conſentiunt, cùm ad vapores halituoſos ac ſpirituoſos eas referunt. Veruntamen *Hermetici*, ut ſparſim in hac tractatu monuimus, minutim interna quæque diſſecant, & ſingulas anatomiæ partes acutè & ſubtiliter rimantur ac excutiunt: unde fit, ut dicant, ejuſmodi vapores aut halitus, qui vertigines inducunt, ex reſinoſis, tartareis aut ſulphureis in ventriculo, aliove viſcere contentis: aut ex unctuoſiore, magiſque ſulphurea ſanguinis ſubſtantia, promanare: quæ ſecum tincturam nigræ fuliginis, admodum ad tingendum & denigrandum efficacem, convehunt, citra tamen acrimoniam ullam: qualem ſal armoniacus in ſuis mercurialibus exhalationibus contineret: ut videre licet in fumis quorundam lignorum, qui ſecum ſalis armoniaci halitus, quorum ſunt ejuſmodi ligna feracia, efferentes, ſurſum ad oculos, rubore & acrimonia eos feriunt ac inficiunt. Quod idem ex aquæ ſimplicis fumo aut halitu, aut ex pingui juſculo, aut ex vaporibus, ab aqua terraque, nubiloſo tempore, excitatis & ſurſum evectis, non contingit. Etenim fumi aut halitus, qui vertigines ejuſmodi inducunt, nullos inferunt dolores, quòd naturam ſalium nullam, ſed reſinoſam, oleoſam & ſulphuream poſſideant: à quibus idcircò nulla, ſed à ſalibus omnis acrimonia proficiſcitur, ut experientia quotidiana cõprobatur. Etenim unctuoſi illi fumi, nigerrimi quidem ſunt & ſpiſſi, ex quibus etiam tinctura nigredinis extrahitur: at nulla pollens mordacitate, aut acredine ſalium. Ut autem hi ex ſalibus expirantes fumi, dolores, hemicranias, vigilias, delitiaq; variant: unctuoſi verò ſimpliciter & citra acrimoniam, doloriſque ſenſum, vertigines, & tenebroſas ejuſmodi, ac nigras affectiones concitant, ſive in cerebro ſedem localem habeant, ſive aliunde exurgant, per cauſæ morbificæ propagationem: ut quando per venas, vel arterias interiores & exteriores cervicis, ad arteriã plexus choroidis defertur anathymiaſis quædã tetra, quæ inæqualiter in iis arteriis vel cavitatibus cerebri circumacta, humores variè impellit, ſpirituſq; animales ſubagitat, vertiginemq; ſimpliciter dictam efficit, prout ejuſmodi fumi magis vel minus denſitatis & nigredinis habuerint.

Halituũ effectus diverſi.

Hæc etiam ſimplex dicta vertigo, aliquãdo procedit tùm ex ventriculo, tùm ex præcordiis malè affectis, per ſimplicem communicationem fraudulenti cujuſdam vaporis, ab aliquo corrupto humore ſuſcitati. Attamen ejuſmodi fumi, à quacunq; cauſa excitati, ſi [verè] reſinoſi & tinctoriæ nigredinis [...] fuerint, tunc affectus verè [ſcotomaticus] efficitur.

in

in quo mens tenebris obducitur, ac oculi turbantur, ita ut, qui ſic affectus fuerit, cerebrum totumque corpus in gyrum circumagi opinetur. Qui re non regit ſe ita, ut firmetur (quemadmodum loquitur *Avicennas*) ir ò cadit, &c. Unde aliquando contingit, ut non tantùm viſus pereat, ſed ratio & judicium omni cognitione privetur. Quod ex hujuſmodi nigerrimis fumis accidit, qui luci, claritati & ſplendori ſpirituum noſtrorum denſiſſimas tenebras offundunt, quibus lux eorum obtenebratur, inſtar ſolis, qui craſſiſſimis ac nigerrimis nimbis obductus, lucem ſuam nobis impertiri non poteſt.

Avicen prima tertii tr. 5.

At nunquid audio ſubſannantes aliquos, quod in noſtris corporibus reſinas & gummi reponam, ex quibus tinctorius nigror elici poſſit? Subſiſtite paulisper, amici, & tandem ſangvinem diſſecate, ut ex illius anatomia diſcatis, longè plura tingentium nigredinum genera in eo contineri, quàm vobis enumero. Inſpicite lac, quod ſangvinem apprimè coctum eſſe volunt, & exprimite ex eo ſulphuream illam ac butyroſam ſubſtantiam: quam ſi incendatis, quàm nigras quæſo fuligines, denigrandi vi præditas, elicietis? Nigredo uveæ tunicæ adhærens ſatis monſtrat, ſangvinem in nutritioni humoris vitrei & criſtallini in oculo nigra excrementa deponere. Revocate etiam in memoriam, & attenta mente perpendite, quicquid de analogia & conſenſu metallicorum cum vegetabilibus, & vegetabilium cum ſenſitivis docuimus. Inde facilè, quicquid hîc dicimus, concipietis. Non ibitis, credo, inficias, animantium lac, tincturam, vim & impreſſionem earum herbarum, quibus paſcuntur, retinere. Quod ſi negare audebitis, en vaccas, quæ cùm alliariam herbam depaſtæ ſunt, vobis lac, allia redolens, exprimunt: vel eo etiam floris colore tinctum referunt, quem comederint. Hinc igitur vobis liqueat, quàm verum ſit & firmũ, quod de analogia & conſenſu ac ſympathia rerum inter ſe diximus. *Atque hæc ſatis, iuxta Dogmaticorum Hermeticorum ſententiam de cauſis vertiginis.*

De indicationibus atq; obſervationibus Dogmaticorum, tum veterum, tum recentiorum in cura vertiginis.

Quod ad *vertigines* attinet, quæ ab omnibus ferè *Dogmaticis*, vel ab ipſo etiam *Galeno*, parvæ vocantur epilepſiæ, iiſdem propè remediis (quæ juxta indicationes curationum eaſdem, propoſuimus in epilepſiarũ ſubſidium) eæ ab illis tractari & curari ſolent; aut tàm exiguum ſaltem inter utrorumque morborum auxilia aut curandi modum iubeſt diſcrimen, ut ſeparatas curas id non mereatur. Nullus enim Medicus, vel tantillum in medendi arte verſatus, non novit medicamenta ſeligere, eaque huic vel illi morbo adaptare, prout tempus & locus poſtulant: cùm etiam & in natura, affectis partibus, cauſisque magnum conſenſum habeant & affinitatem. Hoc tantum modò

Com. aph. 17. 3.

Cura vertig. iuxta Dogmaticos.

Digitized by Google

privatim obſervandum, *ut in ipſis paroxyſmis, præter ligaturas, cucurbitarum affixiones, clyſterum acrium & irritantium iniectiones, quibus ad revellendum uti ſolent, caput cum aceto roſaceo irrigetur, oleo verò incoquatur ſerpillum, aut ſpondylium, aut hedera, aut id genus alia: odorandumque acetum, pulegium, mentha, aliaque eiuſmodi ex aceto*, idque juxta Aretai *ſententiam.*

Aretæus de curat. morb. diuturnorum c. 3. & 4.

Aetius tetrabibl. 2. ſem. 2. c. 7. ex Archigenis opinione & Poſidonii, venam ſecari ſuadet, ſive principium fuerit affectionis, ſive tempus jam progreſſum fuerit, dummodo vires ferant, nihilque reluctetur, ac inprimis ſi ex materia ſangvinea ac calida affectus oriatur.

Phlebotomia.

At in hac ſangvinis miſſione, prout notat *Damaſcenus*, cavendum, ne confertim is detrahatur, aut acervatim evacuatio fiat, ut loquitur *Aetius*: eò quod ex qualibet occaſione ægri concidunt. Quapropter pluribus detractionibus per intervalla repetitis utendum eſſe ſentit, ut congrua menſura expleatur. Hanc addit porrò obſervationem, ut ſcilicet, *cum educitur ſangvis, caput oleo ſimul, ſectionis tempore, aceto & roſaceo, polygoni, aut hederæ ſucco admixto, irrigetur, & lana convoluta, roſaceo, aut œnanthino madefacta, eodem tempore ventri imponatur.*

Lib. 3. c. 13. de cura vertiginis.

Idem *Aetius eodem libro & capite*, poſt alia omnia, tum univerſalia, tum particularia tentata fruſtrà remedia, generaleſque vacuationes purgationis & miſſionis ſangvinis præmiſſas, *inciſionem arteriarum in capite, iuxta tempora ſupra aures* (ut utamur ipſiſſimis illius authoris verbis) *fieri ſuadet.* Eandem tuetur opinionem *Paul. circa finem 12. c. lib. 3.* de re medica. *Verum* (inquit) *in quibus caliditas capitis, & aurium ſonitus eſt, utpote calidioribus vaporibus per arterias illabentibus, etiam arteriarum ſectionem aſſumimus retro aures.* Ejuſdem ſententiæ eſt & ipſe *Damaſcenus eodem cap. Cum verò*, inquit, *iſta vertiginis paſſio doloroſa, naſcitur ob vaporoſos ſpiritus, ſurſum ad caput elatos, in utrinsq; arteriis poſt aures impactos, ut foris infarcta compareant arteriæ: tunc unicum eius ferè & præſentiſſimum fuerit præſidium, earundem arteriarum pertuſio.* Quæ tamen ſangvinis per arterias miſſio non omnibus probatur, quod ſic à ſcopo curationis ſæpius aberretur, juxta ſententiam ipſius *Gal. 3. de loc. aff. cap. 8. Avicen. Fen. 1. tract. 5. c. 3.* In hujuſmodi affectu laudat venæ ſectionem, quæ ponè eſt aures, quam *quietam* vocat. *Eſt enim, inquit, optima in curatione omnium ſpecierum vertiginis materialium.* Et quandoque cauteriſatur: idque meritò, quod ea ſectione, vapores & halitus omnis generis tranſpirent & exhalent, undecunque in cerebrum evecti fuerint. Quod poſt præmiſſas univerſales vacuationes fieri conſtat. Caput enim ante totum corpus curare non licet. 4. *Therap.* Quin & hæmorrhoidum in viris, & menſtruorum in mulieribus provocatio, in his affectib⁹ utiliſſima & neceſſaria futura eſt. *Eſt enim ſangvinis miſſionis quadã ſpecies congruentiſſima.*

Hæmorrhoidum & menſium provoc.

tiſſima. Poſt eiuſmodi tentata remedia, caput ipſum ad occipitium eſt ſcalpello convulnerandum, ut ait *Oribaſ. ſyn. lib.* 8. *cap.* 5. In eundem finem *Moderni & Neoterici* cauteria, ſive actualia, ſive potentialia, præſertim ſuturæ coronali admovent, quibus per cerebrum, tanquam per fumale, exhalationes & nigræ fuligines ac reſinoſæ, horum morborum productrices, expirent & traducantur. Atque eæ ſunt indicationes ac obſervationes, quas tum veteres, tum recentiores in praxi horum affectuum, vertiginum, inquam, curatione ſequi ſolent. Cætera quæ ad præcautionem aut ad curationem eligi & adminiſtrari poſſum remedia ex ipſarum *Epilepſiarum cura in præſervationem & curationē* poſita, peti poſſunt.

VI.

DE PARALYSI.

De cauſis & diff. Paralyſeos, *eiuſque cum aliis affectibus affinitate, ex mente Dogmaticorum.*

Quod omnes Græci Paralyſin vocant, Latini *nervorum reſolutionem* interpretantur.

Avic. 3. *tert. cap. de Paral.* Hic autem affectus, ut loquitur *Avicennas*, duplicem habet deſcriptionem : unam propriam : alteram communem. *Paralyſis enim*, inquit, *Duplex Paralyſis.* *quandoque dicitur ſermone abſoluto : quandoque ſermone proprio, &c.* Hanc alii eodem ſenſu in exquiſitam ac conſummatam, & in imperfectam dividunt : *exquiſitam* vocantes eam,

I. quâ ſenſus & motus in una aut pluribus corporis partibus, in uno aut altero corporis latere, extinctus eſt : Aut cùm dimidia corporis pars, aut totum ipſum corpus, à capite ad pedes, prorſus perculſum eſt. Quum verò motus tantum, ſalvo ſenſu, ſublatus eſt : aut ſenſus, permanente motu, extinctus, ea eſt, quam *paralyſin imperfectam* vocant. II. Verum quidem eſt, *Galenum* ſcribere, cùm motus ſublatus eſt, integro remanente ſenſu, hunc affectum proprie dici poſſe paralyſin. At ſenſu extincto, ſi motus reſtat integer, eiuſmodi membrum non poſſe propriè dici reſolutum : at ſenſu deſtitutum.

Sed qui fieri poteſt, ut interdùm motus pereat, citra ſenſûs extinctionem : quum omnis nervus, quantumvis duriſſimus, ſit ſenſu tactus præditus? *Quæſtio.* Hanc *Gal.* quæſtionem ſolvit quàm optimè, cùm ſcribit: *Solutio Gal.*

quibuſdam partibus, utpote, inter alias, oculis & lingva, motum & ſenſum per diſtinctos & diverſos nervos à natura impertiri: Aliis verò per eundem nervum communi. Hoc poſito facilè intelligere eſt, cùm ſoli motus nervi detrimentum acceperint, ipſum etiam motum ſolum vitiari, citra ullam ſenſus jacturam, & contra. At non ita facilè res capi poteſt, cum ab iiſdem nervis motus & ſenſus prodeunt: ſi alter iſtorum, altero manente integro, extingvi ſolus poſſit. Quum tamen experientia ſatis nos hoc poſſe fieri, & ſæpè contingere edoceat: afferendæ ſunt hujus dubii rationes, & expedienda ſolutio eſt.

Alia ſolutio auctoris.

Dicimus igitur *interdum motum deleri poſſe, citra ſenſus deperditionem: At nequaquam ſenſum, citra motus jacturam.*

Niſi enim paralyſis graviſſima, integra & exquiſita fuerit: motum quidem vitiare poterit: at non ſenſum, quod motus majorem animalium ſpiritum copiam, ad actiones ſuas obeundas deſideret; Senſus verò, utpote qui patiatur, & non agat, paucis indigat. At ſi magnus eſt affectus, confirmatus, & altis radicibus corporis infixus: tunc utriuſq; ſimul apparet interitus: quum tantillum quidem ſpiritus animalis impertiri queat, qui ad ſenſum excitandum ſatis eſſe poſſit. Itaque in exquiſita paralyſi, certum eſt, utrumque perire: at in imperfecta & non plenè conſummata, alterutrum ſtare poteſt.

Paralyſ. & ſtupo-

Stupor, quem Græci *νάρκην* & *νάρκωσιν* vocant, eſt huic incompletæ paralyſi ſi cognatus morbus, in quo ſenſus motusque non prorſus pereunt: ſed torpent & hebetes fiunt: Hoc vult *Gal. 4. de ſympt. cauſis*, dum inquit: *Si nervi à principio fiant ſtupidi: deinde omnino ſenſum & motum amittant, paralyſis*, id eſt, *nervorum reſolutio dicitur.* Ex quibus patet paralyſin à ſtupore, ſola tantum magnitudine differre. Eſt enim *προδρομος*, & tanquam præcurſor paralyſis.

ris affinitas & diff.

Alia paralyſ. ſpecies.

Eſt & alia *abuſiva paralyſis*, & *καταχρηστικῶς* appellata: quæ *nihil aliud eſt, quàm partium mollificatio, & vis effœta*: ut, quando quis penem arrigere nequit, cum paralyticum nominare poſſumus, non eò quod ſpiritus aut facultas, ſed pars ipſa ſuſcipiens in vitio ſit, de qua hîc non loquimur, non minùs quùm de ea, quæ *paraplegia* dicitur, quæque vel præciſione, aut nervorum luxatione vertebrarum cervicis efficitur, aut ex humoribus, ex pulmone decumbentibus, de qua mentionem facit *Hippocrat. ſectione 2. lib. 2. Epid.* in muliere illa, cui reſoluta manus dextra fuit, atque crus ſiniſtrum, ſine ulla mentis facieique alteratione, idque ex tuſſiculoſo affectu.

Atque hæc eſt magna illa affinitas & ſocietas inter ejuſmodi morbos: præſertim inter *apoplexiam & paralyſin*, debili ſcilicet apoplexia in paralyſin deſinente: hæcq; eſt, quæ propriè paraplexia nominatur: cum totum videlicet corpus occupatus ab ipſo capite ad infimas uſque corporis partes, vel dimidia pars corporis tantum, quæ tùm dicitur hemiplexia,

miplexia, vel hemiplegia, ut idem *Gal.* teſtatur, *Pro.3.com 26.* At illa longè deterior eſt hac: quæ alterum tantùm latus, aut unam duntaxat corporis partem obſidet, ut aurem, linguam, maxillam, labium, manum, coxam, pedem, quarum cauſæ & externæ & internæ accuratè perveſtigandæ ſunt & excutiendæ, ut nempè intelligatur, num à cerebro vitium oriatur, an vero à ſpina dorſi, unde nervorum origo producitur. Quæ partes præcipuæ, ſi ab hoc vitio & affectione immunes fuerint, quærendum, num in aliquo particulari nervo cauſa hæreat: quæ ſi in eo eſt, an in toto ejus proceſſu, an verò in parte aliqua locata ſit, ſive ea principium ſit nervi, ſive medium, aut ipſa ejus extremitas. Siquidem radici & origini mali non admovendum eſt remedium, ut cura rectè inſtituatur. Quum enim cerebrum, ſpiritus animalis fons & origo: aut quum medullaris ſpina, via ſcilicet per quam emergunt & diffunduntur in corpus nervi, ſenſui & motui dicati, oblæſa ſunt & depravata: illa ipſa remedium expetunt, non pars reſoluta. Exempli gratia: *Si alicuius partis faciei motus periit, quærenda eſt cauſa & origo mali ex primis ſpinæ vertebris. Si ſenſus ſolus extinctus eſt, ex tertia nervorum coniugatione vitium oritur. Si cum dimidia corporis parte, dextra vel ſiniſtra, eadem faciei pars reſoluta eſt, ab eadem parte cerebrum quoq; patietur & affectum erit. Si quæ ſub facie poſitæ ſunt partes omnes ſunt reſolutæ, principium ſpinæ perculſum quoque fuerit.*

Canon curat.

Quod ad *hemiplexiarum cauſas* attinet: eæ non ſunt in tota ſpina quærendæ: ſed in aliqua tantùm ejus parte: ut ſi altera tantum, coxarum reſoluta eſt, ad lumbos tantùm, nec altiùs cauſa eſt revocanda. Si tota in tranſverſum ſpina effecta eſt, omnes corporis partes inde patientur, quum ſuorum nervorum ex ea originem mutuentur. Si ex parte tantùm laboret, pars quoq; corporis aliqua ex ea reportabit incommodum. Plura iſtorum videre licet apud *Gal.* ac inprimis particulare exemplum, quod *de Pauſania Syro* adfert: *qui ex caſu in principio dorſi læſus, duos ſiniſtræ manus digitos amiſerat.* Atque ut omnia iſthæc rectè comprehendantur, & certò, peritiſſimum eſſe anatomiæ ſeu diſſectionis neceſſe eſt, ut inde omnium nervorum origines, proceſſus, & in partes diſtributiones teneantur. *Interna* autem particulares cauſæ, paralyſes inducentes, apud eundem authorem videri poſſunt: atq; etiam cognoſci ex iis, quæ jam à nobis de apoplexia dicta ſunt. Si morbus ortum habuit ab *externa* aliqua cauſa, utpote, à prava vivendi ratione, à vehementiore frigore, aut etiam calore, à caſu aut ictu, ex ipſius ægri relatione diſci poſſunt.

Cauſa hemiplex. unde petenda.

Cauſa interna.

Externa.

Cauſæ ſecundum Hermeticos.

SUpra prolixe cauſas Epilepſiæ ac Apoplexiæ ex Hermeticis deſcripſimus, ex quibus veræ etiam paralyſis cauſæ deducentur, in quas ſæpè apoplexias degenerare jam antè demon-

Digitized by Google

remediis, quæ ſpecifica quadam proprietate affectum extinguunt: qualis eſt Mercurius philoſophicus, aut philoſophicè paratus, ut paulò pòſt docebimus. Si igitur contingat, ut apoplexiæ paralyſis ſupetveniat, aut in eam degeneret, cui jam aptata fuerint, quę dicta ſunt remedia, evacuantia, revellentia, exiccantia & corroborantia: ut omnibus modis porrò juvetur natura, & ſarcinæ mole expediatur, cujus propemodum pondere ſuccumbit gravis: quod juveni Medico præſtandum reſtabit, id erit potiſſimum, ut nempe diuturnis iiſque congruis præparantibus ad concoquendam materiam, fluidamque reddendam, ac ad evacuationem aptandam, utatur, reliquiaſq; humorum ſic excludat ac deturbet, aut deturbandas preparet. Huc enim magni illius *Dictatoris Hippocr.* refertur aphoriſmus aptiſſimeq; uſurpatur: *concocta medicari & movere oportet, non cruda.* *Indicat.*

Remedia. Quæ jam ante in *cura epilepſiarum* chronicarum præſcripta ſunt hydromelita, nec non alia præparantium genera, cùm magnus ſit inter hos morbos conſenſus & ſimilitudo huic quoq; morbi generi congruentiſſima ſunt, ſeligiq; poterunt, quæ commodiora & aptiora eſſe videbuntur, hucque traduci: Præ cæteris tamen quod accommodari & prodeſſe poterit, tanquam inter præparantia omnia, unum ex præſtantiſſimis ſpecificum & accommodatiſſimum remedium eſt *Hydromel antiparalyticum Pharm. reſt.*

Ejuſdem *hydromelitis* continuandus eſt *uſus*, non ad multos dies tantùm, ſed ad multas hebdomadas, aut etiam menſes. Adjeci illi medicamento de induſtria, quæ viſa ſunt magis attenuantia, coquentia & calefacientia initio: etſi morbifica materia prorſus ſit craſſa, frigida, pituitoſa & obſtruens, qualis ut plurimùm eſſe conjicitur: attamen admiſcui etiã, (ut videre eſt) lignũ rhodium diſertè, ut ad temperiem reliqua revocaret. Eſt enim adſtrictionis magis & corroborationis, quàm attenuationis particeps. Hęc igitur à me putentur ita eſſe facta, ne nimis colliquatione & attenuatione materiæ, principio morbi diffluentis & excedentis diſpergantur huc & illuc in nervoſum genus variæ illius partes, quæ malum potiùs augeant, quàm minuant. Quod maximè junioribus Medicis obſervandum & notandũ eſt, ut rectè & tutò gerant omnia. *Examen prædicti Hydromelitis.*

Interea verò, dum hydromelitis uſus adminiſtrabitur, frequentes injiciendi erunt clyſteres, idq; uno quoq; ſaltem biduo. Sicque tractata ac præparata mali materia, tandem expurgabitur, non ſimul & ſemel forti aliquo medicamento, at per intervalla & ſenſim, apozemate aut decocto ſolutivo in plures dies exhibendo, cujus formula *in Pharm.*

Atq; ſic purgatus æger denuò repetet uſum hydromelitis præparantis, cui per aliquot dies ſumpto, alternatim ſuccedet purgatio. In hũc modum alterna illa hydromelitis & ſolventi medicamenti adminiſtratio ad aliquod ſatis longum temporis intervallum continuabitur. Si quis autem

Digitized by Google

nova decoctione lubenter carere velit, accipiat ℔.ij. *ſuperioris hydromelitis, quibus incoquat & maceret ſenna, turbith, hermodactylorum ana* ʒ j. *dum reſtet decocti* ℔.j. *clarificata, cujus tres aut quatuor unciæ ægro* (prout ad purgationem fuerit præparatus) *propinari poterunt*, idq; per tres aut quatuor varios, aut etiam continuos dies, ſi ferat natura ejus minùs delicatula tantùm purgationis.

Poſt longas & diuturnas ejusmodi præparationes ac vacuationes, minùs calefacientes & vehementes, transiri poteſt ad fortiores ac vehementiores: quales ſunt *pilulæ fœtidæ, de bdellio, de euphorbio, hiera Paccii aut Logadii atque alia id genus hieræ, aliaque medicamenta, vehementiùs attrahentia, & compoſitiones, quæ ſcammoneam, helleborum & euphorbium excipiunt, nec non plura alia præſidia*, quibus veteres & recentiores ſcatent. Quæ tamen citra cautionem, aut temerè non ſunt exhibenda, etſi à cauſa prorſus frigida prognatum malum agnoſcitur, ægrotansq; craſſi, obæſi & pituitoſi temperamenti ſit, ut cenſet *Trallianus*. Quæ enim paralyſes extenuata & macra corpora, hepatiſque bullientis invaſerunt, & cauſam morbi ex calidis ſicciſque exhalationibus ac qualitatibus obtinuerunt, exhujuſmodi remedia, ut noxia potiùs, quam utilia reſpuunt, ut poſtea docebimus.

Remed. vehemẽtiora.

Trall. lib. 1. cap. 16.

Objectio.

At excipient nonnulli: tantùm abeſſe, ut ea noceant aut contraria ſint, ut contrà antiquitas ſenſerit, exhibenda eſſe ea medicamenta, quæ vel febrem ipſam poſſint inducere, à qua nervoſum genus morbis ſuis remedium mutuaetur, juxta *Hippocr. aph.*

Hanc utique medendi rationem minimè probare poſſum, nec ſolus ſum, qui eam improbem: utpote quæ parùm tecta ac tuta ſit. Exigua enim febris parùm utilitatis adferre poſſit: at magna exitium potiùs pariat, & mortem acceleret, quàm ſalutem reſtituat. Probamus tamen *hieram Galen.* ſimplicem, quam tota antiquitas commendavit: *pilulas de hiera cum rhab. & agarico, pilulas de aloe roſata dictas*, eò quòd *ſucco roſarum ſæ*piùs elotę ſint, aut quòd eundem ſuccum ſæpiùs imbiberint, ut videlicet duæ pilulæ paulò ante prandium, vel cœnam deglutiantur, idq; vel eo etiam tempore, quo præparans hydromel propinabitur: ut quæ & ventriculum ſint corroboraturæ, & ſimul unam & alteram ſedem excitaturæ, unde natura levetur & adjuvetur.

Neq; hîc etiam prætermittendus *revellentium uſus*, in quos frequens clyſterum injectio commodiſſima futura eſt, à quorum lenioribus primo loco inchoandum, ut dictum eſt, deinceps ad fortiores & vehementiùs attrahentes, ac magis vacuantes, tranſeundum; in quibus ſolvi poſſunt jam ſuprà commemoratæ *hiera Paccii, Logadii, nec non benedicta laxativa, & id genus alia.*

Revulſiones.

Ptarmica autem, *Errhina, maſticatoria*, in particularem cerebri à ſuis impedimentis expeditionem, magnoperè conferent, ea ſemper cautione, ut leniora, benigniora, ac minus vehementer attrahentia præmittantur.

Ptarmica, &c.

Reſtat

Reſtat nunc (ut ordinem inſtitutum ſequamur) *de remediis cerebrum* partesque nervoſas corroborantibus dicere, nec non de iis, quæ reliquias mali educunt, ac intemperiem corrigunt. Inter roborantia cenſentur *conſervæ florum calendulæ, betonicæ, ſalviæ, roſmarini: radices acori conditæ, anacardina confectio, diacaſtoreum*, necnon ipſum per ſe *caſtoreum* in numero præſtantiorum habetur, apud omnes antiquos & recentiores. Idem *diamoſchum, diambra, roſata guaiaci, ſalſæparillæ, ligni juniperini & ſimilium.*

Roborantia.

Externa.

In *externis* numerantur remediis, quæ partes reſolutas ac paralyticas magnoperè juvant, *fotus ex vinaceis vindemiarum*, ſi illis calentibus æger incubet, aut iis foveatur, nec non *decoctio vulpis* ad tabem uſque & oſſium ſeparationem conſumptæ, ſi huic decocto adjectæ fuerint, inter coquendum, *herbæ cephalicæ*, & nervis congruentes. *Vaporaria item ſicca conferunt, nec non balneæ ex eiuſmodi incoctis herbis in vulpis iuſculo, vel vino, parata.* Ex quibus vel ſolus vapor ab ægro ex capſula congruente, in qua fuerit collocatus, exerto capite & libero, ſatis receptus fuerit, vel in vaſculo ad id accommodato, in quod lateres igniti, eiuſmodi decoctis ſuffocati, vapores ſuos deponant, quos æger excipiat. Ex quo eductus æger, & in lectum calentem trajectus, ad ſudores componi debet. Ex fotibus tamen emergenti ægro, vel ex vaporario ſicco aut humido, operæ pretium fuerit, non *tantum reſolutas partes congruis oleis aut litibus inungi, ſed collum etiam, qua parte occipitio committitur, dorſi ſpina, nec non principia & nervorũ origines*, unde ejuſmodi reſolutiones tanquam ex partibus primariò affectis iiſdem perfundi debent. Illis enim potiſſimum, non ſolis iis ſecundariò affectis, externa iſthæc remedia accommodari debent.

Inter ea autem remedia, quæ in apothecis Pharmacopœorum occurrunt, ſunt; *unguentum, Aragon dictum, Martiatum, Agrippæ, oleum vulpinum, coſtinum, nardinum, laurinum, de caſtoreo, de piperibus, de lateribus, de palma Chriſti, canabynum, oleum ſalviæ, rutæ, lumbricorum, de therebinthina, & id genus alia, &*, quod nobis etiam à natura datur, *petroleum. Ex quibus vel ſolis, vel medullis & axungiis cervi, urſi, pardi, taxi, anguillæ, & ſimilium* (inter quas axungia humana excellit) *admixtis, additis etiam ſuccis & pulveribus herbarum cephalicarum, coctis omnibus & cum cera ac therebinthina in unguenta, aut litus aptatis, extrinſecus partes affectæ foveantur, perlinantur & inducantur: nec non commodiſſimum & ad rem fuerit, ſuperioribus oleis & pinguedinibus unguentum catellorum compoſitum adiungere: unguentum ex impinguato anſere, cum ſimplici pice nigra infarctum, vel etiam additis foliis viſci pomi, ſalviæ, herbæ paralyſis minutiſſimè conciſis: adiecto quin etiam caſtoreo, & gummi ammoniaco, bdellio aceto ſolutis*, ad majorem penetrationem: *Baccæ* etiam *iuniperi & lauri conquaſſatæ, caryophylla, nuces*

moſchata, cubeba, piper, craſſiuſculè contuſa omnia, ſuperiori farcimini indi commodè poſſunt, iuxta convenientem ſingulorum quantitatem & doſin. His enim omnibus anſerculi abdomine confarto, & ad lenti ignis aſſationem aptato, deſluet ex eo, in pinguariam, aquis ſalviæ & betonicæ imbutam, liquamen, quod iſtis aquis ſupernatans, ne aduratur, tandem poſt perfectam anſeris coctionem ſegregabitur, & in linimentum aptabitur, quo reſolutæ partes, vel ſolo, vel admixtis aliis congruis, perungentur & fovebuntur.

Guay. tr. 9. de paral. c. 7. ol. ſerpentis. *Oleum ſerpentis* à Symphoriano Campegio, & expreſſius ab Ant. Guaynerio præclaris Medicis deſcriptum, *omni paralyſis generi ſingulare præſidium eſt, nec non omnibus nervorum affectibus ſummè conducit.* Quod quidem ſerpentis oleum, cum aliis quibuſdam remediis optimis, experientia à ſe comprobatum aſſerit *Guaynerius*: cujus receptam heremitæ cuidam chymico acceptam refert; qui cum diuturnam operam & oleum fruſtra ac temerè in ſufflandis carbonibus & chymicis follibus impendiſſet ac luſiſſet, animum tandem ad aquas ſtillatitias & olea extrahenda, quæ ab eadem chymica arte fœlicius didicerat, converterat & appulerat. Hoc fatetur ipſe *Guaynerius*, & teſtimonium arti ſpagyricæ, tanquam ad medicinam utiliſſimæ, ſic perhibet & adſcribit: nec pudet eum fateri, licet celebrem Medicum, ab ignaro & nihili homine alchymiſta, tam præclarum & utile remedium didiciſſe. Sic candido animo, quæ bona ſunt per ſe, bona agnoſcit, nec aſpernatur, undecunque prodeant; quod perverſi, ſuperbique homines non ita fideliter & candidè, etſi convicti, amplectuntur & recipiunt: ſed ætas patrum ſic nos tulit nequiores, mox daturos progeniem vitioſiorem.

In eodem tractatu idem Guaynerius *Ciconiarum oleum, cum unguento de gummis inſcripto, ad eiuſmodi affectus etiam præſtantiſſimo,* deſcribit.

Valeriola obſerv. medic. lib. 4. obſervat. 4. *eximium etiam ad paralyſin unguentum depingit.* Nos præclara quoque multa deſcripſimus *in Pharmacopœa noſtra*, quæ ad eundem finem ſpectant, hauſta quidem ex *Dogmaticis*, quibus mox & alia hîc adſcribemus topica, ab arte ſpagyrica *Hermeticis* tradita, tam ex metallico genere, quàm vegetabili, & animali extracta: quibus *Dogmaticorum* ſuppellectilem augebimus & ornabimus (ut noſtri eſt inſtituti) ne dum ut eam improbare ac damnare animus ſit, ut falsò nonnulli aliis perſuaſum volunt, & eo nomine conviciantur, ac nos, neſcio, cujus inſimulant.

In hunc finem vel ipſi vulgares Medici reſpiciunt, cum, fruſtra tentatis omnibus aliis remediis, paralyticos ſuos ad aquas minerales relegant, balneaque ſulphurea, aluminoſa, bituminoſa, nitroſaque, ex quibus ii dies mira ſpectare licet. Ejuſmodi ſunt *Borbonenſes balneæ*, Vaſconiæ, miræ præſtantiæ & utilita- *Aquæ minerales.*

tis.

tis. Quod teſtari poſſit nobiliſſimus Dominus de Beaulieu, *Spaenſes aquas*, & multa alia ſuperius commemorata remedia, magna fœlicitate expertus. Cuius cùm totum crus cum femore, ex lapſu graviore, in paralyſin & reſolutionem incurriſſet, nec non motum ac ſenſum amiſiſſet, ita tamen tandem ſummo Dei beneficio reſtitutus eſt, ut libere nunc incedere & gradiri poſſit, muniaque ſua, alioqui ſeria & regia obire, ut jam antea diximus. Quem ut conſervemus, & in meliorem ſtatum ſemper promoveamus, defungentes officio & promiſſis, quibus erga tantum virum particulari quadam fide devincti ſumus, aliqua hic explicabimus remedia, quæ ſingulare & præſtantiſſimum id genus morbis ſubſidium afferant, quæ ex catalogo Hermeticorum remediorum, arte ſpagyrica prognatorum, mutuabimur.

Quædam notanda in adminiſtratione topicorum. Juniorem autem Medicum oportet, in adminiſtratione ſuperiorum remediorum, ac inprimis topicorum jam commemoratorum, quæ ut plurimum calefaciunt & attenuant, ac curatè expendere (ut ſupra obiter monuimus) paralyſis naturam, ægri temperamentum: ut videlicet, ſi morbus à materia frigida, pituitoſa, craſſa ortum habet: ſi ſimilis temperamenti eſt æger, hoc eſt, pituitoſi, membrumque paralyticum intumuit, ſenſum deperdidit, cuius ſopor ſit exacuandus & excitandus, ut in hunc finem unguenta & linimenta, ſive ſimplicia, ſive compoſita ſeligat in remedium morbi, quæ plus ſubtilitatis & penetrationis, calefacientis ac attenuantis virtutis poſſident. At verò etſi cauſa morbi materialis eſt, ægrotansque temperamento bilioſo, ſi tamen pars affecta emarceſcit, & in atrophiam labitur, ut jam incidit (quod ſæpè uſu venit) à vehementius reſolventibus ac calefacientibus, quæ magis exiccare ac atrophiam augere poſſunt, abſtinebit Medicus: qui alioqui plus noceat, quàm proſit. Quo in caſu ſatis fuerit, meo quidem judicio, *decoctum ex vulpe, inteſtinis & capite vervecinis, cui anodyna ſemina incocta fuerint, ſi eo pars ægra foveatur, & linimentis, aut oleis congruis, hoc eſt, lenioribus & minus fervidis inungatur, quæ uncta ſuccida lana, aut canina pelle, ad id accommodata, obvolvatur.*

Hæc igitur remedia prudenter & judicioſè paralyticis affectibus adaptentur, ſive ii ſint ex apoplexiis nati, ſive ex ſeſe craſſam materiam poſſidentibus.

At ſi non redundantia humorum craſſorum, ſed exhalationum potius qualitas, quàm quantitas fuerit huiuſce morbi effectrix, ubi quidem ſiccitas ſimul cum caliditate potius, quàm cum frigiditate & humiditate infeſtat, quid tunc præſtandum erit? Tunc utique curandi ratio prorſus immutanda erit.

Poſſe autem paralyſes ex huiuſmodi cauſis ſuſcitari, teſtis eſt *Trallianus*, qui inter veteres id accuratè obſervavit: inter verò Neotericos *Guaynerius tract. 9. cap.* 8. Ubi de *Trall. lib. 1. c. 16.*

Alia paralyſ. ſpecies, à ſuperiore diverſa & curanda ratio.

paralyſi non tantum ſangvinea, melancholica & cholerica loquitur, ſed & de ea, quæ à mala complexione, ſine materia, procreatur.

In hoc affectus genere Medicum peritum eſſe oportet non tantum externæ & ſuperficiariæ illius anatomiæ, ſed internæ & vitalis, de qua à nobis alibi inſtitutus eſt ſermo, nec non ſuprà, cum de veris paralyſis cauſis diſſereremus: quarum bonam partem aciditati cujuſdam humoris, non frigidi ſimpliciter & humidi, ſed acidi, pungentis & ſtupefacientis etiam ac planè vitriolati (ut ſuo nomine tandem deſignetur) adſcripſimus: qui quidem ex vaporibus melancholiæ in nobis natæ proficiſcitur, quam Dogmatici etiam acidam agnoſcunt: cuius reſoluti vapores, & in genus nervoſum diffuſi, ſtuporem ac ἀναισθησίαν inducunt.

Anatomia eius interna.

Hunc itaque humorem qui diligenter expendet, & facultates illius ac effectus, quos humori melancholico vendicavit Antiquitas, confetet cum liquore vitriolato, quanta ſit utriuſque ſympathia & conſenſus ac ſimilitudo, ne dicam Identitas, facilè animadvertet, ut fuſius à nobis alibi dictum eſt. Quod cognitu maximè neceſſarium eſt & conſideratione dignum. Vix enim aliter multarum paralyſeωn cauſæ & remedia dignoſci ac comparari poſſunt. Fruſtra enim in horum affectuum curationem laboretur, ſi opinio ſit, communibus ac vulgaribus remediis, hoc eſt, calefacientibus & ſiccantibus omni paralyſis generi ſuccurrendum eſſe. Quod optimè utique *Trallianus* (etſi ſub ſimplici caloris ſicci, aut frigidæ qualitatis ſpecie) agnoſcens (quæ quidem qualitates melancholicum humorem, aut vitriolatam ſubſtantiam, non ſecus ac umbra corpus, comitantur) appoſitè *in hæc verba*, ſcripſit *lib. & cap.* ſuprà citatis: *Talibus igitur, inquit, purgans aliquod medicamentum præbere, commodum non eſt: univerſa enim ipſis inimica ſunt, præſertim hiera, & quæ euphorbio conſtant. Nam præterquam quod nihil juvant, ſiccitatem nervorum adhuc magis augent. Novi ſanè ego quendam, reſolutionem ex mœrore, multa ſollicitudine & inedia expertum: deinde ſumpta hiera adeò læſum, ut totus ipſe immobilis fieret, & prompemodum interiret, niſi in contrarium mutatus fuiſſet, & humectantibus omnibus, cum potionibus, tum cibis & aliis, quæ temperatum ipſum reddidiſſent, uſus fuiſſet: maximè verò balneis compluribus, unctione ex hydrelæo, mutatione aeris temperati & omni hilaritate. Etenim triſtis erat, ad iram proclivis, à medicamento nimirum excitatus, qui flavam bilem collegiſſet. Hac ſanè ratione, ſi qualitas fuerit, præſertim intemperies calida, vitari debent cibi acriores: adhuc autem magis, quæ medicantem ac purgantem vim obtinent. Pari modo etiam frigida intemperie præditis, medicamentis utendum non eſt purgantibus, cum ſolo victu tales curari poſſint.* Atque hæc *Trallianus*.

De ſpecificis veriſq; remediis, omni paralyſeωn generi congruis, ſermonem in ſuum locum differimus: cùm videlicet, quæ curandi ſit ratio

Herme-

Hermeticorum, tractabimus: ubi videbitur, uſum præſcribi poſſe purgantium, præparantium, revellentium, corroborantium, quæ ſpecifica fuerint, & congruè adaptata cauſæ morbi legitimæ ab Hermeticis privatim agnitæ: ubi ea etiam auxilia enarrabimus, quæ paralyſibus ex prava & maligna qualitate naſcentibus ac ſtipatis, prout ſuprà diximus, appoſitè congruunt, quibuſq; ineſt vacuandi, purgandi ac domandi morbi ſpecifica & particularis quædam energeia, & quæ in tutiſſimum uſum venient. Malam enim complexionem inductam non corrigunt ſolum, ſed & extinguunt, dolentque, calorem ſuffocatum vivificant, nervoſumq; genus à tota proprietate corroborant.

Paralyſes humorales.

Quod ad aliquas alias paralyſes, quæ raro contingunt, à quibuſdam Dogmaticis recentioribus deſcriptas attinet, quæq; vocantur humorales, hoc eſt, ex ſanguinis copia, aut ex bile aut ex melancholia ſuſcitatæ, præter vulgares illas, quæ humori pituitoſo, frigidiſſimo & conglacianti adſcribuntur, legi poteſt, quod inter alios docet *Guaynerius tract. 9. c.* 8. cujus ſi verba ipſa non referimus, ſententiam tamen authoris explicabimus,

Cura paralyſ ſanguineæ.

quæ hujuſmodi eſt: *Curationem ſanguineæ paralyſis, vult primum à clyſtere inchoari, quem ſubſequatur phlebotomia, ſi vires adſint: & reliqua omnia conceſſerint. Ad hanc vacuationem, Medici Pariſienſes,* inquit, *vel ad tres libras ſanguinis, aut etiam amplius; conſequenter educunt, hac nixi ratione, quòd phlebotomia copiam & quantitatem minuit ac vacuat. At tu,* inquit (lectorem compellans) *ſi aliquando cogeris ad tantam ſanguinis copiam educendam, tantamq; vacuationem, cave, ne confeſtim & uno momento eam præſtes. Tutius enim operaberis, ſi in duas aut tres eam repetitiones diſtraxeris, matutinis horis baſilicam ſecando, lateris oppoſiti; veſperi cephalicam eiuſdem lateris, & poſtridie linguæ venas incidendo. Quæ quidem ſenſim ſic adminiſtrata ſanguinis miſſio minus* (ut infert) *habet periculi, & longè tutius alia celebratur.* Unde videre eſt, non ex hodierno ſeculo, ſed ex priſca jam olim avorum ætate, Pariſienſes Medicos magnorum phlebotomitarum famam reportaſſe: quanquam ſunt, quos ab iſto proverbio, ut prudentiores & magis judicioſos excipere fas eſt, & de vulgarium iſtorum medicaſtrorum numero eximere, qualis & ipſe fuit ſuo tempore *Guaynerius*, qui aliorum methodum damnabat: quales etiam fuerunt noſtro tempore celeberrimi Medici, *Grandus ille & Duretus*, qui tantam ſanguinis miſſionem ubivis, & in omni morbi genere non ferebant: quam audacter nimium & incircumſpectè, nulla cautione adhibita, nulla ætatis, criticorum dierum, & aliorum id genus habita ratione, multi profuſius, quàm par eſt, celebrant, & temere adminiſtrant. Ad quam quidem ſanguinis miſſionem, ne in apoplexiis quidem & paralyſibus, ex copia ſanguinis progenitis, quibus tamen phlebotomia ſingulare præſtat remedium, uſq; adeò præcipites erant veteres, ut ex abrupto, & citra ullam cautionem & circumſpectum judicium, ad eam imperandam rape-

Non tam largè affatim ſanguis profundendus.

Digitized by Google

Aret. l. 1. de curat. ac. & diut. mor. c. 4.

aperentur. Atq; hæc ſunt, quæ de ea loquitur *Aretæus*, cùm curam apoplexiæ & paralyſis inſtituit. *Æquale ſanè (inquit) adjutorium, utpote magno affectui magnum remedium, miſſio ſanguinis eſt, niſi quis plus, quam conveniat, mittendo delinquat. Modum autem conjectare difficile eſt. Nam ſi paulo plus detraxeris, hominem planè ſtrangulaſti. Ad vitam enim tuendam hic vel paucus ſanguis efficaciſſimus eſt, cum ſit vitæ corporiſq; alimenti fomes. Si minus detraxeris, quàm cauſa poſtulat, nihil magni per magnum auxilium contuleris. Adhuc enim cauſa permanet. Sed præſtat minus detrahendo delinquere. Nam ſi minus detractum eſſe viſum ſit, aliqui vero optimi ſucceſſus apparuerint, iterum venam reſcindere congruens fuerit: ſcindenda eſt autem vena in concavo cubiti: hæc enim in ſiniſtro ſita eſt. Simul quoq; in puſilla apoplexia* (id eſt, paralyſi) *& reſolutæ partes conſiderandæ ſunt, in ſiniſtrone, an in dextro latere reſolutio ſit: à ſalubribus enim partibus* (ut dicere mos eſt) *ſanguinem haurire oportet. Hac enim ſanguis facilè delabitur. Hac etiam à laſis partibus materia derivatur, &c.*

Alexander Trallianus, de paralyſi ſanguineâ differens, hæc ſcribit, quæ ſequuntur: *Siquidem igitur copiam ſanguinis ex notis deprehendas, liquet moderatam eius evacuationem, ante aliam univerſam, adhibendam eſſe. Non enim convenit in his multum ſanguinis, etiamſi abundet, detrahere: ſed ad auxilia potius, quæ locis inducuntur, perveniendum eſt.*

Aëtius de phlebotomia apoplexiæ congrua loquens, vult miſſionem ſanguinis diviſim fieri, hoc eſt, ſenſim & paulatim ſeparatimque. *Commovere enim tantum oportet*, inquit, *non exolvere vires, & calorem extinguere.* Deinde *ſequenti capite* addit in hunc ſermonem de ſanguinis miſſione in paralyſi, ex humorum copia, & ſanguine genita. *Manifeſtum igitur eſt, inquit, quod redundantem humorem evacuare oportet. Nec verò aptius principium in his reperire datur, quam à venæ ſectione, ſiquidem permiſerit ætas, habitus, tempus, ſtudium, progreſſus, victus & reliqua, quæ prohibere ſolent venæ ſectionem. Oportet autem moderatam detractionem facere, ne perfrigeretur. Frigiditas enim cum ſi citate affectionem induxit. Quapropter ſolum imminuenda eſt materia paululum per venæ ſectionem, & præſertim in provectiori ætate, detractio vero fiat à ſanioribus partibus.*

Qualem igitur oporteat eſſe phlebotomiæ in hujuſmodi affectibus legitimum uſum, his teſtimoniis ſatis ſuperq; liquet. Ubi diligenter obſervandum, ſumma cautione & circumſpectione, non temerè (*multorum more, qui omni alio carent ſubſidio*) ea utendum eſſe. Quod quum à multis ſecus fiat, quantus ſit illius abuſus, fallaxq; aut exitiale remedium, perſpicuum eſt nimis, eamq; diuturnam ac inveteratam conſuetudinem in legem tranſiiſſe, quæ abrogari nequeat, iniquiſſimum eſt judicium, & perverſiſſima opinionis regula.

Celebrata phlebotomia, pergetur ad ſanguineæ paralyſis curationem reliquam, ubi adhibebuntur præparantia ad commoderandum ſanguinem, evacuantia congrua, revellantia & derivantia opportuna ac neceſ-

ceſſaria, & topica affectui accommodata: quęcuique mali ſpeciei propria & apta, ex eorum numero, quæ copioſè tradidimus, ſeligentur.

Paralyſ. billioſæ curatio. In *paralyſibus ex humore bilioſo*, acri & calido natis, ut purgationi reddatur opportunus humor, non attenuandus & calefaciendus fuerit: ſed contrà refrigerandus & incraſſandus, idonea ad id victus ratione, & legitima medicamentorum, in hunc finem delectorum, adminiſtratione, hoc eſt, ut ex præparantibus minùs calefacientia, & expurgantibus pariter temperata uſurpentur. Qui etiam delectus in topicorum exteriorum, hoc eſt, fotuum, lituum, unguentorum emplaſtrorum, balnearum applicatione obſervabitur.

Paralyſ. melanch. cura. Si ex *melancholia paralyſis* ortum habuerit, eâdem curandi methodo utendum erit, ut cauſæ ſuis remediis appoſitè reſpondentibus tollantur: quæ comoderanda erunt & ita temperanda, ut citra nimiam exiccationem id præſtetur. In quibus paralyſeωn omnis generis curationibus ſedulò animadvertendum erit, ut ea remediis aliis immiſceantur medicamenta, quæ ſpecifica quædam proprietate malo adverſantur.

Quid jam ex me deſiderent, aut de me conquerantur *Dogmatici*, non video, qui uſque adeò penitus in officinas omnes Galliarum, aliarumque regionum introivi, & exactè luſtravi omnia, ut ex illis, quicquid fuerit divitiarum & ornamenti, in apertum ex capſulis & pixidibus aureis, argenteis, ligneis elegantiſſimè pictis & variegatis evolverim & in curam horum affectuum, de quibus hîc agitur, profusè explicaverim, & elargitus ſim: quibus etiam ipſemet ego *Dogmaticus* fœliciter uti ſoleo: Quòd ſi à me prætermiſſum quid videbitur, id non ſatis adhuc ſolerti & exactæ indagini, quàm malæ fidei meæ tribuant. Neque enim eo animo omiſi, ut tam præclaris theſauris ac gazis quenquam (ne dum Rempublicam medicam) privare velim, quàm omni induſtria ditare, & ornare pro ſparta mea contendo: ſed in tanta remediorum fœcunditate ac multitudine, fieri nequit, quin aliquid nobis elabatur & excidat; ubi Doctorum & celebrium virorum judicium hîc imploro, qui initam à me rationem calculis ſuis comprobent, & ſuffragentur; meque non ut invidum & malæ fidei hominem, ſed candidum & ſyncerum ac ſibi amicum, germanumque fratrem agnoſcant.

De *Hermeticis* etiam hoc mihi promitto, fore, ut nullo modo in me inſurgant & corripiant, quò eo nomine & fine in collegia ipſorum introeam, ut ſcilicet aliquid ex eorum monimentis, extractis nempe, eſſentiis, magiſteriis, arcanis, tincturis, aliiſque id genus ſpecificis auxiliis, ut quintis eſſentiis, balſamis ad curandum potentiſſimis & ſummè efficacibus, mutuer & decerpam, ut ex virtutibus & effectis, de præſtantia eorum, & ſedis eminentia, qua aliis omnibus prę luceant, judicetur. Simulque hoc rogatos velim, ut mecum in adita & penetralia ſua ingredi pa-

tiantur aliquot doctiſſimorum ex Dogmaticis ac celeberrimorum virorum: qui, etſi antiquitatis zelo & ſtudio, mordicus veteres ſuas opiniones retineant & tueantur, eo tamen animo tam candido, modeſto, recto & non obliquo ducuntur, eaque ſolida pollent prudentia & doctrina, ut ſaltem nobis amicas aures potiùs præbituri ſint, quàm præcipiti invidia, & odio in nos ferantur, & conviciis laceſſant, ac ut improbos & deceptores damnent. Illudque auſim etiam mihi perſuadere, ubi ipſis oculis medicamentorum præparationem, & remediorum efficaciam conſpexerint, & in Hermeticorum ſchola edocti fuerint, non minore animi ardore ea amplexuros, pro viribus tutaturos, & ſummis laudibus evecturos, quanta aliquando invidia & odio, in illa explodenda, damnanda & execranda, conflagrarunt.

De Paralyſi poſt Epilepſiam vel Apoplexiam.

De ſeminarii prædictorum affectuum plenaria reſolutione ac conſumptione, deque topicis, juxta Hermeticos & Dogmaticos.

IN reſolutionem & conſumptionem prorſus integram reliquiarum Epilepſiarum, vertiginum diuturnarum, & Apoplexiarum in paralyſos degenerantium poſt præparationes evacuationes, averſiones, derivationes, ac roborationes ſuperiores, Dogmatici, diætis utuntur, ut vocant, hoc eſt, hydroticis ac ſudorificis decoctionibus ex *Guajaca, china, ſalſaparilla ac ſaſſafras* atque id genus aliis vulgaribus ſudatoriis concinnatis. Hermetici verò in eundem finem ac ſcopum, talia quidem remedia admittunt: at illis præterea ſales ſuos admiſcent aut liquores acidulos, qui minore doſi, & citra exuperantem calefactionem, longè magis in eoſdem affectus conducunt.

In hoc etiam Dogmaticis ſunt ſuperiores, quòd *inter hydrotica vegetabilia* norint & habeant ſingularia quædam *ſpecifica* ſingulis iſtis morbis proprietate quadam congruentia: ut adverſus epilepſiam hydroticum hoc ſpecificum habent, *viſcum* nempe *quernum præparatum*: *ſemen pæoniæ, & raſuram ligni buxei, quæ inveteratis etiam vertiginibus opem ferre poteſt.* Adverſus paralyſes hydroticum uſurpant *ex ligno juniperino cum floribus calendulæ, lavendulæ, & roriſmarini magnâ copiâ, addentes ſingulis hydroticis ſuos ſales in majorem utilitatem, nec non aliquot liquorum acidorum guttas ex ſulphure aut vitrioli ſpiritu.* Præter hæc omnia, alia poſſident hydrotica *ex metallica ſubſtantia deſumpta*, longè adhuc aliis & præſtantiora & meliora, de quibus ſuo loco poſtea dicemus, unde diſcatur illorum in remediis fœcunditas & divitiæ, nec non in præparandis & coquendis hydroticis ex vegetabilibus præſtantia & induſtria: unde quàm egregiæ

Hydrotica Hermeticorum ſpecifica.

giæ obſervationes, vulgares illas omnes ſuperantes, eliciantur, perſpicere licebit, ſi omnis abſit invidia, & res ex æquo & bono judicetur: quod præter eas, quas jam ſuprà deſcripſimus, formulas, clariùs patebit ex iis, quæ *in reſtituta noſtra Pharmacopœa* abundè tradidimus.

In remedia topica eundem curationis ſcopum ſpectantia, nec non tam inveteratis epilepſiis, quàm apoplexiis conferentia, ac paralyſibus, loco *oleorum caſtorei, ſalviæ, betonicæ, rutacei, vulpini, nardini, laurini, piperini & ſimilium vulgarium: nec non unguentorum, Martiati, Agrippæ, de bdellio, communium*, ex quibus præſcribuntur formulæ in unctionem membrorum affectorum, Hermetici uſurpant *olea arte & citra vulgaris olei olivarum additionem extracta longè aliis ſubtiliora, penetrantiora, magis attenuantia & diſcutientia, nec non nervoſas partes corroborantia, ex omnibus gummi generibus, ex caſtoreo, ſtyrace, benjoino, floribus ſalviæ, roriſmarini, betonicæ, calendulæ, ſeminibus pæoniæ, ex baccis lauri, juniperi, piperis, & aliis id genus aromaticis.* Ex quibus etiam cum aqua vitæ præſtantiſſima *balſama & odorifera* ad eaſdem intentiones conficiunt. Quod autem hodie multi Dogmatici, oleis therebinthinæ, petroleo, de cera & lateribus, ſive ſimplicibus, ſive compoſitis utantur, palam eſt eos ejuſmodi remedia ex ſpagyricis eſſe mutuatos: ut olea etiam alia, quæ ex omnibus reſinis, pinguedinibus & axungiis, ex quibus etiam admiranda linimenta componuntur, deſtillari ſolent: quæ potiſſimum contracturis & paralyſi conferunt. Horum præparationes videre licet in noſtra Pharmacopœa, exempli gratia. *Balſamum ſeu oleum nervinum deſtillatum. Balſamum ſ. oleum nervinum minus.*

Topica.

Balſama.

Docuimus etiam *in eadem noſtra Pharmacopœa*, ejuſmodi olea, nec non laurinum & de pinguedinibus, citra olei alieni additionem, elaborare. Quarum formularum exemplo, quivis Medicus, vel tantillum chymicis extractionibus initiatus, ſexcenta alia ejuſmodi remedia ad illarum imitationem præclariſſima, nullo negotio excogitare ac parare poſſit, ut dilucidè cuivis videre & experiri licet. Si porrò iis de cera & lateribus oleis, flores ſulphuris adjeceris, non ineptè feceris. In illis enim perinde ac in oleo terebinthinæ diſſolvi poſſunt, modò id fiat in calido aliquo loco. Veruntamen balſamus ingratum hinc odorem ſibi compararet, quo fit, ut hîc flores non addamus: quorum tamen uſum ſi expetis, ad majorem exiccationem, balſamo ſulphureo *Martini Rulandi*, in centuriis ejus deſcripto, uti poſſis: quo tam rara & admiranda præſtitiſſe ſe ſcriptis affirmat.

Hîc igitur tam internorum, quàm externorum præſidiorum chymicorum omnibus curationum indicationibus, quæ hujuſmodi morbis congruunt, tanquam ex picta tabella, oculis ſubjecta habetis ornamenta & gazas, quæ, tum ex vegetabilium familia, tum animalium deprom-

Digitized by Google

pta ſunt, rejectis in alium ad calcem hujus ſcripti locum, metallicis: ut quæ & præſtantiora aliis omnibus καὶ ἐνεργῆτες, admirandisq́; effectis, magis prædita ſint: ubi etiam Dogmaticorum methodum ſequimur, qui ut plurimum præmiſſis imbecillioribus remediis, fruſtraque tentatis ex vegetabilibus & animalibus, ad metallica tandem confugiunt, dum ægros ſuos ad thermas aut minerales aquas, tanquam ad tutiora ſubſidia, relegant: quas tamen boni illi viri, ſui immemores, alibi damnant & reſpuunt: quiq; (ut nonnulli alii, qui veteri ſenectæ & craſſæ ſuæ ignorantiæ immori malunt, quàm turpiter, ut putant, à ſententia dimoveri ſe patiantur) parum norunt, quàm ſibi ſic contradicendo cæcitatis & ignorantiæ, nec non in erroribus ſuis pervicaciæ ac obſtinationis reos ſe faciant, ignorantes arte naturam, ad cujus imitationem, ejus fundamento, ars ſuperextruit, poſſe etiam in his remediorum generibus ſuperari, & de præſtantia arti cedere. Quod & in alijs rebus omnibus videre licet, quæ aut medicamenti, aut nutrimenti uſum præſtant, ubi natura, ſive rhab. ſive colocynthidē aut alia purgantia, ſive frumentum & racemos in alimentū producat, requirit tamen artem, quæ naturalia iſta in uſum hominis perficiat, & conſentanea ejus naturæ, ac magis vel ad medicandum, vel ad alendum congrua reddat & aptiora: quod vel cæcis ipſis perſpectiſſimum eſt ubiq; ex infuſionibus medicamentorum, ex panificio & vini elaboratione, quæ egregiæ utiq; & excellentiſſimæ ſunt artis præparationes, citra quas crudiores illi cibi, & medicamenta aſſumpta, vitæ humanæ longè eſſent nocentiora, quàm utiliora, & altiore radice ac occultis ſeminariis carentia, vulgaria quidem & communia remedia, quæ natura ſponte ſua fert, fortè uſui eſſe poſſint, citraq́; ullum exquiſitius artificium. Quæ ſi nihil proficiant, æquum eſt ad fortiora & validiora confugere: ut ſic ad debellandas grues Pygmæorum aut ſtilponum robur ſatis eſſe poſſit, ne dum ad mures aut formicas longè imbecilliores expurgandas: ad hydram verò, leonem, aut aprum Ætolicum ſubigendum, fortiùs longè robur opponendum ſit. Hujuſmodi ſunt hi morbi, Epilepſiæ, lepræ, apoplexiæ, lues Hiſpanica, & id genus alii, quos hic tractamus: quorum immanis ac indomita ferocia non niſi Herculeâ clavâ devinci ac opprimi poteſt. Idcirco aptè ſummus ille Dictator *Hippocrates* & ad rem dicebat, *extremis morbis extrema eſſe adhibenda remedia.* Inter antem extrema ejuſmodi remedia, hoc eſt, valentiſſima & fortiſſima, ſupremum occupant locum, quæ *metallica* eſſe diximus, de quibus nunc nobis reſtat dicendi opportunitas.

Dogmaticis mineralia tantoperè ipſis invisa, extremum ſunt refugium.

Ars Naturæ dona ad uſum hominum reddit idonea.

Medicamenta externa.

Victus ratio.

AErem perpetuò calidiorem & ſicciorem deligant, ac hyemali tempore cubiculi aerem igne luculento emendent. Fugiant longiorem moram ſub dio & radiis lunaribus, non min' quàm in aëre nubilo caliginoſo,

aut

aut alias intemperato, maximeque ſi flaverit Auſter vel Aquilo.

Caput ſemel ad minimum ſingulis menſibus tondeatur, quotidie verò manè depectetur, & linteorum aut ſpongiarum ope à ſordibus & ſqualore probè detergatur, noctu æquà ac interdiu, ne plus juſto, ſed mediocriter tantùm caput ipſum contegatur, habita ſcilicet temporis & conſuetudinis ratione: fugienda & alia, quæ illud ipſum calefaciunt & opplent, veluti balnea, lotiones capitis, & quæ ſunt ejuſdem generis.

Reliquum verò corpus à frigoris æſtusve injuria, quantum fieri poterit, accuratè vindicetur. Suffitus vaporum copia caput replentes, aliaque odoramenta ſummoperè calida omninò vitentur. Exercitium ante cibos mediocre, depoſitis prius alvi excrementis, haudquaquam erit inutile: Sed à cibo perpetuò tutior erit quies, aut certè levis deambulatio, ne, quod ferè fit, ſemicocti aut etiamnum crudi ſucci intempeſtivè nimium à ventriculo in totum corporis habitum rapiantur, nullo verò ludo aut exercitii genere utantur, in quo vehementius caput inclinare opus ſit, aut vehementer in gyrum vertere. Caveant & inſpectionem è loco alto in declive, itemque conſpectum torrentium & ſimilium rerum: exercitii vicem interdum ſupplebunt frictiones linteolo aſperiore factæ, primò quidem brachiorum, deinde pectoris, crurum, tandemque ipſius capitis.

Porrò ſobrietatem ac temperantiam, cibive ac potus moderationem, ut aliâs ſemper, ita maximè in hoc affectu, & hoc corporis ſtatu, magnoperè utilem eſſe conſtat apud omnes: prandere tamen perpetuò paulò liberalius, parciùs verò cœnare præſtiterit.

Bis enim in die ſolummodò cibum ſumi velim, idque ex juſtis intervallis, quæ concoctioni ſufficiant, famem tamen æquè ac cruditatem vitandam cenſeo.

Alimenta deligantur & laudabilis ſucci & flatus expertia, quæque ſint ad concoquendum facilia. In iiſdem ſtudioſè hic ordo obſervetur, ut quæ concoctu facilia ſunt, reliquis perpetuò præmittantur; ac nihilo minùs, quoad ejus fieri poterit, vitetur multiplex varietas. Nec enim præter rem eſt, quod ſolertiſſimus ait Plinius, *ſimplicem cibum eſſe homini utiliſſimum*. Quod ſi tamen varius placeat, at certè in eo ipſo ſimilitudinem obſervari non fuerit difficile neque inutile. *Nam diſſimilia quæ ſunt*, Hippocrate teſte, *ſeditionem movent*, dum ex his alia citiùs, tardiùs alia & mitificantur, & in corpus ipſum dividuntur.

Jurulentis aut nunquam, aut parcè utantur, nec niſi matutino tempore: Tum verò iis incoqui poterunt, ex oleribus, hyſſopus, thymus, pulegium, ſerpillum, ſalvia, majorana; A lactuca verò, portulaca, herbiſque cæteris frigidioribus & humidioribus abſtinendum cenſeo: ſed & fugiendum apium, quippe

Digitized by Google

quod proprietatem habeat excitandi & detegendi Epilepſiam.

Ex volatilibus eligendæ carnes pullorum gallinaceorum, caponum, pipionum, perdicum, attagenum, phaſianorum, cæterarumque avium montanarum, turdorum itidem, turturum, alaudarum & paſſerculorum; At damnantur carnes anſerum, anatum, cæterarumque paluſtrium.

In quadrupedum genere laudantur vitulinæ, hædinæ, vervecinæ, & lepuſculorum carnes. At fugiendæ vetuſtiorum leporum carnes, cervina item, ſuilla, aprugna, omniumque maximè caprina. Cæterum aſſatæ carnes elixis perpetuò præferuntur. Piſcium rarus ſit uſus, ac horum tantum, qui in fluviis rapidioribus degunt: nam fugiendi penitus, qui in lacubus, paludibus, aut ſtagnis victitant. Sed & illi aſſati ſuper craticula, elixis aut in ſartagine frixis anteponendi.

Inter εὔχυμα καὶ εὔπεπτα alimenta non ultimum locum ſibi vendicant ova gallinarum tremula, gammari item & ptiſanarium, quod hordeatum vocant.

A pinguibus, ſalſis, piperatis, aut alioqui acribus, itemque à vaporoſis omnibus aliis ac nidoroſis abſtinendum, qualia ſunt cœpæ, allia, porrum, eruca, raphani, ſinapi, & quotquot alia vapores in cerebrum tranſmittere apta nata ſunt: neque his minus legumina, ac præſertim lenticula, caſeus, lac, & quotquot ex lacte parantur fercula.

In fructuum genere commendantur, cappares, una paſſa, piſtacia: at nuces & palmulæ vitentur. Panis ſecundarius primario utilior, dummodo ſit benè fermentatus, mediocriter ſalitus, & accuratè coctus. Placentæ, lagana, farcimina, cruſtula, & quotquot alia è piſtoriis operibus minimè fermentata ſunt, ſummoperè fugienda. In aromatum genere convenient interdum macis, nux myriſtica, cariophylli.

Parcior ſit potus & in paſtu ſolo, quoniam immoderatus corpus gravat, & concoctionem omnem impedit, potus verò ſit aqua mulſa, aut vinum rubellum, & ὀλιγόφορον dilutum aquâ, in qua Coriandrorum præparata decocta fuerint. Vaporoſa & potentia vina omnino fugienda ſunt.

Secundâ menſâ aſſumi poterit pirum auſteriuſculum probè coctũ: aut cydoniati vel conſ. roſ. tantillum aut tale quid, quod os ſuperius ventriculi claudat exactè, atque adeò concoctionem adjuvet, & vaporum ad caput aſcenſum inhibeat. Vitandus ſomnus omnis, meridianus ac nocturnus etiam immoderatior.

Alvus ut quotidie liberè fluat, diligenter proſpiciendum, quod ſi ſopita, aſtrictave fuerit, arte aliqua elicienda. Veneris uſum lubens ſciensque prætermitto, quia cum moderatiſſima & temperatiſſima juvencula rem eſſe perſuaſum habeo.

Cæterum vitet ſubitam omnem animi motionem, uti triſte ſeu lætum nuncium, & terrorem quàm maximè.

Sic

Sic & ira, graviores curæ, mœror, ac totum denique animi perturbationum genus maximoperè fugiendum eſt. A cibo ſtatim, gravioribus ſtudiis, lectioni aut ſcriptioni ſeveriori ne incumbat.

Inter amuleta Epilepſiam inhibentia commendantur *ſemina paonia collo ſubnexa, ut & radix eiusdem: coralli item, iaſpis viridis, ita tamen, ut ventriculum contingant. Vngula quoque alcis, vel collo appenſa, vel annulo incluſa & geſtata acceſſionem Epilepticam inhibere creditur.*

VII.

DE CACHEXIA VIRGINEA.

Conſilium:

Pro Nobili quadam Virgine, morbo immenſum complicato fatigata, quippe graviſſimis & ſæviſſimis ſymptomatis, vertigine, cephalalgia, tinnitu aurium, catarrho in varias partes, palpitatione cordis, ſyncope, dyſpnæa, tumore hypochondriorum atq; pedum, œdematoſo, cachexia, denique malorum lerna ſtipante.

ANtequam deveniamus ad curationis ſcopos primùm particulatim, qua decet ſerie, ac ordine, ſymptomata ſunt recenſenda: tum partes affectæ, omniumque cauſæ, & hoc per ſigna diagnoſtica: non ſubticentes interim, ſi quid judicii ferat modulus, quid de prognoſtico eventus decernendum videatur.

Morbi hiſtoria. Nobilis itaque, egregia, atque honeſta virgo, annum nunc agens circiter decimum octavum, optima corporis & partium figura ſymmetria; ad hæc, genio, intellectu, & ſenſu integro atque perſpicacisſimo prædita, à parentibus utrinſque proſapiæ vegetæ naturæ, ac integræ conſtitutionis oriunda, poſtquam primam ſuam ætatem omni morbo vacuam tranſegiſſet, ante quatuor vel quinque annos, ætatis nimirum duodecimo, deſubitò & ex inſperato ſyncope fuit correpta, & tali quidem

quidem, quæ uſque adeò videres & mentem percuſſit, ut ſine loquela immota ibi, aut certè immota ſimillima, ac veluti demortua jaceret. Duravit interdum paroxiſmus ad quarta horæ ſpacium. Syncopem hanc comitabatur inſignis atque enormis palpitatio cordis, ita ut neceſſe fuerit præcordia palma appreſſa magna vi continere, atque, ne quid violentius eveniret, momentanea illa quaſi ope præpedire. Redibant hi inſultus per certa intervalla. Nauſea quædam his præibat inſultibus, quæ inſtantium quaſi præcurſor per vices ſeſe oſtentabat. Mali æſtus commotior, & quædam quaſi indomita prehenſio per duodecim integros dies fatigabat atque exæſtuabat. Ab his deinceps remisſiores ſyncopes, & quædam velut lipothymiæ tantum per octodecim ferè menſes exercuerunt: itidem per intervalla, quæ cum tempore etiam vehementiora reddita, miſellam miſerè defatigarunt.

Ab eo non multo poſt tempore febri fuit correpta, de genere epidemiarum, quas peſtilentiales nuncupant. Puſtulæ ſiquidem & maculæ rubræ ex ſuperficie corporis, aliquot dierum intervallo, efflorescebant. Hanc inſequutus eſt vomitus, excitatus à materia quadam atrabilaria, nigra, & picis ferè in modum adhærente. Vomitu peracto non exiguum levamen ſenſit, ita atque utcumque ſalubriter aliquot tranſegit annos: utcunque inquam: etſi enim nullis ſymptomatum graviorum inſultibus conflictaretur, in integrum tamen nondum erat reſtituta, mali contumacia: quod profundius radices fixerat, ſubinde obhærente, corpuſque quaſi neutrum à perfecta ſanitate etiamnum arcente.

Seſquianno verò poſt febre continua correpta, ſeptima die evanuit, abſq; manifeſta, aut certè effatu digna criſi. Hæc febris poſt ſe reliquit totius corporis, ſed potisſimum faciei pallorem non ſine lividitate. Tenſio atque inflatio utriusque hypochondrii, ſed maxime ſiniſtri, oriebatur: crurum tumor œdematoſus: laſsitudo ingens, ſitis aſſidua, cibi faſtidium, & ἀπεψία, dyſpnœa, palpitatio cordis, per vices in immenſum adaucta, ſubinde remisſior: dolor capitis continuus ferè tinnitus aurium, vertigines frequentes, quamvis moderatiores oboriebantur.

Hæc ſunt ſymptomata, & ut verius dicã, hæc eſt illa κακῶν ἰλιάς: hic malorum cumulus, quo nobiliſſima hæc adoleſcentula conflictata, atque ad extremum ferè fuit exercitata: ita ut & partes animales & vitales, & naturales, harumque œconomias & κράσεις primigenias, ſi non fractas, at certè oblæſas, & miris modis depravatas eſſe certum ſit.

Morbi capitis.

Nam ut de *capite*, parte eminentiori, principaliorique, adeoque Palladis illa arce, primùm verba faciamus: Dolor ille, qui cerebrum perpetuò ferè moleſtat, vertigine, auriumque ſuſurro ſtipatus, quem nec rarò, nec ita breves fluxiones ſuprà maxillas primum atque dentes conſequuntur: quæ ulteriùs pergentes ſcapulas, humeroſque, & bra- *Morbi qui caput obſident.* *Dolor capitis vertigo, ſuſurrus.* *Defluxiones.*

chia,

chia, denique totum ferè corpus occupant, & dolorifico ſenſu affligunt.

Cauſa. Quæ ſanè ſingula ſymptomata procedere poſſunt à proprio idiopathico, & protopathico cerebri vitio, nempe intemperie plus æquo frigida, & humida, atque ob id imbecilliori, quàm quòd particularem, ſibiq; propriam alimenti digeſtionem perficere poſſit.

Affluxio. Hinc excrementorum in eo redundans copia: quibus obſecundant, & quaſi fomitem ſubminiſtrant exhalationes atque vapores continuò ſublevati à partibus internis: qui nec in alimentum conveniens ſubacti, nec diſſipati, aut per loca convenientia rejecti ob ejuſdẽ cerebri intẽperiem imbecillitatemque, & catharri materiam ingeminant, & cerebri œconomiam pervertunt: unde poſtmodùm tot ſymptomatum incurſus, & tanti mali fructus: conatur ſiquidem calor nativus, ac facultas concoctrix & expultrix, cerebri humores excrementitios, exhalationes & vapores omnes, vel in eodem met cerebro generatos, vel aliunde tranſmiſſos diffundere & diſſolvere. Sed quia languet, tenuate ac diſſipare ipſos ſeu per purgatoria ſua, ſeu per inſenſibilia foramina excernere cùm non poſſit, tantoque minùs ſubigere: nunc *Tinnitus.* *ſonis & tinnitibus* implentur aures, propter halituoſos, aut flatulentos *Vertigo.* ſpiritus, qui egreſſum haud reperire poſſunt: nunc *vertigo* ſuboriturdum fuliginoſa evaporatio in cerebri cavitates inſiliens ac inæqualiter in iiſdem circumacta, in plexu choroide humores variè impellit, ſpirituſque animales agitat, unde motus ille ac opinatio, ac ſi totum corpus in gyrum convertatur: nunc fit *cephalalgia* illa, aut capitis dolor, in anteriore præſertim capitis parte, *Cephalalgia.* dum halitus lentus, & difficulter diſſipabilis, aut certè mordax, ac ſubinde ſuccreſcens, & non in ſyncipitis meatibus incluſus, coercitus, coactus, & velut impactus: aut denique pericranium, meninges, partes exquiſitiſſimi ſenſus acrimonia ſua ferit, aut copia diſtendit. Hinc denique *odontalgia*, ſeu dentium, & maxillarum dolor, & variæ tum in os, tum *Odontalgia.* *in ſcapulas & brachia dolorifica fluxiones promanant* ex vaporibus frigiditate cerebri condenſatis, & in aquam reſolutis, qui tandem in ſubjectas illas corporis partes deſtillant. *Scapularum & brachiorum dolor.* Perinde ac terrarum expirationes in nubes concreſcentes mox diſſolvuntur in imbrem: haud ſecus ac vaporarii, aut alembici halitus in ſublime elevatus, denſatur in aquam. His itaque ſymptomatis, atque *his de cauſis affligitur caput*.

Nec ſuis caret malis *thorax*, ſeu *pectus*, parteſque reſpirationi dicatæ, *Morbi thoracis.* tantoque ipſo etiam cerebro præſtantiores, quippe ad vitæ uſum magis neceſſariæ. Reſpirationis enim fructu & opera, ne ad punctum quidem *Reſpirationis uſus.* temporis carere poſſe animal, quis neſcit? *Reſpiratio* namque fovendo ac rejiciendo, refocillandoq; vitali ſpiritui, qui in ſiniſtro cordis ventriculo generatur, eidemque temperando à

natura eſt inſtituta: ut nihil reſpiratione optabilius, nihil vivificum ſit magis. Huic itaque debetur laus prima vitæ, quandiu enim ſpirat animal, tandiu vivit. Hæc eſt illa vitæ officina, quam tam ſæviſſimis inſultibus oppugnatam videmus, nempe diſpnœâ difficilimam reddente reſpirationem, quam & febris lenta comitatur, & inſignis palpitatio cordis. Hæc pectoris ſymptomata ſunt, quorum cauſas antedictę methodi noſtrę memores, nunc paulò diligentiùs diducamus.

Cauſa interna. Dyſpnœa. *Dyſpnœâ*, δύσπνοια Græcis, nomen eſt generale, quod ſi etymologiam ſpectes, quemvis etiam affectum cum difficili reſpiratione complicatum, larga amplaque vocis uſurpatione, denotat. Ejuſmodi ſunt Aſthma, & orthopnœa, ſecundùm *Celſum* noſtrum. De qua multa paſſim *Galenus*, cujus plures conſtituit gradus ſpeciesque diverſas. Quarum etſi (de qua hic ſermo nobis eſt) diſpnœa minoris periculi eſſe videatur, quippe quæ ſegniùs nocendo, tardiùs ſuffocet: neutiquam tamen flocci facienda, eſt, ſed vel imprimis curam, diligentiamq; noſtram etiamque ſingularem deſiderat. Extat enim ſolemne illud dictum *Hippocr.* omni medico, ſi ſapiat: eximiè conſiderandum: *liberam, & facilem reſpirationem, in omni morbo acuto præſertim, maximum habere ad ſalutem momentum.* Hæc diſpnœa ſymptoma eſt in genere motus imminuti tãtùm, & debilitati: ut Aſthma & orthopnœa ſymptomata ſunt reſpirationi depravatæ, & ἄπνοια deperditæ. Symptoma iſtud morbum ſequitur organicum, *obſtructionem* nempe pulmonum, ſeu per ἰδιοπάθειαν, nempè proprio pulmonum affectu, ut ab *obſtructione* fiat, ſive per συμπάθειαν aliarum partium id accidat, à quibus tum diaphragma, tum ipſi pulmones, & gravari, & opprimi poſſunt. Cujus dyſpnœæ, *internæ cauſæ* ſunt, virium imbecillitas, vehemens in corde & pulmone calor, & viarum ſpiritus anguſtia ſeu obſtructio, ut prudenter dogmaticorum ille coryphæus *Gal.* annotavit. Spiritus ſiquidem calorque tutiſſimus, fidiſſimuſque vitæ janitor, intercluſus via, obſeptus humorum farctu, præpeditus tranſpirationis expirationiſque libera, vitæque illa tantopere expetita facultate agitat, commovet, ſed coactus, & quodam quaſi pondere oppreſſus, ecquin poſſit aliter? quàm impetu faciundo, ſi non vehementi, at qualiquali poſſit, cerebro ſuffracto, titubat, motitat, & non ſine patientis angore, iſtud quicquid eſt, reſpirationis labaſcentis molitur? Enim verò ſanè, ſat ſit in hoc noſtro ſubjecto caloris immoderarioris imbecillitatem, hoc eſt impeditam exercendæ, obeundæque actionis ordinariæ facultatem, pro cauſa dyſpnœæ adduxiſſe. At verò quod ad obſtructionem ſpectat, iſtud judicii mei eſto, cauſari potiùs à craſſo vapore, vel exhalatione quadam fuliginoſa halituoſave illa, ſed ſpiſſa, ſeu turbida potius, quàm ab humore quodam craſſo, glutinoſo adhærente, vel pulmonum bron-

bronchiis, aut fiſtulis impacto. Et ratio eſt in promptu: nulla nec tuſſis, nec purulenta expuitio, vel anhelatio rauca hanc noſtram infeſtat. Noti ſunt ſagacioribus ejuſmodi fumigantium exhalationum malignarum effectus: qui non debilem tantùm præbent reſpirationis motum, ſed quaſi penitus abolitum, ut abundè apparet in ſyncopes, & ſuffocationis matricis acceſſibus. Ecquid quæſo mirum? cor ſiquidem viſcus nobiliſſimum, impuram illam rabificamque auram nec trahit, nec verò trahere quit: quid fit? dura illa, & legis, & conditionis neſcia neceſſitas, interea urgens attrahere cogit invitum, & vel reluctans. Hinc frequens, crebra, adeoque vitæ ardua illa reſpiratio. Sic venis plerumque impuris ſuccis, ſangvineque corrupto turgentibus, videmus carnes contabeſcere: quia citiùs partes vitali ſuo balſamo, emphyto calore, & nectare illo cœleſti fraudari, urgens cogit tantiſper bene vivendi neceſſitas, quàm impurum ſangvinem, aut peſtilentem ſpiritum trahendo ſubtanti antagoniſtæ tyrannide miſerè vitam tranſigere. Et cogitur tamen miſera hoc, & jam ab aliquot annis querula occlamitante nobiliſſima noſtra adoleſcentula.

Cauſa externa. Internarum cauſarum hæc eſto ratio. Sed quid de *externis* dicemus, quæ eandem dyſpnœam creare poſſunt? Talis eſt vapor craſſus, uti dictum, isque metallicus prorſus, potiſſimum argenti vivi, quem penetrantiſſimum eſſe, & cuncta (ut liberè quod ſentio loquar) pervadentem, notius eſt exercitatioribus, quàm ut longa egeat demonſtrationum ſerie.

Nec vanè rationes ſubminiſtrat res, atque diſcurſum. Quippe edocti ſumus, nobiliſſimam noſtram cùm nondum decimum tertium annum ſuperaſſet, temerario, ideoque deteſtando, & pernicioſo cujuſdam vetulæ conſilio, laminam plumbeam argento vivo, ſeu mercurio abundè refertam, pectori appreſſam ſupra unius integræ diei ſpatium retinuiſſe. Ecquid non audet temeraria ignorantia? quid no ſubit ſpei plena (licet vana) bene vivendi neceſſitas? Nempe ſic fit medicina, ut agnoſcatur, ſcilicet ſi videatur experimenta feciſſe, per temeritates, per plagas, addam & ſi lubet cum *Plinio*, per mortes. Mirum verò: unicuique medicinam profitenti ſtatim credi, etiamque vetulæ ac alteri fortè Proſerpinæ, cum in nullo mendacio periculum ſit majus. Miſella hæc noſtra uberrimum hujus peperit exemplum Nam neſcio quo fato, ingenioſa alioqui, deteſtandum conſilium graviſſimis illis, & vel dictu gravioribus fuit tacta ſymptomatis, omniſque ejus diſpoſitio, & valendi conſuetudo, quæ priùs bona, nunc abiit certè in deplorandam, ſi non deploratam. Opportunè huc quadrat, quod *Gal.* alicubi refert de quodam, qui in cupreis laborans fornacib. in inſula Cypri, ab exhalationibus ſuffocatus fuit. Idem alibi meminit cujuſdam dyſpnœæ à refrigeratis nimiū præcordiis impoſito medicamento obortæ:

Cc 2 ut

ut non amplius reſtet nobis dubitandi occaſio, cur hoc idem acciderit in hac noſtra, cùm illud & occaſio, & cauſa ſufficiens, & rerum demonſtrator effectus abundè declaret. Nam licet externa tantùm videatur, valida tamen eſt, ac certè ejusmodi, ut & difficilem reſpirationem, & ſyncopen, atque cordis palpitationem, reliquaque ſymptomata ſuperius enarrata produxerit, & quaſi poſt ſe traxerit, ex cauſarum præternaturalium ſerie quadam, ſe mutuò conſequentium. Primum ſiquidem Mercurii ille vapor craſſus (quà tamen eſt mobili penetratione præditus) intro ſubiens, pulmonum ductus offarciebat: præterea maligna ſua qualitate in ſyncopen miſellam præcipitavit, adeoq; prius vegetam & ſanam, nunc reddidit ægram, nec ullam ferè facultatem probatam, & ſalubrem edentem. Non temerè itaque Arabes, imprimis *Rhaſis & Avicennas* inter alias difficilis reſpirationis *cauſas reſiccationem numerant*, à qua confidentes, & graviores facti pulmones thoraci officiunt, moleſtiamque movent, non morem gerunt: quæ reſiccatio ut plurimum contingit ab aura fumoque metallorum craſſo & venenato, à quo & pulmones tabeſcere, & cerebri, vel potius, ut cum *Ariſtotele* loquar, cordis vis motrix reſolvi, atque imminui poteſt.

Cauſa febris lentæ. Quod ſi *cauſam* rogites *febris lentæ*, palpitationisque cordis: ecce illam in promptu: nam difficilem reſpirationem communiter lenta quædam, & quaſi occulta, intusque delitеſcens febris comitari ſolet. Quippe à cauſis quæ ſyncopen pariunt, oppreſſir præcordiis, calor, qui intus agit, quod ſufficiat, cùm eventilari nequeat, intus coërcitus excandeſcit, quare & ſpiritus: unde ejusmodi febris.

Palpitatio quid ſit? *Palpitationem* quod attinet, quàm Græci vocant καρδίας παλμὸν, quæ *crebra, velox, vehemensque quadam eſt cordis* συστολὴ, καὶ διαστολὴ, ea non eſt operatio ſecundum naturam, & à *Galeno* affectio dicitur πάθος, *ſeu* πάθημα. Ipſum enim cor dum liberè diſtendi & conſtringi non poteſt, tremere, palpitareque ſentitur. Siquidem ad utrumque motum feſtinat, & neutrum benè peragit. Talis palpitatio in noſtra hac virgine perpetua ferè, quamvis interpolata quodammodò appareat, & periodica dici poſſit, quod accreſcat, & certis temporum intervallis multum intendatur: Remittit itaque palpitatio, non intermittit: nam per periodos quasdam exacerbatur, uti dictum: quod antequam eveniat, oſcitationes quædam, pandiculationesque, ceu præcuſores quidam ſeſe oſtentant: vires mox fatiſcunt & non mediocriter proſternuntur: caput quoque debilitatur, & corporis proſternationem minitatur: nec tamen cadit in ſyncopen totalem: nec ullus unquam motus inordinatus, præter jam dictos, in ea obſervatus.

Palpitationis cauſa. Periodicam hanc, inquam, *palpitationem* debilitatemque à fuliginoſis, malignis, & quodammodò venenatis vaporibus oriri ſtatuimus, qui

certis

certis temporibus magis, quàm aliis, ex partibus inferioribus nutritioni dicatis ſublevantur: nempe ex liene magna terreſtrium impuritatum colluvie farcto, ut dicetur poſtea: aut ex inteſtinis, & alvo perpetuò ferè in ea adſtricta: aut ex menſium retentione, quas nec ordine debito, nec copia legitima fluere in noſtra hac nobis conſtat. Hinc itaque ex diverſis locis, & quaſi corporis cloacis maligni vaporis ſublimati, cor tentant, ipſumque adeò cerebrum invadentes, vertigines, &c. motus quoſdam attonitos, mox totius corporis debilitatem adducunt. Cor verò fons & origo ſpirituum vitalium, & vas illud precioſum nectaris vitæ noſtræ, tetros iſtos halitus; & cum eo quaſi ex diametro pugnantes, diſcutere, atque repudiare tentans collectis viribus intentiùs movetur in ſe, ut expellat, quod noxium eſt. Unde palpitatio illa, aliàs vehementior, aliàs debilior, atque remiſſior: modò longior, modò brevior: nunc majore virium jactura, nunc minus vehementi proſtratione ſtipata, pro qualitatis vaporum pernicie funeſtiori, & tolerabiliori, & pro ejuſdem quantitatis magis minuſve excedentis ratione. NB. Nam *quemadmodum vaporoſæ ſubſtantiæ ab odorabilibus corporus fluentes, variè nos afficiunt*: (ſvaves enim adeò familiares homini exiſtunt, ut ſpiritus reſtaurent, & in nutrimentum convertantur: fœtidi è contrario, è rebus putrefactis exhalantes, ſpiritus inficiunt, atque nauſeam excitant) *ita aſſidua halituum in nobis generatio diverſimodè quoque nos afficit.* quippe è ſangvine optimo, laudato, nulloque ſuperfluo humore inquinato, placidi & utiles halitus cor ipſum ſpiritusque noſtros reficientes & foventes procreantur. Itemque ex halitibus ſuavibus (quos de nutrimento calor excitat) in cerebrum *Somnus placidus.* ſublatis, *placitus*, & quietus conciliatur *ſomnus*.

At ex *vaporibus fuliginoſis*, *Vapores fuliginoſ.* peruſtis ac retortidis fiunt è contrario ſomnia turbulenta, capitis dolores, vertigines, tinnituſque aurium, & ſimilia jam à nobis commemorata ſymptomata: ut & à corruptis, & virulentis vaporibus ſuſcitatis (ſeu ab aliqua materia impura in ventriculo, liene, utero, & aliis præcordiis congeſta, ſeu à putri vermium materie ſuborta) & per arterias ad cor tranſmiſſis, in ipſo corde illæ venenatæ prædictæ exhalationes, & lypotymias, & dyſpnœas, & palpitationes cordis commemoratas producunt. Et ſolent herclè ejuſmodi ſymptomata ſequi aut comitari menſium, hæmorrhoidumve ſuppreſſiones: *Melanch. hypor.* quemadmodum & melancholias hypochondriacas dictas & præ iſtis omnibus vel maximè etiam *cachexias*: id *Cachexia* quod pleriſque ferè filiabus pica laborantibus ſeu pallidis coloribus evenire videmus. Ut non mirum ſit, ſi eadem ipſa, huic noſtræ nobiliſſimæ juvenculæ acciderint. quæ ejus ætatis, & conſtitutionis adoleſcentulis, ut plurimum evenire conſueverunt.

Digitized by Google

Morbi infimi ventris.

Affectiones partiũ nutritioni dicatarum virgine, quæ ægrã torquebant.

Reſtat ut *de affectionibus partium nutritioni dicatarum* aliquid etiam dicamus. Eæ ſunt, imbecillitas, & dolor oris ventriculi, quem καρδιαλγίαν Græci nuncupant (vel à conſenſu, quem ſtomachi orificium habet cum corde, vel ſanè, quod ipſiuſmet cordis dolorem interdum mentiatur.) Item obſtructio hepatis & lienis menſtrua ex parte ſuppreſſa, inappetentia cibique faſtidium, crura per vices œdematoſa, pallor, & quædam quaſi livida faciei inflatio, hæc, inquam, ſanè omnia ſigna ſunt pathognomica, cachexiam, pravamque corporis habitudinem demonſtrantia; Pallidum colorem noſtri nuncupant. Affectus adoleſcentulis fœmineis apprimè familiaris, ut dictum eſt antea. Hujus cauſæ eſſe poſſunt & externæ, & internæ. Ad *externas* refero uſum, vel potius abuſum fructuum crudorum, acetariorum, oleraceorumque: intempeſtivum frigidæ potum, & ſimilis ejuſmodi inordinata vivendi ratio.

Cauſa externa.

Cauſa interna.

Internas dico, craſſos, tartareos, viſcidos atque terreſtres humores, qui hepatis, ſplenis, atque meſenterii vaſa, & ductus farcientes omnium naturalis œconomiæ bonitatem depravant, ordinem pervertunt, functiones, facultateſque alteratricem, concoctricem ipſamque adeò expultricem proſternunt, aut certè abundè vitiant. Hinc ex conſequenti, ſangvificatio depravata, denique cachexia prædictis ſymptomatis quaſi ſatellitibus ſtipata procedit. Hæc de affectuum & partium affectarum cauſis cauſarumque diagnoſi abundè propoſita mihi videntur. Tranſeamus ad *prognoſticum*, ut quid boni ſperari, quid mali poſſit metui, ea de re noſtrum conſtet judicium.

Prognoſt.

Dicam in genere: Symptomatum, & eorum quidem graviſſimorum, ad hæc partium offenſarum nobilitas morbum hunc complicatum reddunt, difficillimæque curationis: eoque id magis dico, quod plurium doctiſſimorum expertiſſimorumque medicorum conſilio (abſque tamen ſucceſſu aut effectu effatu digno) ſit uſa. Ad hæc ventriculus ejus tot medicamentorum importunitatibus fatigatus eſt atque proſtratus, ut vel dictu tantum medicamina faſtidiat abhorreatque. Nihilominus tamen, quia vel ſecundum *Celſum* ſpes licet dubia in medico ſemper laudabilior utiliorque quàm deſperatio certa: nobiſque res ſit cum ægra florentis ætatis, & quæ ſana ſuadentibus, nec nimis faſtidienda medicamenta, morigeram atque obtemperantem ſe ſit præbitura, auxilio divino confidentes, priſtinæ ſanitati perfectæ reſtitui poſſe, indubiè affirmare auſim. Quam ut conſequatur, nullis non precibus ad Deum factis, nec laboribus, aut induſtria, quam idem impertiat, fatigari, fidelem operam, omneſque ingenii conatus pollicemur, & re ipſa præſtabimus.

Curatio.

Ergo ut πρὸς τὸ δέον, ad id quod eſt opus, hoc eſt, θεραπείαν tandem accedamus, organa quibus nobiliſſimæ

noſtræ

Digitized by Google

noſtræ ægræ ſubveniendum, ex triplici fonte deſumi poſſunt: ex *diæta*, ſeu vivendi lege: ex *chirurgia*, ſeu manuali operatione: denique ex *pharmacia* ſeu legitima medicinarum adminiſtratione.

Diæta. *Diæta* ſeu vitæ conſuetudo legitima verſatur in ſex rebus, quas medici non naturales appellant, ritè adminiſtratis. Quoniam verò ægra noſtra in vivendi conſuetudine, & in plerisq; ſuis actionib. ſe moderatiſſimam præbere conſueverit, cumq; de vivendi ratione jam plus ſatis à nobis ſit edocta, magisq; etiam porrò, ſi ita videatur, quæ vitare, quæ itemamplecti debeat, & ſequi, ſimus docturi, idcirco minutius nunc ſingula penſitare, nobis non videtur conſultum.

Chirurgia. Similiter ſilentio præterimus remedia è *chirurgico fonte* deprompta, cum apud nos ſtet ſententia, ad eradicandam cachexiam, qua cum nobis erit propugnandum, plus conferre purgationes, quàm ſanguinis miſſiones. Ad hæc, nec cucurbitis, aut ventoſis maximopere fuerit opus, cum nulla defluxio impetuoſior in nobiliores partes decumbat: tantoque etiam minus ruptoriis ad revulſiones derivationesq; opus eſſe putamus. Si quid tamen inſtrumentorum chirurgicorum utilitatem aliquam adferre poſſe nobis videbitur, nos illud ἐν παρέργῳ quod ajunt, & debita occaſioue ac modo ad uſum transferre haud intermittemus. Hoc fortè ut velut obiter, & velut per tranſennam addam, venæ malleoli ſectione pro menſibus in legitimum ordinem redigendis præſtari poterit. Quod ſi quid fortè (ut eſt nulla calamitas diu ſola) novo mali genere aliquo fuerit conflictata: & tum quid facto ſit opus, conſilio non deſtituemur.

Pharmacia. Nihil itaque ſupereſt amplius, quam tertium curationis organum, nempe *pharmacia*, quæ conſiſtit in debita convenientique medicamentorum tam internorum, quam externorum adminiſtratione atque applicatione. Jam verò in tanto malorum concurſu ſymptomatumque diverſitate, quis tenendus modus, quæ ratio, quæ via incunda, ut ad ſcopum, ad quem intendimus, ſanitatem fœlicibus auſpiciis colligemus? Nimirum ita procedendum. Diverſæ indicationes curativæ nobis ſunt proponendæ: ſed ea lege atque omine, ut tendant omnes ad cauſarum tantorum ſymptomatum evulſionem: ſed qualem? Talem, inquam, quæ nec violenta, nec naturam jam plus juſto fatigatam omnino deſtruere ſit potis. Attamen ſufficiant ad eatundem quæ firmiùs infixa ſunt, & quaſi radices jam egerunt, eradicationem feſtiviſſimè moliendam.

Prima indicatio. *Primum* ergo quæ cruda ſunt indigeſtaque, digerenda diſcutiendaque: viſcida & craſſa attenuanda: compacta, & quaſi coagulata, liquefacienda atque diſſolvenda: hærentia atque impacta, incidenda, ſegreganda, extirpanda. Haud ſecus ac tartarum vinorum cadis ſive doliis

firmiùs

Digitized by Google

firmius adhærefcens, ita in hoc ſubjecto fœces humorales affixæ radicitus exturbandæ. Sed continuato opus eſt uſu, nec intermiſſioni hic locus, ut ritè ſufficienterq; materia digeratur, atq; ad expulſionem faciliorem præparetur. Craſſa namq; difficulter moventur, ex omnium rectè ſentientium medicorum dogmate. Concocta quinetiam medicari & movere, non cruda ſcripſit ſummus medicinæ dictator Hippocrates.

Secunda. *Secundo* per intervalla mirè, & abſq; ulla commotione purgandam ſuaſerim: humores quippe debitè præparati medicamento etiam familiariori cedent facilius, quin vel ſolius naturæ beneficio, aut certè levi artis adminiculo, hoſtiles, ſi qui reſtabunt, morborum ſymptomatumq; inſultus ſuperabimus.

Tertia. *Tertio* ac ultimò partes omnes animales, vitales, naturalesq; ſunt corroborandæ, firmandæq; ex potiſſimum quarum œconomiam vitiatam eſſe diximus: cujuſmodi ſunt, cor, ventriculus, lien, hepar, & de quo primo fuit ſermo, ipſum quoq; cerebrum. Interim non omittenda propria & ſpecifica antidota, quæ fuliginoſorum malignorumq; vaporum & qualitatum rabum refrænare, obtundere, atque emendare, vel etiam ſupprimere poſſint. Haud ſecus namque ac fermenti exigua quantitas totam paſtæ molem in ſuam naturam convertit, ita cauſarum malignarum vis, & qualitas ſymptomatum proterviam conſervare, & in inſultibus obfirmare poteſt.

Has omnes indicationes, intentionesq; curativas, qua fieri poterit cura, atq; prudentia, benignis, convenientibus interim ſpecificisque, remediis expediemus. Ea deniq; tam interna, quàm externa ita accommodabimus, atq; dirigemus, ut cauſas evellere, & morbos emendare, & ſymptomatum incurſum arcere pari efficacia, feliciateq; poſſint. Subinde vero temperamento & nobiliſſimæ adoleſcentulæ complexioni ſtudentes, tempore, loco, occaſione, arte denique, ac methodo ſingula ita aptabimus, ut & delicatæ eius naturæ, (ſive temperamentum ſpectes, ſive ætatem) &, quod inprimis ſtatuendum, ſtomacho jam proſtrato, & medicamentorum uſum prorſus faſtidienti conſulamus. Ita enim comparata eſſe videtur, ut ſi pluribus remediis, maximèque quæ in communi ſunt uſu, magis exerceatur, meruendum ſit, ne unà & ægram, & ægritudines tollamus: & quod proverbio dici ſolet, *Oleum perdamus & operam.* Huic incommodo ita præveniemus, ſi alterius formæ, & qualitatis medicamenta, quæ tamen ad eundem ſcopum collimenr proponamus, quæq; præparatione ſola, guſtu ſint gratiora, virtute efficaciora, & in minimia doſi exhiberi poſſint.

Nunc itaque ſerie quadam de ſingulis acturus, quid in principio, quid poſtea, quid deniq; in fine agendum, declaremus: *Quomodo in præſenti cura ſit procedendum.*

Curationis initium lubenter à clyſtere ordiremur, niſi certo nobis conſtaret, hos illam mirifice abhor-

abhorrere. Quapropter minorativi, & longarum præparationum loco, quæ attenuando, digerendo, incidendo, tergendo, ac viciſſim roborando, *julepis, apozematis, compoſitis ex radicibus herbis, ſeminibus, fructibus & floribus ſimplicium* perfici ſolent. Item vacuationum, quæ vel ſimplici aliqua infuſione, vel decoctione ſyrupiſve, & his vel ſimplicibus, vel longis & magiſtralibus dictis aliiſque *ex rhabarbaro, foliis ſennæ, agarico*, & his ſimilibus, vulgaribus præſtari poſſent: nos illa omnia prætermittentes ad gratiora ſelectioraque recurremus. Etſi verò jam dicta medicamenta præ cæteris ferè tutiora benignioraque habeantur, ita tamen virgo hæc noſtra ex diutino illorum uſu abhorret, ut vel mortem oppetere ultrò malit, quàm iis, aut talibus potionibus, alteriuſve vulgatæ formæ medicamentis ulteriùs moleſtari aut obrui. Igitur par eſt, inquam, ut nobiliſſimæ patienti noſtræ & morem geram, & nihilominus interim noſtris remediis illam neutiquam deſtitutam eſſe re ipſa, hoc eſt, arte atque induſtria noſtra comprobemus. Hoc fiet ſi dulciſſima, benigniſſima, gratiſſimaque nec vel odore vel guſtu nauſeam moventia delegerimus. Purgationi ſufficere arbitror, eam ipſam medicinam, qua jam ter ſatis feliciter eſt uſa, qua tamen & jucundè, & ſufficienter fuit purgata. Iſtud *remedium purgationis* communis loco accommodari poteſt, ita ut omnibus intentionibus requiſitis abunde ſufficiat. Paratur autem *ex eſſentia Aloes per balneum mar.* *calens, extracta cum aqua endiviæ, in qua illa tincturam rubini inſtar transfundit, fæceſque in fundo ut inutiles ſubſident.* Sic purum ab impuro ſeparatum, aquam ſeu liquorem tinctum in patella argentea, aut alembico exhalare permittimus, unde reſidet *aloes extractum conſiſtentia mellea, colore rutilo, inſtar rubini, atque perfectiſſimè dilutum, purificatumque.* Hæc *Aloes eſſentia* baſis eſt dictæ noſtræ medicinæ purgantis quam ſic paramus.

Vid. Pharm. Reſt.

℞. *Eſſentiæ aloes*, eo modo, quo jamdictum paratæ ℥ iiij. *Pilulæ catholicæ Quercetani.*

viol.rum ſucc florum.
Perſicorum
roſarum pallidarum
Cichorii
Bugloſſi
Calendulæ
primulæ veris ana ℥ iiij.

(Omnium debito tempore ac modo, hoc eſt longa digeſtione à terreſtri ſubſtantia, ſeu fæcali, artificioſa ſeparatione depuratorum, ut velut in ſyrupum ferè abeant, qui abſque ſaccaro, abſque melle diutiùs cæteris vulgaribus ſyrupis conſervari poſſunt: adhæc viribus longè ſuperiores)

Extract. rhabarbari
Sennæ ana ℥ ij ß.
Eſſentiæ Croci ℈ j ß.
Olei myrrhæ ℈ j.
Olei Caryophyll.
Cinnamom. ana guttas viij.

Cremoris tartari in tenuiſſimum atque adeò impalpabilem pulverem redacti quantum ſufficit ad prædictarum omnium eſſentiarum reliquiorum-

que inter ſe miſtorum proportionem, ut ex arte fiat maſſa pilularum.

Præſtans eſt hæc medicina, & verum catholicum: jucundè admodum purgat, nullas perturbationes movet, ſtomachumque firmat ac roborat, ita ut tutò etiam delicatiſſimæ naturæ, ac debiliſſimi ventriculi tum hominibus, tum mulieribus cujuſque ſexus, ac ætatis exhiberi poſſit.

Datur pilula unica, & ſola, quam cum ſpiritu vitrioli genuino omnium purgantium correctivo malaxamus, aut ab ipſo ſtatim principio dum paratur maſſa.

Nolui eximiam harum pilularum præparationem particulariùs deſcribere cum & in promptu nobis ſint ſemper in noſtrum, & amicorum uſum, & cum tempus nunc non ſit eas præparandi, & denique quod modus parandi eas, addiſcatur potiùs αὐτοψίᾳ & propria inſpectione quàm ex ſimplici & nuda deſcriptione, etſi vel curioſior ea ſit. Non leve quippe artificium eſt in depurgandis ritè ſuccis per digeſtiones, decoctiones ſeparationeſque, id quod ſolis tantùm artificibus & re non nomine talibus notum eſt, & manifeſtum. Cæteri qui hæc aut neſciunt, aut non curant, ideoque neſcire malunt, digni profectò ſunt, qui neſciant atque ob id tales laudes in curationibus (verius dixerim ægrorum tractationibus) reportent, quales pleroſque ſuperciliòſorum iſtorum reportare, notius eſt, quàm ut à me hoc loco ironico luſu prædicetur. Non vident nimirum, aut videre nolunt, in illa nobis propoſita præparatione artem imitari naturam, quæ & ipſa in omnibus, quæ ſub cœlo ſunt, quod craſſum, fœculentum, ingratum atque inutile eſt, propria conſuetaque digeſtione ſeparat. Sic vinum depuratum ſapidius, ſic panem fermentatum ſuaviorem, ſic cætera omnia ritè digeſta gratiora ſuavioraque eſſe vulgus novit: & nos, qui medici eſſe, aut haberi volumus iſta ignoremus aut ſcientes negligamus.

Porrò præparationis loco, juleporum, ac apozematum vice, ſuadeo, ut ſingulo manè *juſculum* hauriat *ex gallinarum, pullorum, cæterorumve volatilium, aut etiam arietina aut vitulina carne elicitum, quæ omnia farciri poſſunt capparibus, paſſulis Corinthiacis: in quo incoxerint radices dentis canis, aſparagi: Item herbæ acetoſæ, pimpinellæ, boraginis, bugloſſi cum tantillo hyſſopi, & thymi*: ſatis denique magna copia *florum calendulæ*: qui omni ferè tempore habentur recentes. *Juſculum*

Fugiantur *braſſicæ*, aut his ſimilia herbarum genera. Præterea amaræ, & *nauſeoſum guſtum creantes.*

Juſculo bene cocto, & carne cæteriſque ritè conſumptis, colatiſque addendus noſter *cremor ſeu cryſtallus tartari*, cujus deſcriptionem tradimus *in noſtra pharmacopœa dogmaticorum reſtituta.*

Hunc *cryſtallum* elicimus ex tartaro vini optimi per ſolam ebullitionem *Cryſtallum tartari.*

nem, qui, quod cryſtalli candorem, & luciditatem ſortiatur, tali à nobis appellatur nomine. Guſtu quidem eſt inſipido, ſed ſi drachmæ ſemis pondere juſculo permiſceatur, ſaporem ei conciliat acidum, atque gratiſſimum.

Excellens remedium ad purificandum ventriculum, ad expurgandum hepar, lienem, meſenterium à craſſis terreſtribus, & mucilaginoſis: vel ut verius loquar & exactius *à fœcibus tartareis, quæ ductibus obhærentes, viſcera prædicta obſtruunt atque offerciunt, adeoq; ſeminaria infinitorum propemodum morborum ingenerant.* Idem cryſtallum noſtrum inſigne diureticum eſt: *nam urinas feſtiviſſimè provocat, & doſi prædicta ſumptum, unam atq; alteram ſedem, præter conſuetum, benignè admodum excitat.*

Ejuſdem *cryſtalli* vice interdum prædicto juſculo ad majorem deterſionem addi poſſunt *ſalia abſynthii, artemiſiæ, meliſſæ ceterach cum aquis propriis extracta.* His ſalibus ritè paratis, communis ſalis loco condiri poſſunt juſcula. Ex quorum uſu continuato, bonus & ſalutaris effectus digeſtionis & roborationis viſcerum prædictorum, ipſiusque adeò nutricationis indubiè conſequetur. *Sal item extractum è cineribus. Corticum arantiorum, aut citriorum cum aquis ſuis propriis ad eoſdem uſus, eodemque modo adminiſtratum mirificè confert. Nam & cachexias potenter diluit, & pica laborantes virgines in integrum reſtituit.* Sed ac menſibus ciendis nobiliſſimæ huic virgini plurimum præſtabunt: maximè ſi eo, quo fluere, (licet imperfectè) ſolent tempore, aut paulò antè *aliquot guttulæ eſſentiæ croci* adiiciantur: poterunt quin etjam in eoſdemmet uſus hydromellitatum præparantia tum purgantia ex reb. convenientibus præparari. Hoc de præparantibus & purgantibus noſtrum judicium eſto. Deinceps ad roborantia ſpecifica tranſeundum. Scimus in uſu communi, nec ſine profectu, eſſe *tabellas conditas, opiatas, ſingula peculiari alicui viſceri deſtinata atque ex pulveribus cordialibus, corallis, margaritis præparatis, raſura eboris & ſimilibus itemq; ex confectionibus de hyacintho alkermes, trociſcis dialacca, de evpatorio, de Alchekengi. de rhabar. ac reliquis eius generis*, quibus uti dictum, non infœlici ſucceſſu ad infarctus prædictorũ viſcerum liberandos, eademque roboranda artificioſè concinnatis formulis vulgò medici utuntur. *Roborantia.*

At cum conſtet nobis ægram hanc talia & ejuſmodi planè abhorrere, alia deinceps ineunda eſt via, & ex gratiſſimis aliquid conficiendum, quod ei & morem gerat, & operam noſtram non ludat, ſed multum etiam adjuvet. Quare ſequentium tabellarum, nullo nauſeoſo guſtu præditarum uſum ſvadeo.

℞. *Eſſentia coralli, & margarit.* *ana* ℥j. *Tabella*
Ambra gryſiæ ℈j.
Limatura chalibis rite parata ℥iij.
Spodii ℥j.ß.
Flor. ſulphuris itidem legitimè & ex arte paratorum ℥ß.

Salis baccarum iuniperi.
Abſynthii &
Salviæ ana ℈j.
Conf. alkermes ʒij.
Saccari roſ. diſſol. in aqua cinna. q. ſ.

Ut fiat electuarium per tabellas pond. ʒj. extra ignem illinantur *cum oleo aniſi.* Aut ſi iſtud adverſetur, alio quodam liquore, vel *oleo* ipſi grato, ut *cinnamomi, fœniculi, aut aliquo ſimili.* Capiet tabellam unam ſingulo manè, quando aliis remediis ea die non utitur.

Tabellarum prædictarum loco ſequenti *aqua theriacali* interdum utetur: eſt n. *præſtans ſpecificum ad omnia ſuprapoſita ſymptomata: Roborat partes nobiles, cor præcipuè, quod cum aſſiduâ ferè palpitatione fatigetur,* imprimis tali eget auxilio.

Aqua theriacalis. Vide & in Pharm. reſtit.

R. *Rad. angel.*
Pœoniæ.
Caryophyllatæ.
Barbæ hirci.
Tormentillæ.
Petaſites.
Viſci querni ana ℥ij.
Santali citr.
Ligni aloes ana ℥ß.
Seminis cardui benedicti.
Acetoſ. citri. & cort. eiuſdem ana ℥j.
Baccar. iunip. ℥j. ß.
Epithim. flor. calend.
Anthos ana p. j.
Flor. viol.
Nymphea.
Borrag.
Bugl.
Cichor.
Roſ. rub. ana p. j. ß.
Vlmariæ m. j.

Macerentur in lib. iiij. hydromel. vel vini albi generoſi per iiij. dies ad ignem bal. mar. calid. dein exprimantur fortiter. Hinc expreſſioni adde

Theriac. Alex. ℥iiij.
Croci ʒj.
Cinnamomi.
Cariophil. ana ℥ij.
Spec. latif. Gal. vel Gabr.
Spec. diamarg. frigidi & diatorall. ana ʒij.

Macerentur denuò per duos treſve dies ad ignem baln. dein deſtillentur per cineres ad ſiccitatem, fiat *aqua theriacalis.*

Ut præſtantior, & efficacior fiat hæc noſtra aqua theriacalis, extrahendus eſt ſal ex fœcib. reſidentib. ea qua decet arte, atque cum aqua prædicta commiſcendus. Doſis eſt cochleare argenteum, media tantum parte repletum.

Eximia ſic evadit hæc aqua, & mirifica ad omnia prælibata ſymptomata, & ad omnes morbos, in quibus malignæ alicuius putrilaginis, aut venenatæ qualitatis vis, vel ſuſpicio emicat, & quamvis ad omnes ferè alios affectus ſimiles uſurpari poſſit: imprimis tamen cor reſpicit & partes reſpirationi dicatas, quemadmodum & cap, atq; cerebrum. His itaq; roboratio univerſalis perfici poteſt.

Nunc ſpeciatim partibus ad nutritionem facientibus proſpiciendum. Vinum noſtrum chalibeatum iſtud egregiè præſtabit. Tale etiam

adverto

Digitized by Google

adverto neotericos etiam quoſdam maximopere commendare id obſtructiones & cachexias, fœliciſſimiſque auſpiciis, & nos quoque utimur ad cachecticas, & pallidulas juvenculas reſtituendas. Sed debita opus eſt præparatione diſpenſatione. Nam temerè adeoque nimis confidenter video ferri limaturam ſimplicem injici, quæ profectò craſſa, dicam liberè, non medica ſed fabrilis eſt ejus præparatio, quæque non poſſit, non multum offendere ventriculum. Nihilominus tamen non deſunt, qui in tabulas concinnant, & opiatis immiſcent & exhibent, idq; aliquando cum fœlici ſucceſſu. Longè nobilior eſt *crocus* noſter martis debitè paratus; aut quod plus etiam in hoc negocio poteſt, ſal extractus ferre. Tutius, convenientius, feliciusque & in minori quantitate talia exhibentur iſtis malis oppreſſis. Deſcriptio *vini noſtri chalibeati* habetur in Pharm. Reſt.

Mira iſtud vinum præſtat in omnibus cachexiis, opilationibus hepatis, ſplenis, aliarumq; œconomia nutritiva partium: cit urinas, & menſtrua, prædictaque membra mirifice roborat.

Præter univerſalia prædicta roborantia recurrendum etiam ad particularia, & topica remedia, cujusmodi ſunt cucuphæ, ſacculi, ſcuta, epithemata, frontalia cerebro & cordi roborando adhiberi ſolita. Horum omnium loco unica fomentatione ventris inferioris, & utriusque hypochondrii, regionisque ſplenis, hepatis ac meſenterii ad infarctus diſſolvendos liberandosque mucilaginoſas impuritates eradicandas, quæ ferè ſunt reliquorum ſymptomatum ſeminaria. Uſus potiſſimum eſſe poteſt horis matutinis.

Fomentatio

R. *Cort. med. frax. & rad. ebuli ana* ℥iij.
Corticis cappar.
Thamariſci ana ℥j. ß.
Santali citrini.
Rad. cyperi.
Filicis
Polip.
Quern.
Eringii ana ℥ij.
Brion.
Alth. ana ℥j.
Evpat.
Ceter.
Chamad.
Chamæpyt.
Meliſs.
Menth.
Abſinth.
Pont. ana m. j.
Abrotani.
Praſii albi.
Sambuci ana m. ß.
Sem. carth. contuſi.
Baccar. iunip. ana ℥ij. ß.
Coriand. ℥vj.
Semin. alth.
Lini.
Cardui benedicti ana ℥j. ß.
Epith.
Spica nard.
Roſar. rub.
Flor. geniſtæ.
Sambuc.
Chamamel. ana p. ij.

Fiat omnium decoctio *in aqua chalibeata* q. ſ. adde ſub finem vini *albi odori* ℔. ij. *aceti roſ.* ℔. ß. cum filtris infuſis & expreſs. foveantur prædictæ partes manè.

Fomentatione peracta eadem ipſa hora exhiberi poteſt, modò juſculum cum cremore noſtro tartari & ſale abſynthij, modò vinum chalibeatum paulò antè deſcriptum. At ſexto quoque die ſuprà citatæ noſtræ pilulæ erunt exhibendæ, vel pulvis diaſennæ noſtræ deſcriptionis. His præparationibus, purgationibus & roborationibus, cùm internis, tùm externis ſatis longo tempore præcedendum eſſe ſuadeo. Sed continuato opus fuerit uſu, ut mali contumacia induſtriæ, ac artis natura adjuta, efficacius, atque radicitus extirpetur. Interim perpetuò quoque laudabili illa ſibi conſueta victus ratione utetur.

Hæc ſuut remedia ex vegetabilium familia deprompta: quibus nobiliſſima noſtra ægra, quod maximopere ſvademus, uti poteſt ac debet, modo & ratione dicta in ſuum bonum, hoc eſt, ad ſanitatem, & corporis vigorem recuperandum, quod unicè optamus, atque vovemus. Quod ſi fortè mali tanta ſit contumacia, (quod neutiquam futurum ſperamus) ut his artibus atque remediis domari, atq; evinci nequaquam poſſit: non ideò protinus ad thermas aut aquas metallicas Nivernenſes, Leodicenſes, aut alias ſimiles vitriolatas, alteriuſve qualitatis ablegandam noſtram ægram cenſuerim: (licet haud nos fugit hoc fieri ſolitum in morborum deploratiſſimorum declinationibus vel curationibus imperfectis, & qui nullis mediis perfectè emendari potuerunt) ſed potius ad eorundem metallorum artificioſam, atque debitam præparationem recurrendum exiſtimarim. In iis. n. vis & δύναμις eſt ſpecifica ad profligandos tales hoſtes, exturbandaq; ante dicta ſymptomata: atque omnibus & ſingulis intentionibus curativis appropriari, accommodarique poſſunt. Hæc genuina eſt veræ & legitimæ medicinæ τικμαρις: hic ille Herculeus tantis monſtris ſuperandis ſufficiens, denique ut uno dicam verbo, hoc opus, hic labor totius negocii. Quapropter inter purgantia ſpecifica metallica, aliaque quæ à ſummis artis magiſtris adinventa, multaque experientia comprobata ſunt, magnifacimus *terram ſanctam, aquam auream, & Panaceam*, de quibus tum expertus ille medicus *Martinus Rullandus* tum præſtantes alii medici mirifica prædicant in ſuis ſcriptis. Quæ remedia cum nobis nota eſſe credamus illuſtris genii atque ingenii, noſtræ patientis gratia lubens ipſemet præparabo, aut fidelis amanuenſis ope parari curabo. Horum tamen remediorum deſcriptiones trademus *in noſtra pharmacopœa ſpagyrica.*

Nec minus tamen probantur nobis *pilulæ noſtræ benedictæ*, ſic appel- *Pilulæ be-*
latæ propter perjucundam, & per- *nedictæ*
benignam, interim efficaciſſimam *Quercet.*
purgandi rationem: quarum baſis eſt Mer-

Mercurius ex prioribus metallis elicitus,& in eſſentiam redactus: vel arcanum tartari,& magiſterium vitrioli ſimul juncta atq; unita: *eximias enim virtutes, & pari jucunditate atq; efficacia purgantes obtinent: maximè ad extirpandas cachexias mitiſſime, ſi qua alia vacuationis genera,& per ventrē & per urinas naturam expurgantia, haud ſecus ac ab aliquib. aquis metallicis evenire videmus.* Ut: non temerè à doctis atq; expertis medicis, diuturnis morbis fracti ad eas ablegentur. His, inquā noſtris pręparationibus: præ iſtis tamen facilè primas conceſſerim, artificio nempe in iis, ſi in qua re alia, naturā ſuperante. Tantoq; magis quod eas & nobiſcum domi habere poſſimus,& omni tempore atq; occaſione ad uſum transferre.

Specifica roborantia. Roborans ſpecificum ad prædicta cordis ſymptomata efficax eſt: *eſſentia auri, extracta cum oleo juniperino*, ad cerebri robur *oleum argenti cum oleo ſalviæ elicitum: lac ſulphuris* pro pulmonibus: *aqua vitæ, eſſentia & tinctura corallorum, itemq; eſſentia, oleum & magiſterium perlarum: arcanum tartari*, pro hepatis & partium naturalium corroboratione: deniq; ad dolores ſedandos, ſpiritusque reficiendos *noſtrum laudanum*, quod ab inſigni virtute *Nepenthes* appellamus.

Hæc, inquam, ſola ſumma, vera atq; ſpecifica ſunt remedia, aut quæ noſtrum erit refugium, ſi antedictis votis atq; intentioni noſtræ ſuperiora nō ſatisfacient. Ad hæc dico, tanquam ad ſacram ancoram, extremumq; refugium, quæ extrema dicimus, non violentia, aut agendi importunitate, (cum his nihil ſit cordi atq; adeo vitæ benignius atq; familiarius) ſed excellentia & potiendi facultate. De hoc *Nepenthe noſtro, vide Pharm.*

Quibus remediis cura hæc peracta, atque nobilis illa virgo ſanitati reſtituta ſit, recenſet author, his verbis:

Parata ſunt *hydromelita cum radic. Enul. camp. Filic. Chin. & paſſulis Corinthiacis aromitazata Cinamomi modico* in cujus ſingulis doſibus aliquot liquot *guttulæ ſpiritus acidi vitrioli* inſpergebantur, in quo prius *corall. & perlas* diſſolvebam, hincque fiebant *potiones acidulæ*, ſuaviſſimi & gratiſſimi ſaporis. Quibus quidem potiuuculis non tantùm obſtructiones ſenſim tollebantur: ſed viſcera etiam intrinſeca ſimul & unà corroborabantur: hæcq; remedia prębarabam ad imitationem eorum, quæ à natura nobis ex fontibus mineralibus acidis præbentur, quales ſunt Spadenſes & Poguenſes, aquæ, utpote vitriolatæ & acidulæ. At quis reprehendet aut damnet ejusmodi medicamenta: cùm ad ſimilia, hoc eſt, ad ejusmodi vitriolatas aquas gravioribus & difficilioribus morbis conflictati, præſertim ab obſtructione quotidiè amandentur.

Obibant vices Apozematū vulgariū *prædicta hydromelita*, ſeu diuturna juſculorū ſumptio: quę juſcula fiebāt: cum *rad. graminis fœniculi, oxyl. acetoſæ, foliis pimpinell. borrag. floribus calendulæ, geniſtæ, cum pullo, capparibus, & uvis corinthiacis facto.* Lubens abſtinebam à Cichoraceis, aliiſq; amaris, faſtidium facientibus, etiamſi morbo congruerent,

rent, eò quòd ægra eiusmodi remedia abhorrebat. Pro ſale matino condiebantur ſale Cetherac, abſynth. vel meliſſæ, quæ viſcerum obſtructionibus expediendis movendisq; urinis & menſibus aptiſſima ſunt.

In eundem finem quandoq; indere iubebam pro ſingulis juſculis ʒ ß. cryſtallorum, vel cremoris tartari, qui cryſtalli præterquam quod *obſtructionibus pellendis ſunt apti*, ipſa juſcula grato acore perfundebant, ſuavioremq; guſtum aliquo quovis oxyſaccaro conciliabant.

Ad majorem craſſorum & tartareorum humorum attenuationem, antè hauſtum hydromelitis, ſumebat pilulam unam & alteram ex ſequenti maſſa, quam concinnabam cum gummi ammoniaco, in vino albo, vel aceto ſcillitico diſſoluto, additis ſalib. corallorum, abſynthio Chryſtallis tartari eſſentia aloës, mirrha, croco martis, cornu cervi præparato, & margaritis præparatis.

Ad deturbandam vel evacuandam ſentinam utebatur meis pilulis de Aloë, quarum deſcriptio habetur in prædicto meo Conſilio, quæ & temperiei ægræ, & cauſæ morbificæ exhauriendæ, aptiſſimæ erant. Hisq; utebatur ſexto quoque die.

VIII.

CONSILIUM.

Pro quodam Lue venerea inveterata moleſtato.

Syndrome *cauſarum, atque ſymptomatum: ad hæc ſigna diagnoſtica atque antecedentia, cujusmodi ſunt ulcera virulenta, atque cancroſa exorta in virga nonmulto poſt coitum cum fœmina imputa: itemque ulcera in palato & faucibus, quæ iam penè totam vulvam exederunt adeoque ad ipſum quoque os ſpongioſum naſi penetrarunt: præterea œconomia facultatum corporis, ſed naturalium potiſſimum, quas plurimum depravatas in hoc corpore, de quo nobis hoc loco habenda eſt conſultatio, cernimus, ſatis manifeſtè produnt hunc ægrum laborare lue venerea. Signa enim prædicta, tam pathognomica, quàm epigenomena, evidenter nobis oſtendunt naturam, & qualitatem mali, adeoq; inter eius morbi differentias, ſeu gradus, ſummum iam attigiſſe.*

Deſi-

Definitio,

Lues venerea affectus eſt contagioſus, tuberculis, ulceribus, maculis, cruciatibus & doloribus ſæviens, concubitu, aut alio impuro contactu ſuſcitatus. Quem morbum, atque ſymptomata omnia, licet jam multis remediis atque diætis vulgò dictis pro omnimoda eradicatione multi ſanare aggreſſi ſunt (ut guajaci decocto, frictionibus argenti vivi, ſeu mercurii) jam à biennio, ex quo æger primum tactus, atque infectus fuerat, nihilominus tamen ita ſemper, atque etiamnum denuò repullulat, ut altiùs ac firmiùs eum radices egiſſe certum ſit, quàm ut levi nunc & ordinaria illa regiminis ratione extirpari poſſit. Quapropter luem hanc in quarto gradu conſtitutam, ſeu quartam, poſtremam atque pernicioſiſſimam dicimus differentiam.

Differentiæ.

Conſtat. Conſtat enim & in cōfeſſo eſt apud medicos doctiores quatuor eſſe huj' inquinamenti venerei differentias.

I. Prima omnium leviſſima eſt atque mitiſſima, in qua ſolùm capitis, & barbæ pili decidunt; & ſignum, ſeu ratio potiùs eſt, quod hujus vis maligna in tenui aliquo vapore conſiſtit, cujus vehiculo ad ſumma corporis, ac pilorum uſque radices diffunditur. Hæc frequens eſt in Italia.

II. Secunda ſpecies deterior exiſtit qua univerſa cutis maculis pluribus lentiginum inſtar eſt referta, quæ maculæ modò rubræ, modo flavæ non extuberantes apparent: quā ſpeciem comitatur interdum gonorrhœa ipſa virulenta. Hæc in tenuiſſimo ſanguine venenatam qualitatem habet, neque graviora ulla ſequuntur ſymptomata.

Tertia ſpecies gravior eſt ac vera lues, in qua puſtulæ rubræ, ac flavæ, eæque ſiccæ apparent per univerſum corpus, maximè verò in fronte, temporibus, ac propè aures: nunc ulcera maligna, & circa pudenda & in ore ipſiſque faucibus, ut in hoc ſubjecto efflorefcunt. Hujus vis maligna jecur ipſum occupat, ac proinde ſanguinis humorumque maſſæ inquinata eſt, à quibus mox partes molles, atque carnoſæ inficiuntur. *III.*

Quarta ſpecies omnium pernicioſiſſima, funeſtiſſimaq; eſt, nempè cum ſolidæ partes, ut oſſa, vincula, membranæ & nervi infeſtantur: unde tophi, nodi, dolores & cruciatus, nocturni præſertim, infeſtiſſimi. Nam ſignum eſt mali ſemina jam altiùs ſubiiſſe, ac adeò firmas jam radices egiſſe, ut pulchros ejuſmodi fructus ad perfectam maturitatem produxerit, qui miſero huic patienti tam ſæva pariat ſymptomata. *IV.*

Cauſæ.

Ex quibus profectò ſatis apparet, contagioſorum morborum cauſas (atque adeò hujus, de quo modò nobis eſt ſermo) potiùs eſſe tenues, ſubtiles, atque ſpirituoſas, quàm craſſas materiales, & pituitoſas, ut nuperi quidam ſtatuere non ſunt veriti, licet

Digitized by Google

præter rationem. Nam cùm in ſpiritu eſſentiam ſuam collocaverint, adeoque ſpirituales ſint, ſpiritibus quoque facillimè communicantur inſinuanturque. Id quod etiamnum apertiùs patebit, ſi cauſas ejus externas, internaſque attentiùs perpenderimus, ac æſtimaverimus: in quibus major rectè ſentientium, ſapientumque medicorum pars conſentit.

Cauſæ externæ.

Quippe externa hujus mali cauſa, ex eorum opinione & ſententia, quæ à me comprobatur, eſt impurus concubitus, aut aliqua alia contagio ex ſudoribus, halitu, ſputis venenum morbi in aliud corpus inferens. Hæc externa cauſa ex ſpiritu maligno, aut quadam aura venenata ſuborta, cum ſpiritus noſtros, ſeu potiùs noſtrum ἔμφυτον & σύμφυτον, innatumque calorem, mannam noſtram cœleſtem, vivificam illam balſami humani radicem, inficere, & afficere videmus, non ſolùm hujuſce contagioſi morbi radices patefecit, ſed & ipſa tranſplantationis documenta ponit: cum ex impuro illo contactu, ab uno ſubjecto infecto, in aliud venenum tranſfundatur.

Cauſæ internæ.

Inter has cauſas cenſent omnes eſſe ſpiritus, atque humoris quendam tabum malignum, qui nobiles dein partes eo veneno inquinet, quæ maligna illa qualitate imbutæ, iſtud virus in corpoream molem inferentes, ſatis ſuperque declarant, ex ſpirituali eademque impura, & tabifica impreſſione, ſeu tinctura, aut aliqua alia maligna, & venenata qualitate balſamum illud radicale, vitale illud principium, & ſemen vivificum infectum eſſe: unde fructus illi venenati, commemorata nempe ſymptomata effloreſcunt. Quod vitale ſemen alioqui nobis (ut & rebus omnibus) eſſentiam vivendique facultatem præbet quodque mobilem, & momentaneam individuorum naturam ſtabili, & firma ſpecierum conſervatione ab interitu præſervat. Hic univerſam œconomiam corporis humani regit, moderatur atque gubernat; qui rector & gubernator Archeus nonnullis dicitur ab *Hipp.* φύσις ἀνθρώπων, faciens alimentorum attractiones, expulſiones, mixtiones, ſeparationes, concoctiones: qui dat, qui accipit, minora minoribus, majora majoribus adaptat, homogenea homogeneis, heterogeneis heterogenea, quantum in ſe eſt arcet, evincit, abigit, tum maximè, cùm purum, & ab omni labe mundum eſt vivificum id vitæ noſtræ principium. Interdum tamen adeò perniciosè inficitur vitale illud ſemen, ut propagatione in tertiam, & quartam generationem, conſerventur illarum impuritatum impreſſiones. Sic morbi contagioſi in hæreditarios degenerare poſſunt: qui morbi certa illa, atq; continua propagationum conſtantia, præſentè ſeminis ſui, hoc eſt, maligni vigorem oſtendunt.

Quod

Quod ſi dixerim hunc morbum, ut & plures alios, & radices, & ſemina habere, loquar cum ſummo noſtro dictatore *Hippocrate*, qui in libro de flatibus ſcripſit in hunc modum: morborum omnium modus unus eſt, nempe is, qui ex ſeminibus, & radicibus proficiſcitur. Sed iſta omnia nobis plus ſatis repræſentantur in hoc morbo, de quo nunc eſt quæſtio: cujus origo nobis ſufficienter oſtendit impuritatem, malignitatemque ſui ſeminis. Deinde progreſſus, dum totam corporis œconomiam penetrando, ipſa etiam præcipua, denique & ſolidiſſima membra occuparit, atque infecerit, ita ut nullis nec artibus, neque remediis, etiam propriis atque legitimis, quibus toto ferè antea&o biennio uſus eſt hic noſter æger, hactenus evinci, & extirpari potuerit. Hæ ſunt illæ radices, quæ tam firmiter inhærentes germina iſthæc, atque ſtolones ſibi ſimiles, hoc eſt, malignos atque venenatos proferunt, atque expullulant: cujusmodi ſunt ulcera faucium, ceteraque antedicta ſymptomata.

Quæſtiones perdifficiles. *Latiſſimum hercle hic ingreſſi ſumus campum, in quo de morbis contagioſis, & ſpeciatim de venereo contagio, de quo ſermo nunc eſt, diſcurrere licet, ut de qualitate eius veneni: cur infecta meretrices hoc maiori, atq; infeſtiori, alios minori, leviorique virulentia inficiant: cur item alii nulla ratione infecti prorſus impunè evadant: aut ſi vel aliqua ex parte aliquo contagio inquinentur, id tamen adeò ſit leve, ut facillima curatione promptè extirpetur. Tales, & alia multa elegantes atque utiles quæſtiones circa hunc affectum ſuboriri poſſunt, quæ vel curioſiorem indagationem mereantur.*

Sed conſultandum mihi hoc loco eſſe video, non docendum: & poſtulat conſultationis ratio contemplationis ſuccinctam atque expromptam brevitatem, adminiſtrandorum verò, exhibendorumque medicamentorũ rationem fidam, apertam, ſufficientem, hoc eſt indicationibus omnibus, quod ſatis ſit, reſpondentem. Quapropter prædictas dubitationes, nunc ſicco pede tranſimus; Dicam tamen, & tribus tantùm verbis, magnam prælibatarum difficultatum ſolutionem referendam eſſe ad inſignem vigorem exactamque nectaris vitæ noſtræ, vel balſami radicalis puritatem. *Solutio.* Hæc illa eſt interna, atque congenita antidotus, hic oppugnator eſt contagioſi illius tabi, ne primigenia ſua ſedes, atque fundamentum radicale inquinetur, occupeturque. Balſamus; inquam, vitæ, Hercules ille eſt, qui vel in principio ſtatim, primaque invaſione arcet, oppugnat, ejicit. Hoc eximiè patet in expulſibus illis venereis, quos, ſi cum Græcis loqui libeat, χοίρας κατὰ μετάστασιν haud ineptè dixeris. Bubonibus dico, venereis, quos natura, & inſitus ille vigor protrudit, artique viam oſtendit, ac modum, quo velit juvari, ac liberari: ut medico ſagaci nunc facilè ſit dijudicare attractionem, vel potiùs extractionem illius contagii venenati moliendam eſſe, ventoſis atque emplaſtris attractivis convenienti-

Digitized by Google

bus. Deinde ad materitatem redactum bubonem, diu adapertum eſſe tenendum: ut longo tempore omnis maligna lues exhalet, atque extillet: non neglectis interim evacuationibus univerſalibus antidotiſque propriis & ſpecificis.

Quare ut ad priora redeamus, iſtud volumus, ſtatuimus, & pro rato indubitatoque habemus, *ſubiectū, locum & quaſi portitorem* luis venereæ, eſſe *ſpiritum naturalem*, potiſſimum qui in ſangvinea maſſa conſiſtit. Hic quippè contactu illo impuro qui per copulam fit veneream, primum atq; primariò contaminatus, paulatim ſangvinem cui inhæret inficit, inquinat, quo cum in corpus diffuſus, ut alimenti vices ſubeat, pro nutrimento, quod natura appetit, tam pulchra fercula, ulcera, tophos, nodos, atque cruciatus immanes apponit. Atque eò uſque tandem progreditur, ut poſt ſangvinem hepar primùm, dein partes carnoſas, tum nervoſas, membranoſas, tandem etiam vincula partesſque ſolidas invadat, occupetque: uti jam dictum. Et quî poſſit aliter? nimirum alimento ſuo inhians natura cum eo, quod jam inquinatum eſt contagio, maſſa, inquam, ſangvinea contaminata, prædictos ſibi aſciſcit fructus.

Opportunè hîc adducere mihi videbor pulchram illam ſententiam noſtri Hippocratis: *Iiſdem nutrimur, quibus conſtamus*: cujus explicatio ex iis, quæ modò dixi haud intempeſtivè deſumi poteſt.

Eleg. *Elegans etiam hoc loco inſtitui poſſet diſquiſitio, ſi perquireremus, cur aliqua venena citius atque potius hos ſpiritus quàm illos inficiant: canis rabidi morſu infectus livor, quacunque tandem id fuerit parte, cerebri ſpiritus animales: viperarum & ſcorpionum vitales cordis: lepus marinus pectus atque pulmones: cantharides veſicam: luis deniq; venereæ labes naturales ſpiritus, ac potiſſimum hepar contaminet.*

R. Morbi venerei venenum, in ſpiritu naturali, & ſpeciatim in tota maſſa ſangvinis reſidet, cui primum & principaliter contagium impertit, quod omnino exactè ſciri atque intelligi à nobis oportet, ut eò fœlicius ad curam, ad quam nunc accingimur, perveniamus.

Prognoſtica.

Omittentes etiam hoc loco præter ordinem & morem noſtrum, ipſum prognoſticum, quod non poteſt eſſe, niſi dubium & judicii ſuſpecti. Etenim morbus inveteratus, magnitudo, & in iteratis etiam curationibus contumax magis atque ferocior redditus, nihil aliud quàm ſiniſtram conjecturā promittunt. Adferamus ſanè licet omnes ſcopos indicationesque curativas ad emendationem purificationemque ſangvinis, ad corroborationem & reſtaurationem facultatis naturalis, cujus œconomiam in hoc noſtro ægro planè perverſam novimus, ſed vereor, & vereor herclè, ne id fruſtra, conandum tamen aliquid, ne arte & artifice, aut etiam remediis hic noſter deſtitutus videatur.

Cura.

Cura.

Non temerè vulgò noſtri dicunt, ſudare luem aut puſtulas venereás (*ſuer les verolles.*) Eſt enim ſudor haud ſecus, ac urina, ſeroſior pars maſſæ ſangvineæ: quamvis ſudoris ſubſtantia multò ſit tenuior, quàm urinæ. Cum itaque naturam videamus in plurimis morbis, ac febribus potiſſimum continuis, & putridis, quæ ex corrupto ſangvine excitantur, magna ex parte moliri criſes ſalutares, malique ſolutionem per ſudores: hinc ars, vel potius ſagaces artifices naturam imitantes, etiam vi, ſudores provocarunt, ut ſangvis veneni luis venereæ labe infectus purificetur, malique immanitas atque ferocia dometur.

Remedia quibus illud præſtant hydrotica, diaphoretica, & ſudorifica vocarunt. Horum plurima extant genera diverſis malis accommodata: at communiſſima ſunt, *ſalſaparilla, chinæ radix, ſaſſafras*, quod à paucis annis innotuit, & luis venereæ ſpecificum, *lignum graiaci*, alias Indicum, quod ex India primum attulerunt Hiſpani. Atque utinam non mercem hanc indicam, deteſtandam, inquam, hanc luem, nunc (proh. dolor) toti ferè Europæ familiarem, nobis pro perlis orientalibus importaſſent. Noſtra etiam Gallia à profectione Regis CAROLI octavi Neapolim facta, cujus milites ibi cum Hiſpanis impuris converſati ſunt, in eorum reditu hoc contagio conſperſa fuit: nimirum ut florentiſſimum hoc regnum nullo careret malo, quo non ultimis iſtis temporibus affligeretur. Sed ad propoſitum.

Ab Indis itaque primum contagij venerei remedium atque antidotum noſtris Europæis innotuit. Eſtque Indis grajacum ſemper proprium certumque remedium: vel quod lues hæc (quam malè ab origine quidam Indicam dixerunt) non tanto, & tam firmas radices agente contagio infeſtet, ut apud nos fit: vel quod jam aſſveti ab eo minus patiantur: vel denique quod natura atque temperamento, quàm Europæi noſtri ſint fortiori. Nam, ut liberè fatear, quod res eſt, à nobis ſolum illud remedium inſufficiens eſt deprehenſum, fortè quod iſtud venenum tranſplantatione plus malignitatis atque contagii contraxerit. Quapropter ad ſufficientem tanti veneni expulſionem, jam *dictis ſudorificis opus fuit addi multas præparationes, evacuationes, atq; aliorum alexipharmacorum purgationes*: ad hæc, tam ſtrictam atq; *exactam vivendi regulam*, ut hujus mali cura, diætæ nomen generale, ſibi tanquam proprium apud vulgus aſciverit.

Porrò in remediorum atque regiminis *adminiſtratione*, ne voto ſuo fruſtrentur ægri, & remedia ſine ullo profectu notabili, (ſicut plurimum evenire videmus) adhibeantur, multa ſunt conſideranda. *Curatio & quid in ea conſiderandum ſit.*

Primum itaque hujus mali differentia, ſpecies, atque veneni qualitas perpedenda, num modò incipiat pullulare, an jam altiùs radices infixerit,

Digitized by Google

xerit. 2. Tum *Temperamentum* atq; *natura* ægri: 3. Deinde *tempus*, atque *ordo*, ſeu methodus, quàm ſequi debeat in remediorum uſu.

V. inveterata. Nam ut rem paulò ſpecialius attingamus: ſi ægrum infeſtet vel ſola aliqua inveterata vel incurabilis gonorrhœa, quàm comitetur ardor urinæ, ſitque verè venerea, hoc eſt, contagioſa, omnino tum ad ſpecificum eſt deveniendum.

In quo ſanè caſu diætæ atque hydroticorum uſus ſuſpectus eſt, quod & ſangvinem calefaciat, & urinas reddat acriores, ideoque luem jam præſentem nobis oſtendat. Tum igitur ad ſpecificum deveniendum eſt. Nam hydroticorum uſus cum diæta conſveta, ſangvinem, ut dictum, ardentiùs inflammant, ac proinde ſeroſitatem quæ eſt in materia urinæ, reddunt ardentiorem: ideoque malum augent potiùs quàm ſanant: ac proinde non ſunt admittenda, ac *Gonorrh.* tantò etiam minus, quod appareat ejuſmodi *gonorrhœam* inveteratam jam altiùs radices fixiſſe, quàm ut prædictis hydroticis tanto, & tam valenti hoſti, imparibus expugnari poſſint. Hæc ſecundo loco ſunt conſideranda. Tertio ſi fortè æger hepate ſit impenſè calido, ac ſicco, ipſumq; corpus extenuatum, ut non rarò obſervare ſolemus, in his profectò provocatio ſudoris non eſt tuta, & utilis, ſed potius noxia, ideoq; rejicienda, quod plus obſit, quàm proſit.

V. recens. Quod ſi verò lues hæc recens ſit admodum, & veneni vis conſiſtat tantum in vaporibus, & materie halituoſa, ſeu ſpirituali, tum ſanè ſudorificis facilius diſſolvi, atque exturbari poteſt, quod nondum hepar occuparit, aut firmius contagii baſim collocarit in partibus membranoſis, atque ſolidis: quodque nondum humori craſſo permixta, evaporationem, tranſſudationemque ſubeant facilius.

At verò, ſi æger, εὔσαρκος, hoc eſt bene carnoſus, & pingvis ſit, aut complexione molli, humida atque craſſa, tum guajaco ut ſufficienti remedio malum evinci, totaq; curatio ad votum abſolvi poteſt.

Methodus curandi.

Sed tempus præterea conſiderandum ordo item ac methodus, qua ſit utendum, aut incedendum, ſicut jam dictum eſt ſupra. Nullatenus enim probare poſſumus illas diætulas, quas in duodecim aut viginti tantum dies præſcribunt: quibus ægris, aut ipſi etiam morbo adulantes, humores commovendo, ac laceſſendo, luem potius exaſperant, ac irritant, quàm ſuperent, aut extirpent. Quin potius quinquaginta, aut etiam ſexaginta, vel ſi ita factu videatur opus, plurium dierum ſpacium, veris & legitimis diætis dicandum judicarim. Jam quod ordinem ſpectat, vel methodum, qua pleroſque uti comperio in adminiſtratione dicti hydrotici, quam levi quadam præparatione, hoc eſt purgatione, miſſioneque ſangvinis, ſi opus ſit, auſpicantur: mox ſudorifico propinato extra-

extraordinariè, & importunis ſtragulis ægrum cooperiunt, involvunt, & lateribus calefactis variis corporis partibus applicatis magna vi ſudores proliciunt: talem, inquam, ſudores provocandi rationem prorſus improbamus, quippe quæ & naturam violet: & ante debitas, atq; legitimas præparationes peractas, res crudas, atque indigeſtas expellere, contendunt, contra *Hippocratis* præſcriptum. Unde fit ut attenuati & ad extremam debilitatem redacti ægri, in media cura deficientes, eandem negligant, planeque deſiſtant, *quod ſe plus læſos, quàm adjutos intelligant.*

His itaque aliiſque incommodis prævifis, noſtrum eſt in ordinem, debitamque adminiſtrationis formam redigere uſum prædicti remedii, ut & huic ægro, (de quo modo agimus,) & cuivis alteri indigenti, cum majori honore medici, ſanitatis commodo, poſſit adminiſtrari, quàm fortè ante hac præſtitum fuit. Hocque faciemus nullo præſumptionis aut vanæ gloriolæ captandi ſtudio; ſed ut faciamus, quod pium circumſpectumque deceat medicum, proximique amantem. Quapropter dona, quæ Deus ſingulari ſua gratia nobis liberaliter in perveſtigandis naturæ ſecretis variiſque cum doctiſſimis expertiſſimiſque artis utriuſque Atlantibus Europæis, jam per triginta annos à nobis comprobata tandem proferamus, atque demus in publicum. Atque hoc non ut legem præſcribamus aliis, ſed ut cenſuræ atque judicio celeberrimorum artificum Aſclepiadæorum, quod candidè facimus, nos ſubjiciamus.

Ergo minorativi alicujus, ut *caſſiæ cum rhabarbaro, alteriuſve ſimilis loco*, quæ ad expurgandam primam corporis regionem, itemque *miſſionis ſanguinis* loco, quæ die ſequenti, minorativi, ſi plethora adſit, & venæ turgeant, inſtitui ſolet: præterea vulgarium illarum præparationum vice, quæ apozematis perficitur, paratis *ex decocto polipodii, ſeminis carthami radicum tormentillæ, acetoſæ, oxilapathi, barbæ hirci, graminis, aſparagi, herbarum cichorearum, bugloſſi, ſcabioſæ, agrimoniæ, lupuli, betonicæ, chamædrios, chamæpythios, & herbarum capillarium: ſeminum cardui benedicti, aniſi, citrii & corticis eiuſdem: florum geniſtæ, calendulæ, roriſmarini, ſtœchados, violarum, boraginis, bugloſſi, roſarum rubrarum*: in quo decocto diſſolvunt *ſyrupos conſervationis citrii, de limonibus, de ſucco acetoſæ, de pomis redolentibus hiſque ſimilibus*, ad præparationem, digeſtionem alterationemq; humoris maligni atq; peccantis accommodari ſolitis in ſex, ſeptem, octo, pluteſve dies. *Methodus vulgaris.*

Item loco purgationis, quæ fit ex infuſionibus *rhabarbari, ſennæ, agarici, adiectis etiam confectionibus, hamech, triphera Perſica, electuarii indi maioris, vel minoris, aliiſq; id genus medicamentis* craſſis atque viſcoſis, torridis atque malignis humoribus evacuandis deſtinatis.

Horum, inquam, omnium plurimorum

Digitized by Google

morum aliorum præparantium, atq; purgantium loco (quæ in communi ſunt uſu, quæq; non alia de cauſa improbamus, quàm quod à pleriſque mirum in modum faſtidiantur) nos una & ſimplici decoctione ſpecifica ex eodem guajaco parata, erimus contenti, quæ ægritudinem talem contagioſam, uti diximus, plus ſatis oppugnabit, & humores malignos eâdem opera præparabit, atq; purgabit: idque paulatim, nulla vi, nulla violenta commotione, ſed benignè, ſed lentè, & multo tempore, ſicut omnino opus eſſe judicio in morbo adeò contumaci, atque diuturno, & veneno, ſeu contagio jam materiæ craſſæ, ac retorridæ impreſſo. Nec fatigabitur eo remedii genere, nec ullam manifeſtam debilitatem incurret: ſed firmior potius reddetur de die in diem, partibus à maligna illa colluvie liberatis, medicamentique benigna facultate roboratis. Sic itaq; parandum cenſeo.

Decoctum Guajaci ſolutivum.

℞. *Raſura cordis ligni indici, & raſura cort. ejuſdem an.* ℥ iiij. *ſem. cardui bened.* ℥ j. ß. *ulmaria* m. j. *florum hyperici p. ij florum roriſmar p. iij. ſantali citrini* ℥ß. *aquarum fumaria lupuli an.* ℔ iiij. *macerentur per 24. horas ad ignem lentum: dein coquantur ad unius tertia conſumptionem. In colatura clarificata adde foliorum ſenna mundatorum* ℥ iij. *macerentur denuo ad ignem lentiſſimum per duos integros dies, tandem tranſcolentur per manicam Hippocratis, dulcorentur, & aromatizentur cum ſufficienti quantitate ſaccari, & cinnamomi.*

Capiat de hoc decocto ℥ iij. vel ℥ iiij. manè tribus horis ante prandium. Continuet hujus decocti uſum per quindecim vel viginti dies ad minimum. Primis quoq; diebus, ſi aliquot exhibere voles cochlearia, ut ℥ j. aut alteram de eadem decoctione, hora quarta veſpertina, non fuerit inconſultum: præſertim tum quando alvus fortè non ſatis ſit lubrica, atque aperta. Quod ſi tamen natura ſufficienter purgetur, ſufficiat conſueta potiuncula matutina. Eadem temporis progreſſu paulatim de die in diem poteſt imminui.

Hoc remedium continuatum eo, quo dictum eſt, tempore, optatum effectum producit, nec ullam moleſtiam ægro creat. Nec intermittet idcirco negociis ſuis domeſticis incumbere, aliiſque, ut propterea in lecto, ſtupha, vel conclavi, ipſum detineri minimè neceſſe ſit. Cum igitur prædicto decocto, quod præparationis ſimul, & purgationis vicem præbet per viginti dies fuerit uſus, ſine dubio magna humorum delinquentium pars evacuabitur. Tum reliqua pars etiam, quæ reſtare poteſt, digeſta atque attenuata, ut faciliùs, & commodiùs conſumi, atq; per exhalationem ſudorificam extirpari poſſit: tum utique hydrotici ſpecifici tempeſtivus erit uſus ergò.

℞. *Raſura ligni indici* ℥ vj. *ſalſa parilla* ℔ ß. *ſaſſaphras* ℥ iiij. *rad. petaſites cum. filicis, an.* ℥ ij. *cinnamomi caryophyl. an.* ℥ß. *Hydrot. Guajaci.*

mace-

Digitized by Google

macerentur per 24. horas in ℔ xij. hydromelitis ſimplic. Dein coquantur ad medietatis conſumptionem.

De colatura moderatè calida capiat ℥ vj. vel vij. manè hora quarta vel quinta matutina, atque mox ſuperdormiat, ſi poſſit, tectus plus ſolitò, ſudet, tergatur: caveat à frigore & vento, prandeat nona: cœnet verò ſexta. Antequam autem prædictam capiat potionem, prius deglutiat avellanæ majoris magnitudine de opiata ſequenti:

Opiata.

℞. *Conſerva florum cichor.*

Bugloſſi ana ℥j.

roriſmarin. ℥ ß.

Theriacæ Alexandrinæ ʒj. ß.

Confect. alkermes, & de hyacintho ana ʒij ß.

Diacorallii diatria ſant. diambra, & diamoſci dulcis ana ʒj.

Lapidis bezoardici ℈j.

Cornu cervi prapar.

Margar. prapar. ana ℈iiij. *cum ſyrupo conſ. citrii.* Fiat opiata qua utatur ut dictum eſt.

Quod ſi ſub finem prædictæ *decoctionis nodulum lineum cum* ℥ß. *mercurii ex cinnabari extracti*, atque calcinati, & rurſus in pulverem redacti per odorem *ſpiritus ſulphuris* immerſeris, mirabiliter ejus vires intendes, atque augebis. Eritque *ſpecificum hydroticum ad extirpandam ſanandamque luem veneream.*

Diata.

1. Alimenta. Quamdiu verò prædicto hydrotico utetur, neceſſe eſt, ut *diatam*, ſeu vivendi conſuetudinem exactiſſimam, ſtrictiſſimamque obſervet: comedet igitur *bis coctum* tantùm panem: *decoctum, propotu ordinario parabitur, ex ſalſaparilla, china, & ligno roſarum*, coctis in prædicta quantitate aquæ dulcorati, & ſuavius reddi poteſt *ſaccaro & cinnamomo*, ut palato ſapiat magis: quo uti poteſt, & intra paſtum & extra, omni hora.

Non comedat niſi unicum genus cibi, ut *pullos, vel pipiones, aſſatos potius, quàm elixatos.* Pro menſa ſecunda contentus erit *uvis damaſcenis, aut corinthiacis.*

2. Excretio. Quod ſi fortè accidat, ut tempore uſus prædicti hydrotici alvus ſit ſicca, aut aſtricta, remollienda erit clyſteribus ſæpè reiteratis, ſexto quoque die repurgandus erit cum levi aliquo pharmaco intermittendo ea die uſum hydrotici.

Hanc diætam, atque vivendi rationem ſtudioſè obſervabit per 25. aut 30, dies ad minus. Quam ut eò faciliùs, immò abſque ulla urgenti moleſtia ferri poſſit, nolim ipſum ad ſudores tanto rigore compelli, ſed via media tenenda, ut id quaſi impellente natura fiat. Tales enim ſudores longè eſſe utiliores, quàm qui arte fiunt cogente, potius eſt, quàm ut à me demonſtrari conveniat. Adhæc ſcopus, & præcipua curationis indicatio nequaquam ad illud tendere debet, ut naturam vi aut violentia compellamus per vehementes evacuationes, ut à multis fieri adverto. Neutiquam verò. Tales quippe morbi cauſam habent potius qualitate contagioſa ac venenata, quàm copia

Digitized by Google

peccantem: quapropter, nec tanto, aut tam effero vacuandi opus eſt modo, ceu quadam quaſi Tyrannide. Quin potiùs correctioni hîc eſto locus & malignitatem emendanti, ſeu, ut uno verbo dicam, antidoto ſpecificæ, quòd directè collimet ad malignæ qualitatis emendationem, expulſionemque.

Simile. Haud ſecus namque ac vaccam, aut bovem, & in univerſum jumenta æſtro, aſylo, horriſono quodam tabano percita, extemplo poſt ictum aculei intumeſcere videas, in quo veneni illati latitet tabus, quem haud facilè extirpes feliciùs, quàm ſi aculeum tollas infixum, vel manuali induſtria, aut appoſita quadam antidoto ſpecifica parti, in qua veneni vim deliteſcere intelligas: ita quoque planè in hoc contagio accidit: nec multis intrò ſumptis ſudorificis aut purgantibus pellitur vi, ſed prudentia, ſed induſtria, & ritè ad naturæ, & morbi convenientiam adminiſtratis remediis. Nam omnino ea eſt noſtra ſententia, ut naturæ motus, ac impetus diligenter obſervemus: perſpectos, atque cognitos ſequamur, atque juvemus: nequaquam verò eamus audentiores contrà.

Hydrotica ſunt quidem *diaphoretica*, *& ſudores movent*. Nihilominus tamen interdum fiunt *diuretica*, & naturã, per urinas malignos humores exturbare conantem, adjuvant: quam omni ſtudio imitari debemus, cum, ut jam antea dictum, putrida colluvies ſanguinis per urinas evacuari non rarò ſoleat, atque meliùs, & feliciùs interdum quàm per ſudores, quod diverſitati naturæ perſonarum tribuendum cenſeo.

Atqui hoc præcipuum eſt medici munus, ut naturam imitetur, ſequatur, & quantum ad ejus conſervationem roborationemque conferre poſſe intelliget, juvet etiam. Quod niſi fecerit, ineptè ſanè naturæ magiſtrum, (ſic ſolent nuperi quidam) & fruſtra miniſtrum ejuſdem ſe profitebitur.

Ecce, quæ in genere *pro luis venereæ curatione* nobis dicenda videbantur, in quantum guajaco præcipua medelæ dignitas ſit tribuenda: ex quibus tempeſtivus ac legitimus ejus, à quovis ſagaci ac circumſpecto medico facilè intelligi poteſt.

Jam verò non latet nos, magnos aliquos artis noſtræ Atlantes, ac perdoctum potiſſimùm illum noſtrum *Fernelium*, huic guajacino ligno omnem & ſolam vim alexipharmacã luis venereæ ſtatuere, aliiſq; omnib. præferre. Nec extollere tantùm præ aliis, ſed aliorum, ac inprimis hydrargyri uſum tanquam pernicioſiſſimum, ac noxium valdè damnare, atque repudiare. Non deſunt tamen alii viri doctiſſimi, atque expertiſſimi, qui contrarium ſentiunt, ac ſtatuunt argentum vivum verum eſſe hujus mali alexipharmacum. Hinc major medicorum atque chyrurgorum poſt uſum hydroticorum (quæ duntaxat leviter admodum, & ſuperficiariè adminiſtrãt, ſicut jam dictũ) ad hydrargyrum tanquam aſylum atq; extremum refugium quoddam recurrunt. *De hydrargyro.*

Horum

Horum equidem laudo conatus, primaſque in hoc morbo curando tribuo Mercurio, quem *Luis huius V.* præſertim inveteratæ unicum & verum aſylon atque alexipharmacum reputo. Suppeditat enim quibus præter ſalivationem cieri poſſint ſudores, urinæ ac inſenſiles tranſpirationes. Nempe omni medio tentandum eſt, ut veneni malignitas evincatur.

Nempe enim arbitrandum eſt, ſalivarem oris fluxum, hujus morbi eſſe ſolam criſim, ſed & urinas & ſudores copioſos, quos juxta diligenter continuatam Diætam promovere oportet, ita tamen ut nulla accedat violentia, ne magis à remediis quam à natura ipſa prolecti videantur. Ad quam rem certè prudenter medici aut chirurgi opus eſt, ut benè deligere norint, tempus dictarum criſium & ſolutionis morbi, cum ad vires ægrotantis, quas omni ſtudio conſervare debemus, ſit proſpiciendum.

Verum enim vero non convenit mihi cum ipſis, quantum ad præparationem & uſum. Nimirum

1. *Crudum adhibent in unguentis & Emplaſtris.*
2. *Eundem exhibent in pilulis.*
3. *Præcipitatum edulcoratum ſolummodo ſine ulteriore elaboratione propinant.*
4. *In oleum ſeu liquorem redactum plantis pedum ac palmis inungunt.*
5. *Idem oleum intrinſecus uſurpant, &c.*

At ego poſthabitis hiſce, mercurium ulterius elaboratum ſeligo, inter quas elaborationes non ultimas ſibi vendicant, quæ in mercurii hiſtoria titulo verarũ mercurium præparationum deſcribuntur.

Juxta Mercurium & Guajacum magni æſtimandum eſt. E quo vaſe clauſo deſtillando elicitur 1. Aqua & cum ea mercurialis liquor acidiuſculus, ſulphureaque i. e. oleaginoſa porio ſpirituoſior, quæ *potionem ſudoriferam ſimul & gratisſimam conſtituunt.*

2. *Liquor potui ordinario inſerviens.*
3. *Oleum fœtidum pro uſu alio reſervandum, vel ulceribus Luis V. applicandum.*
4. *Ex fecibus incineratis elixiviatur ſal, quod aqua illi prima additum, fortiorem eam reddit, & ad pellendum ſudorem promptiorem.*

Quinimo vim inſuper alvum leniter commovendi conciliat. Vide Phytolog.

Atque hæc ſunt præcipua medicamenta ex promptuario Chymico deprompta, quibus hoſtis ille iniquus & malignus domari ac deturbari poterit.

Digitized by Google

IX.

DE CALCULO RENUM ET VESICÆ.

IN *calculi* eſſentia perveſtiganda mirum quam varie ſe lancinarunt atque torſerint Dogmatici authores. Alii morbum dixerunt: alii ſymptoma. Nonnulli aptius & rectius cauſam dici efficaciſſimè contenderunt. Dicamus ergo, ſi lubet, ut placeamus omnibus, *Calculum* & morbi, & cauſæ, & ſymptomatis nomen ſibi merito uſurpare, diverſo reſpectu.

Morbum eſſe tradit *Galenus*, & poſt hunc acriter tanquam pro aris & focis peculiari à ſe edito libello, defendit *Fuchſius*. Et quidem morbum eſſe ajunt in numero, quatenus nimirum ſit ſubſtantia præter naturam in corpore noſtro. Sic illi philoſophantur. Quam rectè ſentiant, norunt, qui quid morbus ſit ex eorummet ſententia tenent.

Eſſe etiam *morbum* in via quidam Dogmatici tradunt. A calculo ſiquidem viam intercipi & obſtrui, quominus urina liberè vel per ureteres, vel per veſicæ cervicem defluat, aut excernatur. Quamvis hoc ipſo, ut liberè fatear quod res eſt, *cauſam* magis eſſe probent quàm *morbum*. Cauſam, inquam, non ſui. (Quis enim ita ſtatuat?) ſed obſtructionis, & impeditæ tranſcolationis urinæ. Dici etiam poteſt τῆς δυσουρίας σύμπτωμα: quod & in aliis plurimis evenire novimus.

Partes affectæ, ut & *morbus* ipſe, à ſignis facilè deprehenduntur: quorum præcipua ſunt, & ad ſenſum patientia, ſuppreſſio urinæ, nonnunquam urina ſubcruenta, ſedimenta arenoſa, ſtillicidium & tenſio crebra pudendi, ſi calculus ſit in veſica. At ſi ſit in renibus, circa illam regionem dolor apparebit fixus, per intervalla accedens & recedens cum gravitate: & plerumque vomitu, ac colicis doloribus, aut certè colicam paſſionem quàm proximè mentientibus, quæ ſunt ſigna calculi renum ex *Hippoc.* Maximè ſi in urinis arenulæ ſubſtiterint, quod utique ſignum eſt παθογνωμονικόν.

Diagnoſis

Lib. de affect. inte. & 6. Epid. ſ. 1. p. 6. cauſa cal. exter.

Cauſa hujus affectus, (ut & ar-

Cauſa.

thriti-

thritidis,) eſt prava victus ratio, nempe ciborum craſſorum, & crudorum, atque viſcidorum : utpote leguminum, caſei & cjuſmodi.

Hinc pueros ſæpiſſimè calculo etiam veſicæ laborare conſtat: primò ꝙ edaces ſint; à cibo ſtatim ludant & agitentur, proſilienteſque impetuoſius, calorem à ventriculo avellant, ut concoctrix ſufficere nequeat. Hinc cruditas, & materiei ad generationem calculi quædam quaſi διάθεσις καὶ παρασκευή. Deinde quia neque horas ſumendi cibum ordinatas, neque etjam eundem quem aſſumunt, ritè conterunt. Sed quæ inter internas, præcipua collocanda eſſe videtur, quod fructibus omnis generis etiam lapidoſis atque viſcoſis delectantur. Ex his ſanè ut in pueris calculi: ita in ſeneſcentibus & calculi & arthritidis cauſę antecedentes progigni poſſunt, & ſolent.

Antecedentes. Ex cruditate coacervata non multò poſt craſſa atque viſcoſa materia generatur, commiſceturq; ſangvini, & per venas emulgentes ad renes, in quibus calor ipſorummet renum (ut illi ajunt) hujus materiæ humorem, ſeu liquidiorem ſubſtantiam evaporat, ſiccat, & cogit in lapidem : Vel à renibus ſalſuginoſum illud naturale lixivium per ureteres ad veſicam defertur : Ubi retentum diutius, tanquam in vaſe convenienti, atque capaci, ac ceu in balneo quodam matis naturæ, illa materia purificatur fœceſque (beneficio hujus digeſtionis) in fundo vaſis relinquuntur : purior verò pars urinam, tanquam per inclinationem, ut vocant, ſeparatur. At ſedimentum illud craſſum in fundo prædicti vaſis naturæ relictum, in unum coiens, concretionis & coagulationis aut coagmentationis initium capit. Quicquid deinde viſcoſi, ſeu glutinoſi, ſimul in veſicam delabitur, priori maſſæ facillimè agglutinatur.

Cauſam ergo conjunctam calculi Dogmatici conſtituunt humorem quondam viſcidum craſſum, atque terreſtrem, cujusmodi eſt pituita. Hanc materialem faciunt.

Efficientem verò dicunt calorem, qui prædictum humorem craſſum cogat, induret, & in lapideam ſubſtantiam convertat.

Ex his duabus cauſis omnis calculi generationem derivant.

Hermetici *de calculi cauſis materiali* præſertim aliter ſentiunt. *De materiali,* inquam, hoc eſt ex qua, non in qua (quod morborum ſubjectum vocant in ſcholis) generetur & fiat calculus.

Etenim mehercle quem illi tam inſignem calorem renum in calculoſa ſenum conſtitutione reperiant, quos ut plurimum frigidiſſimæ naturæ eſſe conſtat, nondum adverto. *Coagulationem calculi non eſſe à calore, probatur.*

Arena multo antè cum urinis egeſta & in matulæ fundo ſubſidens, aut ſi vel pura & limpidiſſima illa videatur, diutius tamen ſubſiſtens & in tartaream materiam vaſi adhæreſcens, ſatis opinor potius convincit, non à craſſa aut viſcida tantum, ſed tartarea quadam materia à proprio ſale concreſcere atque in renum ca- *1. à ſenib. 2. Ab arenis in matula.*

3. à Mercurio vini. vitate condenſari. Haud ſecus ſanè atq; in vinorum cadis illud quod tartareum eſt, (in quo ſal vini præcipuè latet) convexę vaſis ſuperficiei adhæreſcere atque in lapidoſam ſubſtantiam concreſcere videmus.

Prolepſ. Quod ſi quid glutinis quoque cum urina interdum egeratur; nihil id mirum, cum iidem & vel multò, ſæpius per alvum magna copia muci rejiciatur, in qua tamen nunquam ſecundum Galenum, aut certè perrarò ſecundum quotidianam experientiam calculi generantur.

4. E fundamento adverſariorum. Et magni Athlantes illi non vident, cauſam generationis viſcidi illius humoris ſemet facere frigiditatē cruditatemq;, ut fruſtra nunc ſint, ſi à renum calore in calculum cogi opinentur, cum tantum calorem in renibus abſq; febre eſſe poſſe, non ſit rationis, qui calculum ex materia frigidiſſima concoquere & lapideſcere poſſit. Ceu verò fornax quidam eſſet, in quo gluten iſtud calcinetur.

Coagulationem eſſe ex principio interno coagulativo. Quinimo potius exiſtimandum, tartaream illam calculi materiam, ſine calore ullo extraneo, ſuapte natura vergere ad coagulationem & indurationem. *Sic* videmus in multis fontibus aquiſque frigidiſſimis ligna ipſa tandem lapideſcere. *Sic* in Avernia noſtra, rivulus, quem incolæ Tiretine nominant, ex propria ſpuma pontem ſibi lapideum conſtruit: ibi tamen nullus fervor nulluſque calor.

Sed ſit ita, adſit gluten, adjuvet calor, non habent tamen quod intendunt, materiam calculi eſſe ſimpliciter viſcidam ſed potius tartaream, arenoſam, quam viſciditas illa citius conglutinet, viſciditas inquam, non mucoſa tantum, ſed tartarea & ipſa ſalſuginoſa: qualem qui in corporis humani lixivio, (nempè in noſtra urina) ut & in reliquis omnibus ſaponariiſque lixiviis non deprehendit aut agnoſcit: quid urina, quidque lixivium ſit ignorat. Urina enim omneque lixivium, ſi diutius ſtent in vaſe tartarum proprium affigunt: Nullus ibi calor eximius niſi qui vel in urina vel in lixivio ineſt proprius. Sic videmus ſimili de cauſa ex eademque prorſus materia, calculos in veſicula fellis, in hepate, ſplene, cerebro, ventriculo, inteſtinis, articulis, denique in omnibus ferè corporis partibus etiam frigidis, generari, quod certè notius eſt, quam ut pluribus convincere nunc ſit opus.

Proceſſus ergo generationis ſecundum Hermeticos hic eſt: Serum tartarea materia gravidum cum in Renes pervenerit, vel veſicam, ulterius ſubinde digeſtum ſeponit terreſtrem illam materiam ſali immixtam. Separata ea coagulatur vi ſalis, paulatimque accedente nova materia accreſcit.

Et ſic ſemper major, ac major calculus, vel tartarum redditur.

Perinde ſc. ac tartarea materia ex vinis in doliis ſeparata, ejuſque ſuperficiei internæ, ſeu cavæ adhæreſcens: Primo anno in tenuem pelliculam tartaream, ac tandem temporis progreſſu in lapideam materiam atque tophaceam concreſcit.

Quin-

Digitized by Google

Quin & qua ratione tartarum fiat,non tantùm in vinorum cadis ex vino: ſed aliis quoq; rebus externis manifeſtè deprehendere licet. Videmuś namq; urinam, ſi diutius in matula remanſerit, lateribus & fundo adhæreſcere: ibique, ut in dolio vinum, in tartaream ſubſtantiam concreſcere. Ita ex omnibus ferè ſuccis, qui per aliquod tempus in vaſe ſubſiderint, tartaream illam materiam concreſcere,ut in cerviſia: citrio, defruto, ac omnium quoq; fructuum decoctis, vel ſuccis licèt depuratis. Iam verò ſi calor quoq; vel mediocris concurrat, non parum operatur ad condenſandum lapidem. Sed præcipuè ac primariò materiæ qualitas cruda, indigeſta ac vitriolata infernæ iſtius compactionis cauſa exiſtit. Sic ſanè videmus vina cruda,atq; ſubauſtera & immatura: qualia ferè ſunt Tigurina, multum tartareæ materiæ in doliis deponere. Unde fit ut incolæ ejus loci, calculo & arthritidi plurimum ſint obnoxii. At generoſa vina, qualia ſunt Hiſpanica, Cretica, Falernitana, & multa talia quæ nimirum & ſolum & Solem habent propitium: quæq; à natura magis digeſta ſunt, vel nihil, vel certè parum fœcum & tartari deponunt. Sed video nos latiùs diffundi in hoc diſputationis campo. Quod ideo fit, quoniam & materiæ dignitas, quam à nemine dogmaticorum hactenus ad vivum (ut liberè fatear quod ſentio) tactam novimus, id poſtulare videatur: & ut aliæ quoq; difficultates apprimè cognitu & explicatu neceſſariæ, ad verum intellectum morborum, qui ex tartarea materia originem trahunt, diſſolvantur, atq; pateſiant. Quod vix aliter fieri poteſt, niſi eandem materierum coagulationem exactè intelligamus, tantoq; minùs dextrè curam, hoc eſt, earummet reſolutionem veram tentare atq; moliri valeamus.

Curatio.

Sed his miſſis, rectà ad curationem me confero, maximè cum hæc omnia in noſtro de Arthritide conſilio fuſius jam à nobis explicata & comprobata ſint.

Duplex igitur inſtituenda eſt cura: 1. Prophylactica ſeu præſervativa, & 2. Therapevtica ſeu curativa.

Hæc cauſam conjunctam tollit, nempè calculum & arenas ſeu tartaream illam materiam quæ cruciatus Nephriticos excitat, in ſenſibili renum & ureterum cavitate, quæque ſtrangurias aliquando, aliaq; graviſſima ſymptomata inducit.

Illa cauſam antecedentem aufert, corpus nimirum à mucilaginoſa tartareaque materia expurgando aliaſque impuritates, ne generationi calculi deinceps ſit locus atque occaſio.

Utraque hæc curandi ratio, tribus perficitur inſtrumentis; nempè Diætetico, Pharmacevtico, atq; Chirurgico.

Ordinem ſuadeo à prophylaxi ſeu præſervatione, tanquam utiliſſimâ, nobiliſſima tutiſſimaque. Nam ut habet verſus:

Turpius

Digitized by Google

Turpius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes.

Nec parum herclè profecerimus dummodo recidivam tam execrandorum cruciatuum impediamus.

Diæta. Quod ut conſequamur, ante omnia neceſſarium eſt, ut quovis loco, quovis tempore, bona convenientiq; utatur victus ratione.

Hæc conſiſtit in legitima debitaq; adminiſtratione ſex rerum, quas medici non naturales appellant.

1. Caveat itaq; quantum fieri poterit, ne aëri turbido atq; nebuloſo ſeſe exponat: nec item radiis ſolaribus, aut crepuſculi humidis exhalationibus.

2. Exercitium ante cibum, horis præſertim matutinis apprimè confert: improbatur plurimum violentum, maximè quod ſtatim obitur à cibo. Nimio enim illo motu, cibus adhuc crudus aut certè ſemicoctus tantùm, intempeſtivè rapitur à venis meſaraicis ad hepar, ac inde in renes.

3. Abſtineat quantum poteſt à ſomno pomeridiano, quippe quod repleat caput, unde magnæ incommoditates in corpore oboriuntur.

4. Alvus ſemper ſit lubrica: quod ſi non ſit natura, ſaltem arte: in quam rem horis matutinis capiat juſcula, in quibus ſummitates violarum, malvæ, borraginis, bugloſſi, aliarumq; lenientium bullierint: aut horum loco decoctum prunorum. Idem prǽſtabunt interdū utiliter ſuppoſitoria atq; clyſteres emollientes.

5. Longè abſint triſtitia, ira, melancholia, cæteræq; animi perturbationes: item graviora negocia vel occupationes à cibo præſertim.

6. Porrò ſobrietatem ac temperantiam, cibi inquam, ac potus moderationem, ut aliàs ſemper, ita vel imprimis in calculoſo omni affectu, hocq; corporis ſtatu magnopere utilem eſſe conſtat apud omnes medicos: *Prandere* tamen perpetuò paulò liberiùs, parciùs verò cœnare præſtiterit. Bis enim tantùm in die cibum ſumi velim, idque ex juſtis intervallis quæ concoctioni ſufficiant. Famem tamen atque cruditatem vitandam cenſemus: illam tanquam omni ætati ſenili, & ſenilis proximæ, nocuam, & ne repentina fiat conſuetudinis mutatio, qua nihil magis ſuſpectum viris auliculis præſertim: hinc ne calculoſæ materiei præbeatur occaſio.

Alimenta itaque ſint boni ſucci & facilis coctionis, omnino varios & diverſi generis cibos evitet præſertim in uno eodemq; paſtu. Quod ſi cibo delectetur vario, ut delectatur, & antehac aſſuetus fuit, deinceps paulatim remittat: quamvis in ea ipſa varietate aliquam ſimilitudinem, & naturæ ὁμογένειαν obſervare non fuerit difficile neque inutile. Nam diſſimilia quæ ſunt, vel ſummo illo medicorum Hippocrate teſte, ſeditionem movent, dùm ex his alia citiùs, alia tardiùs & mitificantur & in corpus ipſum dividuntur.

Vitabit in genere omnis generis cibos crudos, vaporoſos aut flatuoſos,

ſos, viſcidos & craſſos: Animalium partes extremas: omnis generis acetaria, legumina, lacticina, ſed ante omnia caſeum & quæ à piſtoribus in furno parantur nec ritè fermentata ſunt: item frixa, piſces omnes, quibus tamen ſi uti velit (in quadrageſima diebusque aliis prohibitis) eligat ſaxatiles, & id moderatè rariuſque.

Utatur quin etiam tunc temporis aſtacis ſeu cancris fluvialibus, ovis ſorbilibus, atque etiam butyro: Butyrum enim prohibet generationem calculi, ſi manè præſertim ſumatur ante omnes alios cibos rationem expoſuimus alibi.

Potus. Aquas fugiat craſſas atque limoſas arenoſaſque tam in cibis quàm in potu. Præterea vina dulcia, craſſa, nigra, turbida & plurimis fœcibus tartareis referta. Talia quippe præ cæteris materiam ſuppeditant calculorum generationi: Quare eligat potiùs rubellum aut album oligophoron, benè maturatum, non famoſum, mediocriter aqua limpidiſſima temperatum. Panis ſit benè coctus & fermentatus. Hæc ſit Diætæ ſeu vivendi conſuetudinis ſumma, quam ſequetur qua poterit cura atq; diligentia.

2. *Pharmaceutica.*

Pharmacia. Secundum inſtrumentum prophylacticum eſt pharmacia, ex qua depromuntur remedia cùm interna tùm externa, ad præparationem, vacuationem, derivationemque cauſæ materialis vel antecedentis, & ad roborationem partium quæ id poſtulant. Et talia remedia certis temporibus atque locis ex arte parari atque convenienter adminiſtrari debent. *Indicationes.*

Suadeo itaq; ut ſingulo Vere atq; autumno purgetur præmiſſis priùs præparantibus. Tempore igitur dieque convenienti electo curationis initium ordietur à clyſtere anodyno & emollienti ad evacuationem inteſtinorum, quem capiet ſub veſperam paulò ante cœnam. Sequenti matutino accipiet bolum pro minerativo, talem. *Clyſter.*

Minerativum.

℞. *Caſſiæ rec. extractæ* ℥ j.
Rhab. j. pulv.
Diatrag frigid. ℈ j. miſce fiat bolus quem deglutiat cum ſyrup. violato. Quod ſi adſit plethora, & ea vel levis tantùm, poſtera die ſecetur vena hepatica cubiti dextri ad quantitatem ſanguinis convenientem. Sequentibus diebus utatur ſequenti apozemate:

Apozema digeſtiv.

℞. *polypod. quern.* ℥ j. ß.
Rad. gram.
Aſparagi
Fœniculi
Eringij
Raphani ana ℥ j.
Paſſul. mundatarum à vinaceis.
Liquirit. ana ʒ vj.
Iujubarum
Sebſt. ana p. iij.
Cichorii
Fumar.
Beton.
Lupul.
Pimpinell.
Capillarium omnium ana m. j.
Sem. alth.
Saxifrag.
Bardanæ an. ℥ ß.

by Google

Fructuum alkekengi num. vj.
Florum geniſtæ p. j.
Limonii medii ſegmenta cum ſuo cortice, cum pullo farcto uvis corinthiacis, atq; capparibus, juſcula fient pro quatuor matutinis. Quod ſi fuerit quadrageſima, parabuntur *cum butyro recenti: & ſalis communis vel marini vice,* condientur *ſale extracto ex cineribus reſtæ bovis,* eo modo quo dicetur: cum conſtet nobis tales præparationes in omnibus officinis non fieri. In eodemmet juſculo addes ſi velis vel ℥j. prædictorum *criſtall. tartari: vel guttulas aliquot aciditatis ſulphuris,* quo ſuavius & efficacius palato juſculum reddatur. Hæc, inquam, ſingulis noviluniis ſunt facienda. Reliquis verò temporibus ad purgandum ſtomachum à mucoſitatibus & viſcida ſeu materia tartarea, eundemq; una eademque opera roborandum, ſuadeo ut ſemel in ſeptimana etiam in hyeme capiat duas aut tres pilullas maſtichinas aut de hiera cum rhab. idque paulo ante prandium aut cœnam.

Pilul. de aloe Quer. *Pilulæ aloes* noſtræ deſcriptionis (cujus eſſentiam extrahimus cum aqua endiviæ in Baln. Mariæ) ſeparando terreſtrem atq; inutilem ejus fœcem, additis ſuccis depuratis *roſarum pallidarum, roſarum moſchatarum, florum quinetiam cichorii & bugloſſ. & eſſentiis, ſeu extractis rhab. ſennæ cum paucis guttis olei aniſi, pulveribus item maſtiches, myrrhæ & croci,* ut omnia in pilularum maſſam redigantur) longè præſtantiores ſunt ad hunc ſcopum quam omnia prædicta. *Nam benignè admodum purgant, & balſami alicuius loco ſunt ſtomacho atq; hepati.*

Vide in Arthrit. vel in Pharm. Reſt. Pilulas panchymagogas.

Doſis exigua pilula, magnitudine piſi, quæ mira præſtat pro evacuatione, & roboratione prædictarum partium.

Hæ pilulæ deſcriptæ *ſunt fuſius in noſtra pharmac.*

Roboratio Ad roborationem verò particularem ventriculi, plurimum confert pulvis digeſtiuus ſumendus poſt paſtus, ad quantitatem unius parvi cochlearis; ſtudio ad id parati.

Pulvis digeſtivus

℞. *Aniſi*
Fœniculi dulcis ana ℥iij.
Coriandr. præpar. cum ſucco cidoniorum ℥vj.
Salviæ exſiccatæ & in tenuiſſimum pulverem redactæ. ℈ij.
Coralli præp.
Margarit. præparatar. ana ℥ij.
Conſervæ è roſis ſiccis ℥j.
Cinnamomi ℈iiij.
Maſtiches ℈ij. ß.
Saccari roſ. tab. ad duplum omnium. Miſce: fiat pulvis quo utatur, ut dictum eſt.

Aut loco juſculorum quorum ſuprà mentionem fecimus, ſingulis menſibus ſumendorum, poſt levem aliquam purgationem, quæ ſemper præcedere debet, capiet parvum cochleare *de pulvere antinephritico* ſpecifico contra generationem calculi, hic pulvis quinetiam ad urinæ tarditatem & diſuriam confert. *Vide ph. reſt.*

Eo ſumpto ſuperbibat parum vini juniperati, vel aquæ nephrocatharticæ præſervativæ, cujus deſcriptio in Ph. reſt.

Digitized by Google

Hæc aqua etiam per ſe ſumpta craſſas materias incidit & attenuat: leniendo detergit renes, ureteres ipſamque veſicam, ab infarctu vel arenularum vel craſſorum humorum liberat, itemque præſervationi ut & curationi nephriticorum mirum in modum conducit: exhibentur huius aquæ ℥ij. *pro doſi per ſe, aut cum ſyrupo aliquo convenienti:* vel ex iiſdemmet commemoratis ſimplicibus, ejusdem parabuntur vina hydromellita, oxymellitaque antinephritica, qualia deſcripſimus *in pharmac. noſtra.* Uti poterit hiſce remediis duobus tribuſve matutinis continuis (poſt prædictas evacuationes) juſculorum loco. Atque hæc curæ prophylacticæ inſerviant ſive præcautioni.

Therapia.

Therapia. Doloru. Quod verò attinet ad *therapeuticam*: ea utemur tum cùm morbus & dolor nephriticus eminentiſſimum virum infeſtabunt.

In quo negocio clyſteres plurimum poſſunt & promptè proficiunt: *Clyſteres.* *clyſteres*, inquam, *convenientes & ex arte idoneo tempore adminiſtrati.* Vide Pharm. reſt.

Dolore urgente, utendum frequenter iteratis clyſteribus, additis decoctioni *ſeminibus carminativis* (ſi flatus adſint, ſicut ut plurimum accidit) *& baccis lauri atq; iuniperi, diſſolutaq;* ℥j. *bened. laxativa, elect. de baccis lauri: ultimis clyſterib' addes therebinth.* ℥ß. *cum vitello ovi diſſoluta, atq; tandem olei ſcorpionum compoſiti* ℥j.

Fotus. Si dolor infeſtet foveatur locus decocto clyſterum, poſtea ſequenti linimento inungatur:

℞. *Mucaginis ſ. althea. lini ana* ℥ij. *Linimentum.*
Axungiæ cuniculi ℥ij. ß.
Olei ſcorpionum & amygdal. amararum ana ℥j.
Croci ʒß *ſpermatis ceti & ceræ q. ſuff.* ad fingendum linimentum.

Quod ſi fortè dolores non remittant poſt injectiones trium aut quatuor clyſterum: antequam ad alia remedia quæ morbos radicitus evacuant deveniamus, repurgandum erit vel *cum bolo ex caſſia, vel ſyrupo magiſtrali*; ut ſuprà à nobis deſcripto, vel alio aliquo benigno medicamento. Nec dubitarim, etiam cum dolor immanis perſeverans excruciat, aliquot ſangvinis uncias extrahere primùm ex baſilica vel mediana brachij dolentis, poſtea ex vena malleoli, aut ſaphena pedis ejuſdemmet lateris: idque ad revulſionem, derivationem, inflammationiſque prohibitionem.

His remediis generalibus præmiſſis, ipſoq; morbo etiamnum perſeverante, ægrum collocabimus in ſemicupium paratum ex decocto ſimplicium prædictorum clyſterum. Sed antequam in eo conſtituatur clyſter injiciendus erit, & in eo per quadrantem horæ conſtituto exhibebis ſequentem potiunculam.

℞. *Olei amygdalarum dulcium rec. extracti* ℥ij. ß. *vel tres vini albi & aquæ nephrocathartica, vel betonicæ aut argentinæ an.* ℥j. *ſucci limonum* ʒß. miſce, fiat potio. *Potio.*

Quod ſi morbus adeò rebellis & contumax perſeveret, & prædictis

non

non cedat remediis, nihilominus ſæpè iterandus continuanduſque uſus præcedentium clyſterum. Præterea imperabis denuò balneum vel ſemicupium: tumq; ad ea deveniendum quę calculum in ureteribus retentum diſſolvant ac rumpant, unde intolerabilis ille cruciatus. In quam rem priſci varia remedia præſcripſerunt cum ſimplicia, tum compoſita ad lapidis attritionem expulſionemque.

Calculum rumpentia ſ. ſolventia. Inter ſimplicia ſunt *lapis lyncis, Iudaicus, lapis ſpongiarum, vitrum combuſtum, ſangvis hircinus præparatus* ſecundum Aetium aliaque plurima.

Inter compoſita primum locum tenent *elect. lithontrib. nephrocatharticum, & Iuſtium Nicolai, elect. de cineribus Clementis, de cicadis Manlii, de lepore combuſto Montani, compoſitiones novem Myrepſii calculum conterentes*, aliaque ſimilia priſco & noſtro ævo comprobata etiam à doctiſſimis, expertiſſimis & celeberrimis medicorum. At nos *ad ſuppreſſiones urinarum & comminutiones contractioneſque calculi* utimur non cineribus, ſed ſalibus benè purificatis, extractis ex cineribus convenientibus, ut reſtæ bovis & ex radice Buphtalmi, beronica, milio Solis, cortice fabarum, & ſimilibus quæ ſingularem effectum producunt in hoc caſu: quibus adnumerandum ſal extractum ex ovorum corticibus, ex oſſe ſepiæ, itemque ſal tartari dulcoratum cum ſpiritu vitrioli, vel liquore acido ſulphuris aliiſque ſimilibus ad quantitatem mediæ drachmæ exhibitis cum aqua raphani, cepæ, aut allii, vel cum aqua antinephritica curativa noſtræ deſcriptionis. *Vid. Pharm. reſt.*

At vera & genuina ad attritionem & expulſionem calculi ſpecifica ſunt, *eſſentia ſeu cryſtalli liquor: & oleum camphora cum proprio menſtruo paratum, & ad ℈ß. exhibitum cum vino albo aut unà ex aquis prædictis aliiſve convenientibus.* Hæc, inquam, extrema ſunt remedia, extremis his morbis adhibenda, aliiſque omnibus præferenda.

X.

DE ARTHRITIDE.

ARthritis ſeu morbus articularis à Latinis nomen obtinet à parte læſa, *Galeno authore.* Eſt enim *articulorum dolor* ex intervallis ferè invadens,

Cauſa. Medici *cauſas* hujus graviſſimi affectus dividunt in *externas*, *antecedentes* & *conjunctas*. *Externa.* *Cauſa externa* ſunt, equitatio aſſidua: ſed potiſſimum ea quæ pedibus fit pendulis, aut non firmiter ſtapedi innixis. Unde Scythis tradunt frequentem hunc morbum, quòd ſtapede equites careant. Item motus vehemens, præſertim ſi ſtatim fiat à cibo: Aſſiduus & immodicus craſſorum & crudorum ciborum, ut caſei, leguminum, & fructuum non rectè digeſtorum vel maturorum uſus. Vita genialis ocio gaudens, & palati deliciis. In ſumma *Arthritis* eſt Dea μισόπτωχος, odio trahens pauperes, quòd ſit Bacchi & Veneris filia, ut veteres Poëtæ finxerunt. *Hippocrates* etiam, eandem ob cauſam eunuchos, mulieres, & pueros ante uſum venereum podagra non affici dixit: Quod tamen intelligendum eſt, modò temperanter vivant. Nam Eunuchi alioquin Arthritide conflictari poſſunt, ut & mulieres. Atque hæc fuit cauſa cur *Seneca*, in quadam epiſtola, in eas invehitur, quod per luxum *Hippocratem* mendacem fecerunt. Non minima etiam cauſa eſt vini ingluvies continua, præſertim generoſioris & meracioris vini. Nam

Vt Venus enervat vires, ſic copia Bacchi
Et tentat greſſus, debilitatq; pedes: ut ait Poëta.

Iccirco Cleomenem Spartarum Regem cum Scythis agentem, & illorum crapulas imitantem in Leonem verſum fuiſſe, ac tandem tremulum, & planè podagricum ſenem exitiſſe tradunt.

Cauſa antecedentes. *Cauſæ* arthritidis *antecedentes*, ex eorummet medicorum ſententiis, ſunt humorum à capite, vel aliis partibus defluxio, & partis imbecillitas.

Nam citra illam (ut ajunt) haud evenire poteſt hęc paſſio. Etenim quæ nihil colligunt, aut ſuſcipiunt ſupervacui, eæ tempore in tuto manent, ut ait *Galenus* alicubi. Origo autem defluxionis eſt vel à capite, vel ab hepate. Omnes enim qui hiſce doloribus conflictari ſolent, ſunt hepate ut plurimum calidiore & frigidiore ventriculo, in quo variæ mucillaginoſæ impuritates atque cruditates procreantur. Ex cruditatibus à calore imbeciliore fiunt vapores, qui evecti in caput, ac proinde ipſo etiam cerebro magis ac magis intemperato reddito, moxq; vaporibus in humorem converſis, irruunt & deſtillant in ſubjectas imbecillaſq; corporis partes: ſed maximè in articulos propter motum atq; imbecillitatem eidemmet humori recipiendo aptiſſimos. *A cerebro* namq; inter tunicas tendonum per foramen pituita exudat, quæ per palatum aut nares repurgari debebat. Ab *hepate* verò, quando venæ magnæ, & ipſum hepar humorum copia gravatur: quam ſi continere vel non poſſunt: aut ſi qualitate quadam vitioſa moleſtentur, fit, ut vel à plenitudine, atq; venarum redundantia fiant refluxiones in articulos vel à recrementis aliarum partium, potiſſimum cerebri.

Per

Per quas vias defluxio deſcendat.

Per quas autem vias ejuſmodi defluxio deſcendat, non eadem eſt omnium medicorum celeberrimorum ſententia. Alii enim per venas & arterias decumbere ſtatuunt, cùm ſit defluxionis ſpecies talis, qua partes robuſtæ ad imbecilliores excrementa ſua tranſmittant. Alij verò à capite ſub cute materiam per ſumma corporis, ad extimas partes influere putant. Prioris ſententiæ *Galenus*, & ejus ſectatores: poſterioris *Fernelius* vir doctiſſimus author eſt, qui primò ſe eam introduxiſſe contendit. At quæcunque articuloſis contingunt, eorum circa articulos cauſa eſt imbecillitas. *Arthritici* enim *omnes articulos habent imbecilles*. Nam citra imbecillitatem non fit iſta paſſio, ut ipſi volunt: quoniam membra fortia, quod in ipſis abundat, ad infirma delegant: & hæc rurſus ad infirmiora tranſmittunt, donec in partem decumbât, quæ vim excretricem omnibus imbecilliorem obtineat, & proinde propellere aut digerere recrementum nequeat. Ex quo liquet idem fere evenire in partibus humani corporis: quod in Republica illa vitioſa, quam *Ariſtoteles* ὀλιγαρχίαν vocat, in qua ſcilicet qui plus poſſunt, minùs potentes opprimunt. Patet etiam qua ratione partes ſitu inferiores, omnium primæ, excrementitiis morbis corripiuntur, juxta *Celſi* ſententiam. Quoties enim offenſum eſt corpus, vitioſa pars maximè ſentit, hoc eſt, quæ magis eſt imbecillis. Eſt autem imbecillitas naturæ robori contraria, quæ vel ob δυσκρασίαν, vel propter meatuum ἀμετρίαν, eveniunt: membrum autem imbecillius facilè recipit defluxiones, vel ob raritatem, vel ob amplitudinem, aut capacitatem viarum, ut idem *Celſus*: vel propter ſitum ampliorem, ut vult Serapio.

Hæc eſt trita & vulgaris, de antecedente iſtius affectus cauſa, omnium medicorum opinio.

Arthritidis cauſa antecedens ex Fernelio.

Fernelius novam, & à prædicta diverſam ſuam ſententiam propugnaturus, contra *Galenum* acerrimè contendit, omnis arthritidis materiam eſſe pituitoſam omnino & ſeroſam: neq; ex aliis humoribus, ſanguine ſcilicet & utraque bile fieri. Addit inſuper, tenuem illum humorem, non è cerebro, & interiorib. ejus ventriculis, per ſpinalem medullam: ſed à pericranio, parte capitis externa, per ſumma corporis ſub cute deorſum decurrere, ut jam diximus.

Cauſa conjuncta.

Cauſa autem *conjuncta* eſt humor in articulis interceptus dolores illos excitans: ſive acrimonia ſua id præſtet, ut bile: ſive frigiditate, ut pituita: ſive aſperitate ex gypſea materia, ut vocant, ſive diſtenſione membranarum & ligamentorum: aut inflammatione: quod ab omnibus humoribus fieri poſſe contendunt.

Porrò quoniam dolores interdum ſuboriuntur abſque humorum præcedente aliqua defluxione: aſſeverant præſtantes medici, materiam illam in articulis colligi, non tantùm per affluxionem humorum ab aliis

ab aliis partibus: ſed & per ipſorum congeſtionem, malè ſcilicet concoquente parte.

Ius hereditarium inter cauſas arthritidis recenſetur.

Præter haſce omnes cauſas tam externas, quam internas, addunt & quartam, quæ quaſi *hereditario jure* iis accidit, qui patres, vel avos habuerũt arthriticos. Nam ſeminis ea eſt natura, ut tale quid actu efficere poſſit, quale id à quo eſt excretum. Sperma enim eſt ſecundùm complexionem generantis, ut loquitur *Avicenna*: unde genitale ſemen hominis abſtractum eſſe non temerè à Zenone Stoicorum principe dictum eſt, & tanquam animal potentia, quemadmodum ſulphur potentia eſt ignis.

Atq; hæ ſunt ex dogmaticorum medicorũ ſententia, omnes arthritidis cauſæ: à quib. ſuos ſcopos curativos, vel indicationes therapeuticas, quas vocant, deducunt. Ablata enim cauſa tollitur effectus, ut celebre illud habet axioma. Curationis igitur indicationem à cauſa deſumunt, ut eâ extirpata ipſum τὸ πάθος ceſſet citiùs, fœliciùs & tutiùs.

Et hæc eſt dogmaticorum medicorum doctrina, de cauſis Arthritidis perſpicua, ni fallor, brevitate à me collecta.

Hermetici de cauſis morborum,

Hermetici Philoſophi, quos & ſpagyricos & chymicos nominant, morborum cauſas eorundemque remedia non qualitatibus, ſed ſubſtantiis: non quatuor tantùm humoribus: ſed tribus illis hypoſtaticis principiis potiùs accepta ferenda cenſuerunt: ſali, inquam, liquori, quem *mercurium* vocant, & ſulphuri, ſeu ſubſtantiæ oleaginoſæ. Quæ tria principia ſive ſubſtantiæ reperiuntur in reſolutione mixtorum omnium corporum, ut alibi clariùs docuimus. Subſtantia ſalis, quæ reliquis duabus eſt craſſior, ſolidior, & denſiore corpore prædita, diverſa morborum genera produci ac inter alia arthritidem, & calculũ, &c.

Morbi ex ſubſtantia ſalis.

Ac primùm quidem in *cauſis externis*, atq; *antecedentibus* utcunq; conveniunt inter ſe *Dogmatici & Hermetici*.

Arthritidis cauſam conjunctam & ipſi quoq; eandem faciunt, nempe pituitoſam atq; terreſtrem: nimirum quia vident & in ea manifeſtè generari tophos atque calculos in juncturis: At moti immanitate doloris, quo miſerè torquere podagricos perſpexerunt, adjecerunt & pituitam ſalſam & bilioſam, ac æruginoſam quandam materiam torrefactam: aut ſimilem quandam acrem interim & mordicantem, à qua ejuſmodi cruciatus intolerabiles excitari ſtatuerunt, in membranis, tendonibus, ligamentis, cæteriſq; nervoſis juncturarum partibus, acerrimo ſenſu præditis.

Ergo conſentiunt utrique in eo, generari nempe, & reperiri in corpore noſtro humores craſſos atque terreſtres, quique ſint ſalſi, acres & mordicantes. At qua ratione generentur non conveniunt.

Ratio generationis arthritidis ſecundum Gal.

Galenus dogmaticorum coryphæus, humorem craſſum atque terrenum ut plurimùm dicit pituitam & melancholiam, quos ille humores aquæ comparat, atque terræ: Quæ duo elementa ſunt craſſiſſima. Ideo aliquando inter humores craſſos refert humorem quendam bilioſum, quem

quem vitellinum vocat. Cauſam verò craſſitudinis iſtorum humorum, tribuit frigiditati, à quo ejuſmodi pituita congeletur, coaguleturque, ut in glacie fieri videmus. Bilem verò contrà ait indurari ac torrefieri à calore vehementi diſſipante exhalanteque parte ejus liquidiori.

Hæque ſunt cauſæ conjunctæ, & rationes generationis calculi, atque arthritidis ſecundùm doctrinam Dogmaticorum.

Hermeticorum ſententia. At *Hermetici* his ſeſe opponunt, moti rationibus, quas docebimus poſtea. Sanè ſi utriuſque partis ſententiæ, & fundamenta ſine præjudicio, atque affectu æſtimarentur: utique conciliari poſſent: nec id abſque ingenti plurimorum ægrotantium commodo atque ſolatio. Non fruſtra hercle remedia quæras, aut adhibeas non bene cognita cauſa. Curationis ſiquidem initium eſt cognitio morbi. Hic non cognoſcitur niſi perſpecta priùs cauſa. Tum demum enim rem ſcire nos putamus, cum cauſam ejus cognoſcimus, quòd ita ſit. Nec aliter fieri poteſt, ut legimus apud Peripateticorum principem.

1. de Demonſt. Ergo ut ſpecifica & propria remedia ſciamus, intelligenda eſt morborum cauſa.

Sed age, audiamus nunc Hermeticos de cauſa conjuncta arthritidis. Hi ut ſupra quoque monuimus, cauſam morborum ex tribus illis principiis hypoſtaticis diducunt. Siquidem ergo Hermeticos in cauſa antecedente cum Dogmaticis convenire diximus utique affluentem humorem pro cauſa antecedente approbant. Sed qualem? talem qui in ſe contineat aliquid coagulabile atque dolorificum, adeoque ſalinum ac terreſtre. Nimirum hoc in podagra nodoſa vel ad oculum demonſtrari poteſt. Salſuginoſa enim ſubſtantia, quum ſemper admixtam habeat aliquam portionem terreſtrem (licet liquefactiva in ea prædominetur) in homine appellatur tartarum ob analogiam, quam cum tartaro vini tum quoad eſſentiam tum quoad modum ſeparandi obtinet, de quibus cauſis morborum: Ex ſeparatione illa Tartari (quia ſale is gravidus) mirum quot morborum genera, & ſpeciatim Arthritis & calculus, qui morbi, ut & ipſimet ſentiunt Dogmatici, frequentius iis ſuperveniunt, qui hepate ſunt calidiore atque ferventiore & per conſequens ventriculo frigidiore, quique multas ingenerant cruditates & mucoſitates, quæ non ritè coctæ atque digeſtæ conferuntur cum fructibus crudis, qui defectu maturationis debitæ & convenientis (quæ fit à calore contempetante omnia, coquente & dulcorante) remanent acidi, auſteri, acres, acerbi atque crudi. Hi ſanè permixti cum ſanguine ac de integro coquuntur à calore naturali, fitque ſeparatio partis crudioris atque tartareæ, quæ poſtmodum

& vi-

Digitized by Google

& viſceribus ob hæreſcit, variasque cauſans obſtructiones, in articulos protruditur atque decumbit: Natura quippe cujusvis corporis partis gaudet ſuo ſimili: partes carnoſæ portione ſangvinis magis liquidiore & mercuriali veſcuntur; adipoſæ & medulloſæ ea portione ſangvinis delectantur, quæ magis eſt oleaginoſa ſeu ſulphurea.

At quum articulorum partes ſuapte natura glutinoſæ ſint, glutinoſum etiam & per conſequens ſal ſuginoſum & tartarum poſcunt. Quæ partes in quibusdam naturis, cum vel ob imbecillitatem vel ob diſpoſitionem innatam, ſeu hæreditariam, vel ob ſimilem aliam cauſam, crudam & indigeſtam illam materiam, propria & particulari digeſtione, digerere aut expellere non poſſint, fit ut illa materia de natura ſalſa & viſcida coagulatur, & articulorum ligamenta, partesque alias ſenſiles offerciat, atq; tandem excruciet.

Hæc eſt vera atq; ex veris, hoc eſt, naturæ fontibus dolorum atq; typhorum arthritidis cauſa coniuncta atque proxima.

Differentia. Diverſitas itaque tartari aut ſalis contenti in ipſis juncturis arthritidis, atque dolorum etiam differentias facit, de qua diverſitate vide alibi. Hinc alii immaniſſimis doloribus torquentur; alii tolerabilibus: alii minimis: alii nullis. Ratio eſt, quia ſal alius alio eſt acrior, ac mordicantior: alius amarior, alius mitior: alius fatuus prorſus atque inſipidus.

N. Quod *de ſale* dico, intelligendum eſt *de tartaro ſeu ſale in tartaro comprehenſo.* Nam quando tartarum dico, ſub eo ſalem comprehendo, & non contra.

Actio autem & *doloris cauſa* proxima, eſt ſalis acrimonia, aut alia aliqua qualitas, articulorum partibus ſenſibilibus noxia atque infeſta: niſi fortè tartarea materia, eouſque excreverit, ut vel aſperitate, vel tenſione, aliave aliqua de cauſa, à duritie & copia proficiſci ſolita dolores moveat. Tartarum ergo congeſtum atque contentum in juncturis, cauſa eſt proxima atque immediata arthritidis. Fiunt autem dolores arthritici communiter, vernis & autumnalibus temporibus, uti ſummus *Hippocrates* ſcribit. Quippe iis temporibus terra calore Solis vivifico excitata, ſinum ſuum aperit fœcundum, ut balſamicos ſpiritus ſuos per naturalem ſublimationem, plantis omnibus communicet, eaſque ſemiſepultas & veluti mortuas vivificet vegetetque ut revireſcant, atque ſuos fructus ubertimos proferant. Tunc etiam res omnes, quæ in ea degunt, commoventur. Imò ipſa etiam vina, licet dilutiſſima & limpidiſſima turbari ſolent. Ita & ſangvis & humores & ſpiritus corporis noſtri. Unde fit, ut in vere crebrioribus ſimus obnoxii defluxionibus: quæ cum in arthriticis ut plurimum à ſeroſis humoribus (quod unus *Fernelius* obſervavit) nempe à ſalſuginoſo humorum lixivio fiant, atque in arthriticorum juncturas jam per ſe imbecillas facilius incumbant: cauſam conjunctam

Digitized by Google

ſeu materiam tartaream vel augent, vel interdum ingenerant: aut jam generatam diſſolvunt, unde dolores ingeminantur. Haud ſecus enim ac calci affuſa aqua, à qua ſal calcis diſſolvitur, & fit ardens quædam ebullitio. Ita analogia quadam & in juncturis fieri exiſtimandum eſt. Defluxio itaque cauſa eſt quidem arthritidis, ſed non proxima & immediata, ſed accidentaria, quam *Plato*, ſine qua non, appellat. Nam materia illa quæ in juncturis continetur, aliquandiu otioſa manet, & non tam promptè dolores ſemper excitaret, niſi nova quædam accederet defluxio, quæ eam commoveret. Quemadmodum item jam aquæ copia, fuſa calce atque diluta, paulo poſt ceſſat calor: & aqua rurſus exhalata vel conſumpta denuò induratur: ita fit in quibuſdam arthriticis inſultibus. Nam dum fluit materia in articulum, ſummus eſt dolor, utpote defluxione, perfuſa calce tartari, & incenſa: qua jam fluxa, & parte propter copiam humoris, dolorisque vehementiam in tumorem elevata, paulatim ceſſat dolor. Tum ſenſim evaporatur humiditas, vel à calore partis, vel à remediorum impoſitione: à quibus materia tartarea vel mitigatur, vel reſolvitur & diſſipatur. Quod quàm rectè fiat à multis, dicetur in curatione.

Objectio. *At*, inquiet aliquis, *videmus interdum podagricos dolores infeſtare, etiamſi nulla adſunt defluxionis indicia.*

Solutio. Cui ita reſpondendum, hoc fieri tum, quando materia jam digeſta à natura, certis temporibus ſuos quaſi fructus parit & profert: hoc eſt, ſuas evaporationes ſpiritales nitroſas, vitriolatas, aluminoſas, aut ejuſmodi alias, quæ acres atque pungentes (quales ſunt ſpiritus ſalium aquæ fortis) tendones, ligamenta, cæteraſque articulorum partes ſenſibiles pungunt atque corrodunt, unde acerrimi illi dolores, quos vulgò putant à maligna quadam qualitate proficiſci: ut non deſint, qui & malignam podagrā ſtatuerint, quam tamen vix aliam puto, ſi non ſint luis venereæ quædam reliquia. Nam manifeſtus alioqui vapor eſt à materia excitatus, quæ per viam congeſtionis (ut loquuntur, & de qua ſuprà aliquid dictum) in parte fuit accumulata, quam digerere neſciens, ipſa interim exaltata fit, ut & vires exerat, & ſymptomata *podagrica producat.*

Ius hereditarium quid ſit. Reſtat aliquid dicendum de illa cauſa antecedente, quæ acquiritur ceu jure quodam hereditario: quod jus nihil eſt aliud quàm διάθεσις, ſeu vis quædam ſeminalis impreſſa ſemini, quod parentes contribuunt ad generationem liberorum: vel, ut cum Hermeticis loquar, eſt impreſſio quædam tincturæ fixæ arthritidis in ipſo ſemine, quod ideo ſuo tempore eoſdem producit fructus, quales fuerunt in cauſa, ſeu typo generante, nempe alterutrius vel utriuſq; parentis. Nam, ne mireris, & à matre hereditario quodam jure deſcendit podagra, ut liberi non tam bonorum quàm malorum interdum fiant heredes: eo quod fœminæ, ut & maris ſemen

ſemen de natura ſalis participet. Sal enim ſolus & minus ex tribus principiis hypoſtaticis eſt fixus atque firmus.

Diſpoſitio ergo illa nihil eſt aliud quam impuritas ſalis hypoſtatici, habens propenſionem ad emergendum, atque arthritidem ſuo tempore, producendum. *De qua alibi.*

Quæſtio hic moveri poſſet, *qui fiat quod Parentes arthritici nonnunquam procreent liberos ſanos nec arthritidi obnoxios?* verum cum reſponſio ex iis quæ in tranſplantationis doctrina dicta ſunt, ſatis liqueat, eò lectorem remittimus.

Et hæc dicta ſint in generi de natura atque eſſentia prædictorum morborum magnam inter ſe affinitatem habentium. *De arthritide* inquam atque *calculo.*

Nunc rectè tramite ad *curationem* accedamus ac ceu in tabula per πιναγραφίαν quandam proponamus omnes intentiones curativas: tam Dogmaticorum quam Hermeticorum, atque oſtendamus; in quo differant & in quo conveniant; mox utrorumque Ἰδιμερως, διαγνωστικὸν poſiturus, primum remedia Dogmaticorum, tam generalia quam particularia, & tam interna, quàm externa exponam. Subjiciam deinde quæ ſint ſpecifica eorum remedia, eorumque uſum & adminiſtrationem præter vulgi morem docebo.

Non agam hoc loco de cura calculi niſi in genere: licet de cauſis abunde diſcurrerim. Illud enim factum à me, uti dictum, propter magnam utriuſque morbi affinitatem. Tradam itaque hoc loco potiſſimum *curam arthritidis, calculi curationem ſpecialem*, in quod ſequitur conſilium reſervaturus. Idque ne remedia diverſarum partium affectarum, juxta ſe invicem poſita, aliquam parere queant confuſionem.

Ergo *de cura* arthritidis, ex mente Dogmaticorum acturus, primo loco proponam quaſi ob oculos, illorum remedia omnia, quibus utuntur ad domandam tanti morbi ferociam: ſed hactenus ſine ullo profectu, effatu digno, ut notum eſt omnibus: ſed potiſſimum miſeris podagricis. Quapropter operæprecium me facturum arbitror, ſi oſtendam, qua illi utuntur methodo ad evincendum hunc morbum, cui tantopere hucuſque inſudarunt, ut jam factus ſit quaſi opprobrium non tantum medicorum, ſed ipſiuſmet etiam artis medicæ, juxta illud Poëtæ:

Tollere nodoſam neſcit medicina podagram. Certè neſcio quæ fundi noſtrorum dogmaticorum eſt calamitas. At in expoſitione eorundem medicamentorum, pro honore artis & artificis, aliquas deſcriptiones præter morem vulgi dabo, quas non ex libris, ſed maximo illo medicinæ volumine, ipſa, inquam, natura hauſi; multaque inquiſitione propria, & collatione cum celeberrimis medicis Europæis didici.

Curatio ſecundum dogm.

Arthritici itaque curam ſuſcepturi dogmatici, duplici incedunt via. Nam & ad præcautionem reſpiciunt, & ad curationem perfectam

Præcautio debetur cauſæ antecedenti: *Curatio* conjunctæ. Utraque perficitur tribus illis celeberrimis organis: nempe diæta, pharmacia, & chirurgia. Incipientes itaque à præcautione, ante omnia exactam vivendi regulam præſcribunt, quæ conſiſtit in legitima adminiſtratione ſex rerum non naturalium, quas vocant. De qua re quilibri ferè ſunt pleni, & eadem quilibet vel à mediocriter experto, ac docto ingenio habere poſſit: idcirco his ſuperſedebo; hoc ſaltem innuens, maximè proficuum eſſe, ſi patiens omnes ſuas actiones ad temperantiam dirigat.

Pharmaca ad præparandos humores.

Sic ritè inſtituta *diætetica* vivendi regula, ſingulis annis bis purgant ægrum, vere nempe, atque Autumno, quibus temporibus arthritides maximè pullulare ſolere, jam ex *Hippocrate* dictum eſt. Primum autem inteſtina alluunt clyſtere aliquo emolliente: ſequenti die propinant ægro minorativum eccoproticum, quod vocant ad expurgandam primam regionem corporis. Tale conficitur vel *ex caſſia cum pauco rhabarbaro, vel ex electuariis, diaſebeſten lenitivo: catholico, aut ſimili aliquo in forma boli.* Vel infuſiones parant *ex rhabarbaro, agarico & ſimilibus cum decocto ſennæ,* prout fuerit natura ægrotantis: in quibus diſſolvunt *ſyrupum roſarum pallidarum* ex novem infuſionibus, vel alium aliquem ſimilem, qui expurget ſeroſitates.

Humorum præparatio.

His peractis tranſeunt ad præparationem humorum peccantium in quibus itidem reſpiciunt ad temperamentum ægrotantis, & ad qualitatem arthritidis, ſitne calida, vel frigida, bilioſa an pituitoſa. Nam cauſarum ſeu humorum peccantium diverſitates reſpicientes, ſingulos convenientibus remediis contemperant, atque expulſionem præparant: quod cognitum eſſe debet cuivis medico. Ad quod præſtandum parant *apozemata, ſeu decocta ex radicibus oxylapathi graminis, aſparagi pro una intentione, additis radicibus caryophyllata, helenii, aut ſimilium*: pro altera, *cum herbis cichoraceis, agrimonia, fumaria, betonica, qua arthritica, capillaribus: ſeminibus ebuli, cardui benedicti, citrii, cum corticibus eiuſdem, paſſulis, liquiritia cum mirobal. citrinis, chebulis, floribus geniſtæ, primulæ veris, calendulæ, ſtœchados, violarum, borraginis, bugloſſi, atque ſimilibus*: Ex quibus decocta parare jubent, aut in aqua, aut in ſero aut hydromelite pro natura ægrotantis, & potiſſimum morbi: reſpicientes interim ad hepatis, vel cerebri intemperaturæ emendationem, eorundemque roborationem. In prædicti decocti unciis ſedecim, plus minus, diſſolvunt aliquem ſyrupum convenientem, vel ſaccarum cum pauco cinnamomo, vel ſandalo citrino, ad dulcorationem atque gratiam: ſitq; *apozema clarum & aromatiſatum,* ut inquiunt, pro quatuor doſibus matutinis. Quibus ſumptis, purgationem eradicantem inſtituunt ex electivè purgantibus, quæ vocant. Tales fieri ſolent *ex decocto polypodii, carthami, ſennæ, ſingulorum ℥ß; epithymi, ſe-*

minis

minus aniſi & florum cordialium quod ſufficiat. In quo decocto infundunt *rhab.* ℥ij. *agar.* ℈iiij. in expreſſione addunt *ſyrupi roſati* ℥j. pro delicatioribus, aut ſumunt *ſyrupum de cychorio cum rhab. aut roſarum pallidarum cum agarico*: Cum *decocto ſenna*, ſi infuſionem facere nolint. In univerſum autem ſequentia parata habent, quæ diſſolvere ſolent, in ſuis decoctis: ut,
Phlegmagoga. ſi pituita purganda ſit, & mitiorem purgationem efficere velint, diſſolvunt *hieram puram, vel hieram cum agarico, diaphœnicum, diaturbith minus.* Si valentius medicamentum reddere ſit animus, priorum loco addunt *hieram compoſitam, electu. Indum majus, vel minus, diacarthami, diaturbith maius.*
Cholagoga. Si purgandam cenſeant bilem, mitiora habent, *caſſiam extractam, elect. lenitivum diapr. ſimplex, diaſebeſt. cathol.* Valentiora, *elect. de ſucco roſarum, elect. roſ. Meſ. elect. de pſyllio, Catharticum Imperiale.*

Melanagoga. Denique ad purgandam melancholiam mitiora habent *Caſſiam cum ſenna, diaſennam.* Valentiora, *elect: de epithymo. Confect. hamech. tryphe ram Perſicam, hieram Pacii.* Si mixti humores vacuandi ſunt: diverſa inter ſe mixta adjiciunt in ſuis decoctis: atque ita potiones parant quatuor, quinq; aut etiam ſex unciarum eradicantes, ſive electivè purgantes humorem peccantem prioribus illis aut ſimilibus apozematis præparatum. Qui ſuis ægris etiamnum magis placere cupiunt tabellas exhibent per ſe, vel ex ſuis decoctis, aut juſculis diſſolutas: cujuſmodi ſunt *tabellæ elect. de citro: de elect. roſ. Meſua, vel diacarthami.* Has & ſimiles potiones ea doſi qua dictum eſt, exhibent. Sed quo cum ſucceſſu norunt qui tales hauſerunt. Quantitas enim & qualitas ipſa nauſeam creare ſolet: & vel odore faſtidiendas deteſtantur ejuſmodi potiones arthritici ferè omnes, quotquot hactenus novimus, aut vidimus. Sed nimirum digna ſunt tam ingrata, putida & diagridiata remedia, quæ prædicentur, quòd nauſeam creare poſſint & vomitum, antequam deguſtentur: immo vel ſolo odore. Auſim addere & iſtud, ſolo aſpectu. Norunt illud pharmacopœi, qui ne nihil egiſſe videantur, linteis aceto madidis, ſua pocula argentea medicinalia ægrotanti propinanda obtegunt: ut ſi non verbis, at odore ſaltem fallant dubium. Quod ſi & eò audaciæ: vel invito etiam palato & ventriculo devenerit, ut hauſtum illum hauſerit æger; Dii boni! qui ſingultus, qui ructus, & quid non deliquiorum miſellum non premit! Pharmacopœus adſtans, & rubore ſæpè & madore (ſi inconfirmatior fuerit) facie delibutus atque perfuſus, ne medicamentum quod fecit imperitante medico in novas moleſtias miſerum adducat, pomi fruſtula maſticanda præbet, ſic falli putat ſtomachum & fauces. Animum addit ſpem faciens ſalutis futuræ. Sed quid fit? Nempe novas turbas jam potio movet in ſtomacho: quærit exitum, nuſpiam niſi per ſuperna. Quapropter ventriculus hunc hoſpitem

ferre

ferre neutiquam potens, contrahit ſe ad excutiendum iniquum colonum. Sed nova arte inſtructus, atque in procinctu ſtans, non amplius odoramenta atque guſtui grata adhibet: ſed ceu vi quadam naturam coërciturus, ovum frigidum palato, & collo extrinſecus apprimit, ne regurgitet quod infudit. Medicus adveniens propter ingentes ægri labores fortè vocatus, clyſterem extemplò vel ſuppoſitorium ſubdi præcipit, ut ſtatim deſcendat, quod exhibuit.

At ego vel unicum vomitum etiam decuplo conducibiliorem in eo caſu duxerim, quàm vel octonas ſedes. Denique quod ad ejuſmodi potiones attinet, vel ſtatim re intacta redduntur ab ægro, vel certè plus moleſtiæ quàm ſolatii bonis illis patientibus præſtare ſolent. Quod ſi non in omnibus, certè in pleriſq; obſervare licet. Sed mittamus iſthæc, & ad inſtitutum redeamus.

Multi igitur, quòd tam impuris violentiſque remediis vel nihil, aut parum tribuant, vel quòd benigniores in cura eſſe velint, malunt iſtarum purgationum diagrediatarum loco, parare *decoctum ſennæ, cum agarico & hermodactylis* (qui peculiariter articulos reſpiciunt) *ad quatuor vel quinque doſes*: in cujus quantitate colata diſſolvunt *ſyrupi de cichorio cum rhab.* ℥iiij. *vel* ℥v. ſicque præparant & purgant ſimul, idque per epicraſin, ut vocant. At quando vident ægrorum naturas omnino abhorrere ab uſu potionum, tum unicum eſt eis refugium ad pilulas. Ergo pro diverſitate humorum diverſas præſcribunt pilulas: Si calida ſit arthritis, patienſque ſit bilioſus, atque delicatiſſimæ naturæ, pilulas habent mitiores bilem expurgantes, ut pilulas de rhab. & ſine quibus. Fortiores ſunt aureæ & aggregativæ. Quapropter & robuſtioribus accommodatæ. Pituitoſis humoribus, atque naturis delicatis, mitiores hæ conveniunt, *pilulæ de agarico, Arabicæ, hiera cum agarico, imperiales.* Fortiores ſunt ſequentes fortioribus naturis competentes, *cocciæ, de ſarcocolla, lucis.* At ſi purgandi ſint humores pertinaces, aduſti atque retorridi, mitiores has habent: *Indæ de fumaria.* Fortiores has, *de lapide lazuli, & de lapide armeno.* Quod ſi etiam bilis & pituita ſimul, ac una eademque operâ ſit purganda, proſunt *pilulæ de euphorbio & mezereo.* Si puita & melancholia, *pilulæ & colochintide.* At ſi omnes ſint ſimul exturbandi humores, conducunt eæ, quas *de octo rebus* appellant. Et ne quid omittatur, quod ſpecificum videatur dogmaticis ad arthritidem, ſuperſunt adhuc *pilulæ arthriticæ, fœtidæ majores & minores, de hermodactylis, benedictæ, de opopanace*, ad quas tanquam ad ſacram quandam anchoram confugere ſolent, ut fruſtra ſit hac in parte, qui de remediorum defectu conqueri velit. Nam & delicatis & robuſtis, & pituitoſis, bilioſis atque melancholicis electivè purgantia medicamenta dicata eſſe vides.

Pilul. bilem expurgantes.

Pituitam expurgantes.

Bilem & pituitam ſimul.

Doſis

Doſis autem ejuſmodi pilularum eſt à ʒj. ad ℈ iiij. Ex quibus formantur pilulæ novem, ſeptem aut quinque, prout faucium meatus ad deglutionem fuerit promptus & expeditus. Sed quod mirum, ſemper in numero impari conſiſtunt, argumento ſumpto ab eo, quod ait Poeta:

Numero Deus impare gaudet.

Quaſi verò & Dii ipſi imparitatem in medicinis, quarum authores eſſe perhibentur, ſpectari velint. Sed ſunt, qui & ratione aliqua naturali ſuffulti, inæqualitate poſitas aut ſitas in ventriculo, undique latera meliùs contingi, atque camini inſtar extergi ſibi perſuadeant. Præter prædicta purgantia omnia ſunt adhuc alia quibus dogmatici utuntur, in delicatis & ditioribus, quos benignè & placidè ſanare, iiſdemque plurimùm placere gaudent. Nam *ſyrupos* conficiunt *magiſtrales*, quos vocant, quorum uſus eſt, ad morbos longos ſeu chronicos dictos: cujuſmodi eſt *arthritis*, atque in iis corporibus, quæ frequenti purgatione indigent. Tales autem bis in anno præſcribunt, nempe Vere & Autumno. Parantur ex eorundem aut ſimilium decoctis, quæ in apozemate prædicto citata ſunt: vel ex ſuccis depuratis herbarum atque florum convenientium, in quibus infunduntur aut decoquuntur *folia ſennæ, hermodactyli cum tantillo cinnamomi aut caryophyllorum*, quod correctionis loco adjiciunt. Quorum dein liquorem tranſcolatum cum ſaccari ſufficiente quantitate coquunt: & circa media decoctionis affundunt *infuſum rhabarbari factum in aqua cichorii*. Sicque ad ſyrupi perfectionem coquunt, qui benignè admodum purgat ſine ulla offenſa ventriculi vel ſtomachi delicatiſſimi.

Benigniora & gratiora remedia.

Atque his abſolvunt totam prophylacticam ſeu præcautionem, quod quidem faciat ad pharmaciam purgantium. Interim & ſtomacho proſpiciunt, & quæ eundem roborare poſſunt, præſcribunt. In quem ſcopum inſtituunt pilulas uſuales, quas vocant: quarum uſus eſt ante cibum ſingulis ſeptimanis ſemel aut bis, prout plus aut minus ſtipata fuerint alvo: cujuſmodi ſunt *pilulæ de hiera ſimplici, pilulæ aſſajeret, elephangina aut ſimiles*. Nec intermittuntur *pulveres digeſtivi*, ut vocant, quos ſumunt poſt paſtum. Sed & diverſioni materiæ peccantis ſtudentes, quidam hydrotica commendant, ſed talia, quæ hepar non calefaciant, itemque diuretica, ad divertendos & evacuandos ſuperfluos humores per urinas atque ſudores. Alii ſolis frictionibus matutinis contenti ſunt. Ad partium verò affectarum roborationem utuntur lixiviis & lotionibus, quibus pedes & manus abluunt. Tales conficiunt *ex decocto ſalviæ, ivæ arthriticæ, betonicæ, primulæ veris, abſinthii & ſimilium*.

Remedia quibus dogmatici ſtomacho proſpiciunt.

Jam quod ad *chirurgiam* attinet tertium præcautionis organum, ſtatim poſt minorativum tempore verno, una vel altera interjecta die mittitur ſanguis: aliquibus etiam autumnali, idque aliàs in brachio, aliàs

Chirur.

Digitized by Google

in pede ex vena malleoli. Utuntur & ad revulſiones atque derivationes cauſticis: applicatione cucurbitarum etiam cum ſcatificatione ſæpius iteratarum.

Ecce omne myſterium, quo ad præcautionem utuntur medici Dogmatici ac etiam qui ex illis doctiores habentur, atque exercitatiores, quique conſilia ſua ex arte præſcribunt atque methodo.

Hermeticorum prophylaxis.

At ego huic ipſi Dogmaticorum legi obtemperans, mitiùs & paulò benigniùs agam. Interim magis utemur ſpecificis, & quæ morbo huic ſi non penitus extirpare, frænum ſaltem injicere queant: ſed id ex *Hippocratis* præſcripto, citiùs, tutiùs & jucundiùs. Primùm itaque quod ad præcautionis præcipuum caput attinet: approbamus planè debitam ac legitimam diætæ, atque rerum ſex non naturalium adminiſtrationem.

Humorũ præparatio vera, qualis.

Ad præparationem ergo humorum, loco *oxymelitis ſimplicis, mellis roſati aut anthoſati, ſyrupi de betonica, de ſtœchade, & ſucco acetoſæ, de ſucco boraginis*, qui & præparationi humorum peccantium cum aquis convenientibus ei partes principes (ſed maximè hepar calidum) reſpicientibus prodeſſe poſſunt. Item loco apozematum quæ in quatuor vel quinque dierum uſum præſcribuntur, ut dictum eſt ſuprà, quæ omnia parum prodeſſe poſſunt: cum ejuſmodi remedium nihil aliud ſit, quàm elixatio quædam ſimplex variarum rerum, uti dictum: depurata cum albumine ovi: quæque vel quatriduo facilè aceſcat aut corrumpatur, ut taceam de guſtu nauſeabundo, atque ingrato. Horum inquam, tam ſyruporum quàm apozematum loco, ſuaſerim ego præparari *hydromel quoddam ſimplex* communi modo paratum, quod fieri poteſt in propria domo: in cujus libris ſex bullient.

Hydromel digeſtivum.

Radicis enulæ campanæ in talleolas diſſectæ, ac mediocriter ſiccatæ ad Solem, aut lentum calorem, ℥ij,

Radicis filicis

Acetoſæ ana ℥ ij.

Ligni roſarum ℥ jj.

Chamædrys

Chamæpytis ana m. j.

Macerentur & digerantur omnia per viginti quatuor horas ad lentum calorem: poſtea coquantur ad conſumptionem tertiæ partis: addendo ſub finem decoctionis.

Florum verbaſci

Primulæ veris

Calendulæ ana p. ij.

Colentur per manicam *Hippocratis*, aromatizentur tantillo *cinnamomi*, *aut coriandri præparati cum ſucco citoniorum*: tranſcoletur aliquoties per eandem manicam, donec dilutiſſimum evadat, & lucidiſſimũ. De quo capiet ℥ij. in principio: poſteà ſenſim augebit doſim. *Radix helenii* aliquem amarorem huic hydromeliti conciliat, qui tamen non ita ſit ingratus, quin conſuetudine fiat gratior atque acceptior. Gratiſſimum eſt alioquin, & nullà nauſeabunda qualitate moleſtum. Ad hæc color & lucidit ate refert vinum album. Quod ſi

Digitized by Google

etiam gratius ad guſtum reddere velis, & ad præparandos corrigendosque humores aptius: addes, aliquot guttas *ſpiritus vitrioli dulcorati, vel aciditatis ſulphuris*. Hoc enim ceu fermento acido naturæ, melius fermentabuntur ſuperfluitates tartareæ, & ad expulſionem aptiores reddentur. Sed ſingulis hebdomadis hydromel hoc conficiendum & ſingulis matutinis aſſumendum ad ℥iij. vel ℥iiij. tribus vel quatuor horis ante prandium: continuando, non ad quatuor vel quinque dies, uti ſolent vulgo: ſed per plures menſes, aut etiam annos. Sicque perfectè detergentur viſcera, ut ſtomachus & reliqua membra interiora, à tartareis & mucilaginoſis impuritatibus, quæ tunicis eorum obhæreſcunt. Atque ſic etiam una & eadem opera corroborabuntur. Ita demum fluidi reddentur humores: atque hoc ipſum eſt quod *Hippocrates* præcipit quum dicit: *Ubi quis corpora purgare voluerit, oportet fluida prius facere.* At mehercle video paucos hodie noviſſe quid ſit illud *fluidum reddere*. Nam ſi, uti convenit, talia reddantur, vix levi pharmaco aliquo opus eſt ad exturbanda, vel fluida, vel quicquid humoris etjam peccantis reſtare poſſit. Semel namque natura victricem manum admovens, non ceſſat, donec omnem ejiciat hoſtem. Et boni iſti tribus vel quatuor diebus id peragere tentant. Tentant ſanè, nec efficiunt quod ſperant. Nam ut fluida reddantur quæ intus latent morborum cauſæ tenaces, tempore opus eſt, & natura functionibus ſuis adjuvante, cum craſſa difficulter moveantur ex medicorum decreto. Hoc autem non fit brevi, ſed arte, tempore, longa atque continuata vivendi ac medicandi induſtria: & quidem tali quæ nec partes proſternat, nec naturam frangat, aut moleſtet, nec ullam effatu dignam, vel corpori, vel naturæ interiori creare poſſit moleſtiam. Sic medicandum eſt: ſic expellendæ morborum cauſæ: ſic denique morbi ſanandi: ut natura & vigor ille vitæ, verus morborum antagoniſta, atque expulſor conſervetur. Quem, caveas credas alium eſſe, quàm ipſammet naturam, ſeu balſamum naturæ, ſed interim efficaci remedio adjutum. Poſtquam ergo fluida reddita fuerint corpora, natura per ſe, per criſim, ut per alvum, per urinas, per ſudores, aut alias vias excrementorum ſic ritè præparatorum, exitum molietur certis temporibus, ſed tum præcipuè, quando à moleſtantibus cauſis divexata fuerit, ipſa interim artis & medicamenti ope victrice exiſtente. Immò vel abſque arte tandem hoſtem ejiciet, ubi vires nuperas recollegerit.

Digeſtio ſeu fermentatio tartareæ ſuperfluitatis.

Cauſæ expellendæ, morbus ſanandus, natura roboranda.

Ergo ut ad has operationes, purgante aliquo naturam promoveamus: hoc eſt impedimenta ſublevemus: quo melius illud præſtare poſſit, purgans in eam rem præſcribemus: ſed facile illud, nec nauſeam movens, interim ex dogmaticorum penu depromptum, ſed arte noſtra elaboratum.

Purgans lene.

In eodem igitur hydromelite

Ii 2 ad

adilentum colorem per aliquot dies macerabis *flores recentes violarum* (nam talia suis, hoc eſt, convenientibus temporibus paranda ſunt) *perſicorum, roſarum pallidarum, florum prunorum ſylveſtrium*, & purgans efficies gratum, quod abundè ſeroſitates evacuabit. Quod ſi efficacius reddere voles, addes aliquid *radicis mechoacam*, in taleolas ſectæ atque ſiccatæ. Sed longiuſcula opus eſt digeſtione. Nam hæc ſola & vera eſt correctio ejuſmodi remediorum. Adjicies tamen aliquid, ſi lubet *cinnamomi, aut ſeminis aniſi* in eadem infuſione, ut gratior fiat potio, atque correctior: cujus doſis eſt duarum unciarum, quæ ſufficienter purgabunt. Aut ſi virtutem etiam augere lubeat, & ſimul purgare efficaciter atque benignè, humores craſſos atq; ſeroſos: aut etiam purgans ſpecificum efficere in hoc affectu: addes *ſennam, vel turbith, album & gummoſum, aut hermodactylos*: aut de ſingulis aliquid. At diu digerenda ſunt in prædicto hydromelite ut dictum eſt. Nam à calore extrinſeco adjutus calor interior, fermentari incipiet, digeri, atque tandem bullire & depurari: ſed longè alio atque nobiliori modo, quàm in officinis vulgò fieri conſuetum, levi eaque momentanea ebullitione unius ſemihoræ, aut horæ integræ ad ſummum. Ebullitio ſi quidem hæc atque digeſtio, non tam ab externo calore, quàm ab interno: Imò ab hoc vel multò etiam magis. *Omne enim optimum, quod à natura fit*. Quid tum fiat, ſi natura artis ope fuerit adjuta? Nimirum & coquetur & digeretur, & depurabitur: ſed absq; ullo albumine ovi: fietque magna ſeparatio impuri, quod in fundo reſidebit, à puro, limpido atque claro, quod vini diluti inſtar ſupernatabit. A tali medicina utique, nec nauſea nec vomitus, niſi ei exorietur, cui vel nomen medicinæ exoſum: At qui ſemel ſumpſerit: ille & gratiam commendabit, & effectu commendabiliori ſine dubio fruetur. Sic purgabuntur humores tutò atque jucundè: fidem faciet ipſamet dejectio.

Tales purgationis rationes plurimas, tam vini, quàm hydromelitis forma in noſtra pharmacopœa reſtituta, juris publici facio. Poteſt etiam prædicto hydromeliti ſuo tempore *flores prunorum domeſticorum* addere. Itemque *roſas muſcatellinas*. Nam his & excellentem & gratiſſimam efficies purgationem. Talia quippe aut ſimilia in hydromelite (quod verum eſt nectar cœleſte à rore nimirum collectum) materia, quâvis caſſia, quovis ſyrupo magiſtrali: quâviſve alia purgatione vel gratiſſima, viſa ſunt præſtantiora: ut ceſſent hîc *ſyrupi magiſtrales* ubi iſtud adſit. Quod ſi ſyrupi placeant, eorundem trademus deſcriptionem, in noſtro prædicto libro. Porrò à prædicta potione non opus eſt cuſtodia, aut ut patiens maneat domi: ſed liberè exire poteſt ad negocia. Placidè enim ad naturæ officium vocabitur, nulla vi nullaque naturæ proſtratione: tantùm abeſt ut ſtomachus quicquam, vel aliud, ullumve viſcus ab ea patiatur.

Syrupi.

Sed

Sed continuato uſu opus eſt. Nam ita demum fluida reddentur corpora ad excretionem; maliquе ferocia, ſi vel altiùs radices egerit, domabitur, nec quicquam ab eo natura gravabitur. Nec dubitò hanc meam ſententiam, à quovis ingenuo & candido medico approbatum iri: velint modò etiam quod unicè opto & ſuadeo, relictis impuris & nauſeam moventibus apozematis hujuſmodi artificioſioribus digeſtionibus, & medicamentorum præparationibus ſtudere, atque uti. Norunt enim (nec nos fugit) in medio uſu iſtarum coctionum vulgarium, quæ tamen vix ad quatuor dierum ſpatium conſervabuntur, ſæpè deſiſtendum eſſe: quod æger propter ingentem, quam concepit, nauſeam, vel dicto provocabilem, faſtidiat ejuſmodi apozemata. Hoc autem non fit de *hydromellite* illo, aliiſque tam præparantibus, quàm purgantibus quæ publici juris feci *in Pharmacop. Dogm. reſt.* cum aliis rariſſimis ac nobiliſſimis præparantibus omnibus generis morbis accommodatis: doceo præclara *Extracta, Electuaria liquida, ſolida, corroborantia, purgantia*, ſed mitiſſimè, & unius drachmæ doſi, cum in vulgaribus, vel unciæ vix ſufficiant: ſed longius protrahor quàm ſperaram.

Pulvis diaſennæ Quercetani.

Salutare & benignum quin etiam purgativum eſt pulvis noſter *Diaſennæ*. Concinnatus eſt *ex ſenna, ex cryſtallo tartari purgantis & aciduli*, quæ duo baſim conſtituunt. Adjectum eſt aliquid ſaccari & aromatum ad majorem gratiam: facillimè aſſumitur: eſt enim gratus nec nauſeam movet, ut ne os quidem ſit colluendum, vel alia facienda, poſt purgantia aſſumpta fieri ſolita. Doſis eſt à cochleari ſemis, ad cochlear unum argenteum pro natura ægrotantis. Quo ſumpto ſtatim hauries juſculum. Eſt enim familiare & egregium purgans, naturæ convenientiſſimum. Non addo hîc deſcriptionem, quam doceo in noſtra prædicta pharmac. Porrò loco pilularum Elephanginarum, Maſtichinarum, de aſſajeret aut ſimilium, quarum uſus eſſe ſolet creber ante paſtus ad corroborationem ventriculi, atque hepatis, eorumque expurgationem à tartareis & viſcidis impuritatibus. Harum, inquam, loco *Pilulæ ſequentes*, inſervire poterunt, quibus affines *Panchymagoga Pharm. Reſt.* Primo præparetur Aloe cum ſucco Endiviæ d. l.

Pilulæ ſtomach. Hepaticæ ad tartareos humores.

Hæc aloe ſic rectè præparata erit baſis noſtrarum pilularum: quam pones in vitrum, affundendo ſuo tempore *ſucci florum violarum* optimè depurati in balneo maris (ut docebimus *in noſtra pharmacopœa reſtituta*) ℥iiij, niſi neceſſitas urgeat, expecta donec tota inſpiſſetur in conſiſtentiam aloës: quod ad calorem Solis fieri poteſt. At ſi promptè perficere voles, exhalare facies aqueam humiditatem ſuprà cineres, donec redeat in conſiſtentiam mellis. Adde rurſus *ſucci primulæ veris* optimè depurati ℥iiij. aut ſi voles ut citius res peragatur, *florum ſuccos* qui eodem tempore florent, ſimul & junctim affundere potes. Item

Digitized by Google

Succi florum pruni domeſtici & ſylveſtris ℥vj.
Roſarum pallidarum,
Florum cichorii ana ℥viiij.
Florum calendulæ ℥iiij.

Omnes hos ſuccos probè depuratos, aloe conſiſtentiæ mellis affunde, vel ſimul plures, vel ſeorſim ſingulos, prout libuerit: Et ſubinde digere & coque ad lentum calorem, dum ad priſtinam conſiſtentiam redeat. Quod ſi in principio aloes fuerint in tantum unciæ quatuor, jam ad decem adauctam ejus maſſam videbis, ab extractis ſuccorum quos adjeciſti. Huic maſſam adde

Foliorum ſennæ electorum, & in tenuisſimum pulverem redactorum ℥j.ß.
Rhab. pulveriſati minutisſimè ʒj.
Myrrhæ ℥ß.
Croci ʒj ß.
Macis ʒj.

Hos pulveres paulatim admiſce prædictæ maſſæ optimè miſcendo, & malaxando, addendo aliquid ſyrupi roſati ſolutivi, ſi opus ſit, ut omnia redigantur in debitam maſſam pilularum. De qua formabis pilulas duas magnitudine piſi, quas ſumes paulò ante cibum, vel prandii, vel cœnæ, prout libuerit.

Specificum arthriticum. Eadem baſis aloës miſceri poterit *cum ſucco eſulæ, extracto ſennæ, hermodactylorum,* aliorumq; purgantium prædicto modo præparatorum: & fiet ſpecificum purgans pro arthritidis præcautione, doſis eſt pilulæ duæ, quæ ſufficienter purgabunt.

Addam & deſcriptionem pilularum meatum *helleborinarum, antipodagricarum,* quas voco. Nam & alias antepilepticas dictas parare ſoleo, & plures alias diverſis morbis accommodatas. Præſtans eſt hoc remedium ad ipſam etiam *arthritidem, hæreditariam aut inveteratam:* & in qua vulgata remedia nihil proficiunt. *Pilulæ helleborinæ arthriticæ.*

Accipe radicum helleb. nigri tranſplantati in aliquem hortum, vel qui in aliquo loco calidiore creverit, non in montium jugis ℥iiij. depurentur optimè ab omni immunditie, atque terreſtreitate. Bulliant integræ in menſura *vini rubri* optimi, in quo adde

Cariophyllorum, ſeminum citri ana ℥ß.

Bulliant omnia ſimul in olla terrea vitreata per quartæ horæ ſpatium. Poſtea aufer vinum & radices ſiccato ad ignem lentum: ſiccatas craſſiuſculè contunde. Similiter ſeorſim pulveriſa craſſiuſculè

Hermodactylorum ℥iij.
Pulpæ colochyntidis ʒj.
Rad. angelicæ & gentianæ ana ʒj.
Pulv. ſaniculæ.
Centaurii minoris.
Hyperici ana ℥ß.
Pulveris chamædryos.
Chamæpityos.
Florum primulæ veris & betonicæ ana ʒvj.
Pulveris ſeminum cardui benedicti.
Acetoſæ & ſem. citri ana ʒj.
Seminum aniſi.
Caryophyllorum ana ℥ß.
Croci.
Caſtorei electi ana ʒiij.

Omnes

Digitized by Google

Omnes iſti pulveres ſecundum artem probè inter ſe mixti ponantur in cucurbita vitrea ampla, affundendo ſeri lactis per deſtillationem facti quod ſatis ſit, ut prædicti pulveres benè humectentur, quod videbis, ſi probè miſceas in vaſe: tantum autem affundes, ut duos vel tres digitos ſuperemineat. Claudatur & obturetur vas probè, ne quid expirare valeat: & pone ad digerendum in balneo maris per dies ſex ad minus. Poſtea liquorem effundes, & materiam intra linteamina conjectam torculari exprimes, ut omnis liquor ſubſtantificus extillet: quem digere in balneo calido, in vaſe optimè clauſo; & materiam poſtea digere denuò, & purifica, atque omnem humiditatem exhalare permitte, donec reſideat conſiſtentia craſſitudine mellis: Ad cujus materiæ ʒ vj. adde *ſennæ* ℥ij. & fiat maſſa pilularum: quarum doſis ℈j. pro pauperibus. Sed pro te, tuæq; conditionis hominibus, melius adhuc præparare oportet. Nam prædictus liquor, poſtquam ritè fuerit digeſtus, infundendus in cucurbitam vitream cum recipiente, optimè juncturis obſignatis, ne ſpiritus, qui ſubtiliſſimi ſunt, exhalare poſſint: Pone ad ignem cinerum mediocrem, aut ad ignem balnei vaporoſi, ſi melius efficere velis, donec omnia deſtillent ad ſiccitatem uſque. Liquorem extillatum ſerva in vaſe bene clauſo: cum quo & ſaccaro roſato aut violato fit *ſyrupus purgans præſtantiſſimus*.

Syrupus purgans præſtantiſſimus.

Sed ut fiant noſtræ *pilulæ helleborinæ*, ita procedendum.

Si prædicti liquoris fuerit libra una, addes

Rhab. pulveriſati ℥j.
Pulver. ſennæ.
Agar. trochiſcati & in pulverem redacti an. ʒ vj.
Pulveris hermodact. ℥ß.
Maſticis ʒij.
Aromat. roſ. Gabr.
Diamoſchi dulcis an. ʒiij.

Omnibus his pulveribus probè mixtis affundes prędictum liquorem, ſenſim imbibendo ad lentiſſimum calorem, donec prædicti pulveres omnem liquorem imbiberint. Adde ſub finem eſſentiæ *aloës præparatæ* ut dictum, ℥iij. & fiat maſſa pilularum, addendo ſub finem inter malaxandum aliquid ſyrupi myrtillorum. Diu ac multum malaxentur, & piſtillo tundantur.

In *podagra* confirmata, aut in qua jam nodi fiunt, atq; tophi datur ℈j. ex quo duæ exiguæ pilulæ formantur, quas capiat ſingulis ſeptimanis ſemel, ſuperbibendo juſculum, in quo bullierit *acetoſa, borrago, bugloſſum, portulaca* & his ſimiles herbæ refrigerantes, Idq; continuandum à Novembri ad finem uſq; Aprilis. Poſtea adventante tempore æſtivo ceſſandum. Hoc remedium ad radicem uſq; mali pertingit, & ſervit tam præcautioni quàm curationi. *Valent & eædem pilulæ in aliis pluimis morbis chronicis & contumacibus.*

Pro divertentibus & revellentibus, nihil eſt quod addam. Quantum verò pertinet ad roborantia tam univerſalia, quàm particularia, nos loco

Roborantia viſcerum.

conditorum, opiatarum, tabellarum, quas formulas omnes præſcribere poſſemus, ut reſpicerent cerebrum, hepar, ventriculum, aliaſque partes quæ roborandæ ſunt in hoc affectu. Item loco pulverum digeſtivorum, qui parantur *ex aniſo, coryandro præparato in ſucco cidoniorum, conſerva roſacum ſiccarum, cinnamomo, ſaccaro roſato, & ſimilibus*, quæ plurimum valent ad roborandum ventriculum. Horum, inquam, omnium vice ſuademus uſum *pulveris ſpecifici*, (ſtomachi aroniſati in Pharm. reſt.) cujus vis ſit efficax *ad diſſolvendas tartareas impuritates, mucoſitateſq; ſtomachi ſeu ventriculi, & viſcerum nutrientis facultatis*, in quibus cauſa materialis & quaſi minera *arthritidis atq; calculi* (qui morbi per coagulationem fiunt) conſiſtit ac generatur.

Pulvis ſtomachicus Aroniſatus.

Cum enim horum morborum generatio, ut dictum, fiat per coagulationem tartari & mucoſitatum, conſequens utiq; eſt, ut cura procedat à reſolventib. ejuſmodi tophos tartareos, Ea autem fiunt ex remediis propriis atq; ſpecificis, quorum alia vim habent reſolvendi tartarum hujus, alia alterius generis. *De quibus vide ſupra.*

Capias ergo de pulvere illo (*ſtomachico aroniſato ſeu Brickmanni*) cochlear ſemis, idque alternis diebus, ut uno videlicet alternorum prædictum ſumas pulverem, alterum hydromel ſuperius deſcriptum, ſed non deſiſtendum ab uſu. Nam ita diſſolvuntur tophi tartarei, qui jam ſunt coagulati & prohibebunt eorundem coagulationem atq; generationem. Valet, certe idem pulvis ad calculos quoque, cujus etiam uſus eſſe poteſt ad præcautionem.

Et hæc ex mente Hermeticorum itaq;.

Hactenus *de Cura arthritidis prophylactica* dixiſſe ſufficiat, in quibus dantur remediorum formulæ, quibus præcaveri poſſunt omnis generis morbi, qui fiunt per coagulationem materiæ tartareę, quorum innumerus eſt numerus.

2. *Therapia*.

Reſtat nunc itaque ut aliquid etiam dicemus de *Therapeutica*, vel curativa quæ malum præſens reſpicit, ſeu ſymptoma dolorificum, quod miſere ſæpe miſeros torquet & lancinat.

Dolor ſane vehemens arthriticus eſt qui etiam annumeratur inter atrociſſima ſymptomata, quæ ægros affligere ſolent. Nullum enim ſymptoma aliud æque ægrum moleſtat, ſicut vehemens dolor, ut ipſe teſtatur *Galenus*.

Quapropter in dolore arthritico ſummopere infeſtante dolore, omnes Indicationes noſtræ eo collimare debent, ut ſedetur dolor, qui interdum non tantum ſymptoma eſt, ſed morbus ipſe, & graviorum ſymptomatum ſit cauſa.

Sedatur dolor Hermetice acrib. illis ſalib. dolorificis mitigatis, *de quo vide ſupra*.

Dogmaticorum Remedia dolorem ſedantia alia ſunt *paregorica*: alia

alia *anodyna*: alia *narcotica*: quorum ſeriem aliunde habes. Ex quibus parantur variæ formulæ remediorum ad ſedandos dolores accommodatorum.

Ex *Galeni* præſcripto jam dictum ſit, in magnis doloribus & cruciatibus, ſtatim ad compeſcendos eos animum eſſe adhibendum, relictis etiam aut poſtpoſitis tantiſper aliis intentionibus, donec doloris carnificina ceſſet. Nihilominus tamen ſunt inter dogmaticos nec infimi quidam, qui tamen volunt ſemper generalia præire particularibus atque topicis. Quapropter etiam tum quando dolor premit ægrum, v.g. *arthriticis* purgant aliquo leniente. Præterea frequentes injiciunt clyſteres, ac *in ſummis & intolerabilibus cruciatibus*, tandem etiam recurrunt ad venæ ſectionem: quam tantopere tot locis *Galenus* celebrat ad ſedationem doloris. Ergo ſi dolor fuerit *in pedibus, aut genibus*, ſanguinem mittunt ex baſilica, aut mediana brachii dextri, aut ſiniſtri: in qua & lienarem ſecant. Si *in brachiis aut manibus* dolor infeſtet, venam ſaphenam aperiendam præcipiunt: & conferre affirmant multum ejuſmodi ſanguinis miſſiones in tempore factas *in omnibus doloribus*, maximè verò in temperamentis bilioſis & melancholicis, quibus etiam ſpeciatim hæmorrhoidas provocant ſanguiſugis.

Probo autem omnes intentiones generales, atque ſcopos, quos ſuſcipere poſſunt docti & experti medici: Interim non video, quid gratius atque utilius ægro adferri poſſit, quàm certum & tutum levamen, tum quando maximè excruciat, & in eum carnificinam exercet dolor. Hîc clamat, hîc opem poſcit æger. Quid fit? Accurrunt medici plerique, & cataplaſmata applicant confecta ex mica panis cum lacte & croco addito pulvere roſarum & chamæmeli, fiuntque variæ formæ ex ſupradictis rebus ad ſedationem doloris. Sed quali id fiat cum ægri levatione, norunt miſeri v.g. arthritici, & lugent. Nam iſta omnia vanè, & ſine ullo profectu. Ipſe verò medicus aſtans, non minùs ſæpe rubore ſuffunditur, & pudore, quàm æger ipſe dolore. Quod videns dolore preſſus, relicto ſæpe medico, alioquî docto, ad extrema recurrit: & nunc opem ab ignorantiſſimo quodam ruſtico, nunc à Judæo, nunc ab empirico neſcio quo, nunc à vetula repoſcit: ſecreta exiſtimans quæ ab ignaris proficiſcuntur: quaſi à quodam, neſcio quo genio ipſi eſſent inſpirata. Et dolendum ſanè unicuiq; ſe medicum profitenti ſtatim credi: cum in nullo mendacio periculum ſit majus. Sed mundus vult decipi, decipiatur ergo.

Singula vulpino more modoq; patent.
Singula vulpino tegmine tecta latent.

Quapropter adhibentur interdum res, remediorum loco, quarum nec vis, vel virtus, vel facultas talia præſtandi, nec ratio ulla ineſt. Ideo dico, ut oſtendam in ejuſmodi paregoricis, nullam aut exiguam eſſe dolores ſedandi certitudinẽ quacunq; tandẽ forma & modo fuerint adminiſtrata.

Quod ſi præ doloris ferocia neceſſi-

ſeu materiam tartaream vel augent, vel interdum ingenerant: aut jam generatam diſſolvunt, unde dolores ingeminantur. Haud ſecus enim ac calci affuſa aqua, à qua ſal calcis diſſolvitur, & fit ardens quædam ebullitio. Ita analogia quadam & in juncturis fieri exiſtimandum eſt. Defluxio itaque cauſa eſt quidem arthritidis, ſed non proxima & immediata, ſed accidentaria, quam *Plato*, ſine qua non, appellat. Nam materia illa quæ in juncturis continetur, aliquandiu otioſa manet, & non tam promptè dolores ſemper excitaret, niſi nova quædam accederet defluxio, quæ eam commoveret. Quemadmodum item jam aquæ copia, fuſa calce atque diluta, paulo poſt ceſſat calor: & aqua rurſus exhalata vel conſumpta denuò induratur: ita fit in quibuſdam arthriticis inſultibus. Nam dum fluit materia in articulum, ſummus eſt dolor, utpote defluxione, perfuſa calce tartari, & incenſa: qua jam fluxa, & parte propter copiam humoris, doloriſque vehementiam in tumorem elevata, paulatim ceſſat dolor. Tum ſenſim evaporatur humiditas, vel à calore partis, vel à remediorum impoſitione: à quibus materia tartarea vel mitigatur, vel reſolvitur & diſſipatur. Quod quàm rectè fiat à multis, dicetur in curatione.

Obiectio. *At*, inquiet aliquis, *videmus interdum podagricos dolores infeſtare, etiamſi nulla adſunt defluxionis indicia.*

Solutio. Cui ita reſpondendum, hoc fieri tum, quando materia jam digeſta à natura, certis temporibus ſuos quaſi fructus parit & profert: hoc eſt, ſuas evaporationes ſpirituales nitroſas, vitriolatas, aluminoſas, aut ejuſmodi alias, quæ acres atque pungentes (quales ſunt ſpiritus ſalium, æquæ fortis) tendones, ligamenta, cæteraſque articulorum partes ſenſibiles pungunt atque corrodunt, unde acerrimi illi dolores, quos vulgò putant à maligna quadam qualitate proficiſci: ut non deſint, qui & malignam podagrã ſtatuerint, quam tamen vix aliam puto, ſi non ſint luis venereæ quædam reliquia. Nam manifeſtus alioqui vapor eſt à materia excitatus, quæ per viam congeſtionis (ut loquuntur, & de qua ſuprà aliquid dictum) in parte fuit accumulata, quam digerere neſciens, ipſa interim exaltata fit, ut & vires exerat, & ſymptomata *podagrica producat.*

Ius hereditarium quid ſit. Reſtat aliquid dicendum de illa cauſa antecedente, quæ acquiritur ceu jure quodam hereditario: quod jus nihil eſt aliud quàm *διάθεσις*, ſeu vis quædam ſeminalis impreſſa ſemini, quod parentes contribuunt ad generationem liberorum: vel, ut cum Hermeticis loquar, eſt impreſſio quædam tincturæ fixæ arthritidis in ipſo ſemine, quod ideo ſuo tempore eoſdem producit fructus, quales fuerunt in cauſa, ſeu typo generante, nempe alterutrius vel utriuſq; parentis. Nam, ne mireris, & à matre hereditario quodam jure deſcendit podagra, ut liberi non tam bonorum quàm malorum interdum fiant heredes: eò quod fœminæ, ut & maris ſemen

ſemen de natura ſalis participet. Sal enim ſolus & minus ex tribus principiis hypoſtaticis eſt fixus atque firmus.

Diſpoſitio ergo illa nihil eſt aliud quam impuritas ſalis hypoſtatici, habens propenſionem ad emergendum, atque arthritidem ſuo tempore, producendum. *De qua alibi.*

Quæſtio hic moveri poſſet, *qui fiat quod Parentes arthritici nonnunquam procreent liberos ſanos nec arthritidi obnoxios?* verum cum reſponſio ex iis quæ in tranſplantationis doctrina dicta ſunt, ſatis liqueat, eò lectorem remittimus.

Et hæc dicta ſint in generi de natura atque eſſentia prædictorum morborum magnam inter ſe affinitatem habentium. *De arthritide* inquam atque *calculo.*

Nunc rectè tramite ad *curationem* accedamus ac ceu in tabula per στιχογραφίαν quandam proponamus omnes intentiones curativas: tam Dogmaticorum quam Hermeticorum, atque oſtendamus; in quo different & in quo conveniant; mox utrorumque τεκμαρτικὴν, θεραπευτικὴν propoſiturus, primum remedia Dogmaticorum, tam generalia quam particularia, & tam interna, quàm externa exponam. Subjiciam deinde quæ ſint ſpecifica eorum remedia, eorumque uſum & adminiſtrationem præter vulgi morem docebo.

Non agam hoc loco de cura calculi niſi in genere: licet de cauſis abunde diſcurrem. Illud enim factum à me, uti dictum, propter magnam utriuſque morbi affinitatem. Tradam itaque hoc loco potiſſimum *curam arthritidis, calculi curationem ſpecialem*, in quod ſequitur conſilium reſervaturus. Idque ne remedia diverſarum partium affectarum, juxta ſe invicem poſita, aliquam parere queant confuſionem.

Ergo *de cura* arthritidis, ex mente Dogmaticorum acturus, primo loco proponam quaſi ob oculos, illorum remedia omnia, quibus utuntur ad domandam tanti morbi ferociam: ſed hactenus ſine ullo profectu, effatu digno, ut notum eſt omnibus: ſed potiſſimum miſeris podagricis. Quapropter operæprecium me facturum arbitror, ſi oſtendam, qua illi utuntur methodo ad evincendum hunc morbum, cui tantopere hucuſque inſudatum, ut jam factus ſit quaſi opprobrium non tantum medicorum, ſed ipſiuſmet etiam artis medicæ, juxta illud Poëtæ:

Tollere nodoſam neſcit medicina podagram. Certè neſcio quæ fundi noſtrorum dogmaticorum eſt calamitas. At in expoſitione eorundem medicamentorum, pro honore artis & artificis, aliquas deſcriptiones præter morem vulgi dabo, quas non ex libris, ſed maximo illo medicinæ volumine, ipſa, inquam, natura hauſi; multaque inquiſitione propria, & collatione cum celeberrimis medicis Europæis didici.

Curatio ſecundum dogm.

Arthritici itaque curam ſuſcepturi dogmatici, duplici incedunt via. Nam & ad præcautionem reſpiciunt, & ad curationem perfectam.

Præcautio debetur cauſæ antecedenti: *Curatio* conjunctæ. Utraque perficitur tribus illis celeberrimis organis: nempe diæta, pharmacia, & chirurgia. Incipientes itaque à præcautione, ante omnia exactam vivendi regulam præſcribunt, quæ conſiſtit in legitima adminiſtratione ſex rerum non naturalium, quas vocant. De qua re quilibri ferè ſunt pleni, & eadem quilibet vel à mediocriter experto, ac docto ingenio habere poſſit: idcirco his ſuperſedebo; hoc ſaltem innuens, maximè proficuum eſſe, ſi patiens omnes ſuas actiones ad temperantiam dirigat.

Pharmaca ad præparandos humores.

Sic ritè inſtituta *diætetica* vivendi regula, ſingulis annis bis purgant ægrum, vere nempe, atque Autumno, quibus temporibus arthritides maximè pullulare ſolere, jam ex *Hippocrate* dictum eſt. Primum autem inteſtina alluunt clyſtere aliquo emolliente: ſequenti die propinant ægro minorativum eccoproticum, quod vocant ad expurgandam primam regionem corporis. Tale conficitur vel *ex caſſia cum pauco rhabarbaro, vel ex electuariis, diaſebeſten lenitivo: catholico, aut ſimili aliquo in forma boli.* Vel infuſiones parant *ex rhabarbaro, agarico & ſimilibus cum decocto ſennæ,* prout fuerit natura ægrotantis: in quibus diſſolvunt *ſyrupum roſarum pallidarum* ex novem infuſionibus, vel alium aliquem ſimilem, qui expurget ſeroſitates.

Humorum præparatio.

His peractis tranſeunt ad præparationem humorum peccantium in quibus itidem reſpiciunt ad temperamentum ægrotantis, & ad qualitatem arthritidis, ſitne calida, vel frigida, bilioſa an pituitoſa. Nam cauſarum ſeu humorum peccantium diverſitates reſpicientes, ſingulos convenientibus remediis contemperant, atque expulſionem præparant: quod cognitum eſſe debet cuivis medico. Ad quod præſtandum parant *apozemata, ſeu decocta ex radicibus oxylapathi graminis, aſparagi pro una intentione, additis radicibus caryophyllata, helenii, aut ſimilium*: pro altera, *cum herbis cichoraceis, agrimonia, fumaria, betonica, quæ arthritica, capillaribus: ſeminibus ebuli, cardui benedicti, citrii, cum corticibus eiuſdem, paſſulis, liquiritia cum mirobal. citrinis, chebulis, floribus geniſtæ, primulæ veris, calendulæ, ſtœchados, violarum, borraginis, bugloſſi, atque ſimilibus*: Ex quibus decocta parare jubent, aut in aqua, aut in ſero aut hydromelite pro natura ægrotantis, & potiſſimum morbi: reſpicientes interim ad hepatis, vel cerebri intemperaturæ emendationem, eorundemque roborationem. In prædicti decocti unciis ſedecim, plus minus, diſſolvunt aliquem ſyrupum convenientem, vel ſaccarum cum pauco cinnamomo, vel ſandalo citrino, ad dulcorationem atque gratiam: fitq; *apozema clarum & aromatiſatum,* ut inquiunt, pro quatuor doſibus matutinis. Quibus ſumptis, purgationem eradicantem inſtituunt ex electivè purgantibus, quæ vocant. Tales fieri ſolent *ex decocto polypodii, carthami, ſennæ, ſingulorum ℥ß. epithymi, ſe-*

Digitized by Google

minus aniſi & florum cordialium quod ſufficiat. In quo decocto infundunt *rhab.* ℥ ij. *agar.* ℈ iiij. in expreſſione addunt *ſyrupi roſati* ℥ j. pro delicatioribus, aut ſumunt *ſyrupum de cychorio cum rhab. aut roſarum pallidarum cum agarico* : Cum *decocto ſenna*, ſi infuſionem facere nolint. In univerſum autem ſequentia parata habent, quæ

Phlegmagoga. diſſolvere ſolent, in ſuis decoctis: ut, ſi pituita purganda ſit, & mitiorem purgationem efficere velint, diſſolvunt *hieram puram*, *vel hieram cum agarico*, *diaphœnicum*, *diaturbith minus.* Si valentius medicamentum reddere ſit animus, priorum loco addunt *hieram compoſitam*, *electu. Indum majus*, *vel minus*, *diacarthami*, *dia-*

Chologoga. *turbith maius.* Si purgandam cenſeant bilem, mitiora habent, *caſſiam extractam*, *elect. lenitivum diapr. ſimplex*, *diaſebeſt. cathol.* Valentiora, *elect. de ſucco roſarum*, *elect. roſ. Meſ. elect. de pſyllio*, *Catharticum Imperiale.*

Melanagoga. Denique ad purgandam melancholiam mitiora habent *Caſſiam cum ſenna*, *diaſennam.* Valentiora, *elect. de epithymo*, *Confect. hamech*, *tryphe- ram Perſicam*, *hieram Paccii.* Si mixti humores vacuandi ſunt: diverſa inter ſe mixta adjiciunt in ſuis decoctis: atque ita potiones parant quatuor, quinq; aut etiam ſex unciarum eradicantes, ſive electivè purgantes humorem peccantem prioribus illis aut ſimilibus apozematis præparatum. Qui ſuis ægris etiamnum magis placere cupiunt tabellas exhibent per ſe, vel ex ſuis decoctis, aut juſculis diſſolutas: cujuſmodi ſunt *tabellæ elect. de citro*: *de elect. roſ. Meſuæ*, *vel diacarthami.* Has & ſimiles potiones ea doſi qua dictum eſt, exhibent. Sed quo cum ſucceſſu norunt qui tales hauſerunt. Quantitas enim & qualitas ipſa nauſeam creare ſolet: & vel odore faſtidiendas deteſtantur ejuſmodi potiones arthritici ferè omnes, quotquot hactenus novimus, aut vidimus. Sed nimirum digna ſunt tam ingrata, putida & diagridiata remedia, quæ prædicentur, quòd nauſeam creare poſſint & vomitum, antequam deguſtentur: immo vel ſolo odore. Auſim addere & iſtud, ſolo aſpectu. Norunt illud pharmacopœi, qui ne nihil egiſſe videantur, linteis aceto madidis, ſua pocula argentea medicinalia ægrotanti propinanda obtegunt: ut ſi non verbis, at odore ſaltem fallant dubium. Quod ſi & eò audaciæ: vel invito etiam palato & ventriculo devenerit, ut hauſtum illum hauſerit æger; Dii boni! qui ſingultus, qui ructus, & quid non deliquiorum miſellum non premit! Pharmacopœus adſtans, & rubore ſæpè & madore (ſi inconfirmatior fuerit) facie delibutus atque perfuſus, ne medicamentum quod fecit imperitante medico in novas moleſtias miſerum adducat, pomi fruſtula maſticanda præbet, ſic falli putat ſtomachum & fauces. Animum addit ſpem faciens ſalutis futuræ. Sed quid fit? Nempe novas turbas jam potio movet in ſtomacho: quærit exitum, nuſpiam niſi per ſuperna. Quapropter ventriculus hunc hoſpitem

ferre

Digitized by Google

ferre neutiquam potens, contrahit ſe ad excutiendum iniquum colonum. Sed nova arte inſtructùs, atque in procinctu ſtans, non amplius odoramenta atque guſtui grata adhibet: ſed ceu vi quadam naturam coërciturus, ovum frigidum palato, & collo extrinſecus apprimit, ne regurgitet quod infudit. Medicus adveniens propter ingentes ægri labores fortè vocatus, clyſterem extemplò vel ſuppoſitorium ſubdi præcipit, ut ſtatim deſcendat, quod exhibuit.

At ego vel unicum vomitum etiam decuplo conducibiliorem in eo caſu duxerim, quàm vel octonas ſedes. Denique quod ad ejuſmodi potiones attinet, vel ſtatim re intacta redduntur ab ægro, vel certè plus moleſtiæ quàm ſolatii bonis illis patientibus præſtare ſolent. Quod ſi non in omnibus, certè in pleriſq; obſervare licet. Sed mittamus iſthæc, & ad inſtitutum redeamus.

Multi igitur, quòd tam impuris violentiſque remediis vel nihil, aut parum tribuant, vel quòd benigniores in cura eſſe velint, malunt iſtarum purgationum diagrediatarum loco, parare *decoctum ſennæ, cum agarico & hermodactylis* (qui peculiariter articulos reſpiciunt) *ad quatuor vel quinque doſes*: in cujus quantitate colata diſſolvunt *ſyrupi de cichorio cum rhab.* ℥ iiij. *vel* ℥ v. ſicque præparant & purgant ſimul, idque per epicraſin, ut vocant. At quando vident ægrorum naturas omnino abhorrere ab uſu potionum, tum unicum eſt eis refugium ad pilulas. Ergo pro diverſitate humorum diverſas præſcribunt pilulas: Si calida ſit arthritis, patienſque ſit bilioſus, atque delicatiſſimæ naturæ, pilulas habent mitiores bilem expurgantes, ut pilulas de rhab. & ſine quibus. Fortiores ſunt aureæ & aggregativæ. Quapropter & robuſtioribus accommodatæ. Pituitoſis humoribus, atque naturis delicatis, mitiores hæ conveniunt, *pilulæ de agarico*, *Arabicæ*, *de hiera cum agarico*, *imperiales*. Fortiores ſunt ſequentes fortioribus naturis competentes, *cocciæ*, *de ſarcocolla*, *lucis*. At ſi purgandi ſint humores pertinaces, aduſti atque retorridi, mitiores has habent: *Indas defumaria*. Fortiores has, *de lapide lazuli, & de lapide armeno*. Quod ſi etiam bilis & pituita ſimul, ac una eademque opera ſit purganda, proſunt *pilulæ de euphorbio & mezereo*. Si puita & melancholia, *pilulæ & colochintide*. At ſi omnes ſint ſimul exturbandi humores, conducunt eæ, quas *de octo rebus* appellant. Et ne quid omittatur, quod ſpecificum videatur dogmaticis ad arthritidem, ſuperſunt adhuc *pilulæ arthriticæ*, *fœtidæ majores & minores*, *de hermodactylis*, *benedictæ*, *de opopanace*, ad quas tanquam ad ſacram quandam anchoram confugere ſolent, ut fruſtra ſit hac in parte, qui de remediorum defectu conqueri velit. Nam & delicatis & robuſtis, & pituitoſis, bilioſis atque melancholicis electivè purgantia medicamenta dicata eſſe vides.

Pilul. bilem expurgantes.

Pituitam expurgantes.

Bilem & pituitam ſimul.

Doſis

Doſis autem ejuſmodi pilularum eſt à ʒj. ad ℈ iiij. Ex quibus formantur pilulæ novem, ſeptem aut quinque, prout faucium meatus ad deglutionem fuerit promptus & expeditus. Sed quod mirum, ſemper in numero impari conſiſtunt, argumento ſumpto ab eo, quod ait Poeta:

Numero Deus impare gaudet.

Quaſi verò & Dii ipſi imparitatem in medicinis, quarum authores eſſe perhibentur, ſpectari velint. Sed ſunt, qui & ratione aliqua naturali ſuffulti, inæqualitate poſitas aut ſitas in ventriculo, undique latera meliùs contingi, atque camini inſtar extergi ſibi perſuadeant. Præter prædicta purgantia omnia ſunt adhuc alia quibus dogmatici utuntur, in delicatis & ditioribus, quos benignè & placidè ſanare, iiſdemque plurimùm placere gaudent. Nam *ſyrupos* conficiunt *magiſtrales*, quos vocant, quorum uſus eſt, ad morbos longos ſeu chronicos dictos: cujuſmodi eſt *arthritis*, atque in iis corporibus, quæ frequenti purgatione indigent. Tales autem bis in anno præſcribunt, nempe Vere & Autumno. Parantur ex eorundem aut ſimilium decoctis, quæ in apozemate prædicto citata ſunt: vel ex ſuccis depuratis herbarum atque florum convenientium, in quibus infunduntur aut decoquuntur *folia ſennæ, hermodactyli cum tantillo cinnamomi aut caryophyllorum*, quod correctionis loco adjiciunt. Quorum dein liquorem tranſcolatum cum ſaccari ſufficiente quantitate coquunt: & circa media decoctionis affundunt *infuſum rhabarbari* factum *in aqua cichorii*: Sicque ad ſyrupi perfectionem coquunt, qui benignè admodum purgat ſine ulla offenſa ventriculi vel ſtomachi delicatiſſimi.

Benigniora & gratiora remedia.

Atque his abſolvunt totam prophylacticam ſeu præcautionem, quod quidem faciat ad pharmaciam purgantium. Interim & ſtomacho proſpiciunt, & quæ eundem roborare poſſunt, præſcribunt. In quem ſcopum inſtituunt pilulas uſuales, quas vocant: quarum uſus eſt ante cibum ſingulis ſeptimanis ſemel aut bis, prout plus aut minus ſtipata fuerint alvo: cujuſmodi ſunt *pilulæ de hiera ſimplici, pilulæ aſſajeret, elephangina aut ſimiles.* Nec intermittuntur *pulveres digeſtivi*, ut vocant, quos ſumunt poſt paſtum. Sed & diverſioni materiæ peccantis ſtudentes, quidam hydrotica commendant, ſed talia, quæ hepar non calefaciant, itemque diuretica, ad divertendos & evacuandos ſuperfluos humores per urinas atque ſudores. Alii ſolis frictionibus matutinis contenti ſunt. Ad partium verò affectarum roborationem utuntur lixiviis & lotionibus, quibus pedes & manus abluunt. Tales conficiunt *ex decocto ſalviæ, iva arthritica, betonica, primula veris, abſinthii & ſimilium.*

Remedia quibus dogmatici ſtomacho proſpiciunt.

Jam quod ad *chirurgiam* attinet tertium præcautionis organum, ſtatim poſt minorativum tempore verno, una vel altera interjecta die mittitur ſanguis: aliquibus etiam autumnali, idque aliàs in brachio, aliàs in

Chirur.

Digitized by Google

in pede ex vena malleoli. Utuntur & ad revulſiones atque derivationes cauſticis: applicatione cucurbitarum etiam cum ſcarificatione ſæpius iteratarum.

Ecce omne myſterium, quo ad præcautionem utuntur medici Dogmatici ac etiam qui ex illis doctiores habentur, atque exercitatiores, quique conſilia ſua ex arte præſcribunt atque methodo.

Hermeticorum prophylaxis. At ego huic ipſi Dogmaticorum legi obtemperans, mitiùs & paulò benigniùs agam. Interim magis utemur ſpecificis, & quæ morbo huic ſi non penitus extirpare, frænum ſaltem injicere queant: ſed id ex *Hippocratis* præſcripto, citiùs, tutiùs & jucundiùs. Primùm itaque quod ad præcautionis præcipuum caput attinet: approbamus planè debitam ac legitimam diætæ, atque rerum ſex non naturalium adminiſtrationem.

Humorū preparatio vera, ſpecalis. Ad præparationem ergo humorum, loco *oxymelitis ſimplicis, mellis roſati aut anthoſati, ſyrupi de betonica, de ſtœchade, & ſucco acetoſæ, de ſucco boraginis*, qui & præparationi humorum peccantium cum aquis convenientibus ei partes principes (ſed maximè hepar calidum) reſpicientibus prodeſſe poſſunt. Item loco apozematum quæ in quatuor vel quinque dierum uſum præſcribuntur, ut dictum eſt ſuprà, quæ omnia parum prodeſſe poſſunt: cum ejuſmodi remedium nihil aliud ſit, quàm elixatio quædam ſimplex variarum rerum, uti dictum: depurata cum albumine ovi: quæque vel quatriduo facilè aceſcat aut corrumpatur, ut taceam de guſtu nauſeabundo, atque ingrato. Horum inquam, tam ſyruporum quàm apozematum loco, ſuaſerim ego præparari *hydromel quoddam ſimplex* communi modo paratum, quod fieri poteſt in propria domo: in cujus libris ſex bullient: *Hydromel digeſtivum.*

Radicis enulæ campanæ in talleolas diſſectæ, ac mediocriter ſiccatæ ad Solem, aut lentum calorem, ℥ij,

Radicis filicis

Acetoſæ ana ℥ ij.

Bigni roſarum ℥j,

Chamædrys

Chamæpytis ana m. j.

Macerentur & digerantur omnia per viginti quatuor horas ad lentum calorem: poſtea coquantur ad conſumptionem tertiæ partis: addendo ſub finem decoctionis.

Florum verbaſci

Primulæ veris

Calendulæ ana p. ij.

Colentur per manicam *Hippocratis*, aromatizentur tantillo *cinnamomi, aut coriand. i præparati cum ſucco citoniorum*: tranſcoletur aliquoties per eandem manicam, donec dilutiſſimum evadat, & lucidiſſimū. De quo capiet ℥ij. in principio: poſteà ſenſim augebit doſim. *Radix helenii* aliquem amarorem huic hydromeliti conciliat, qui tamen non ita ſit ingratus, quin conſuetudine fiat gratior atque acceptior. Gratiſſimum eſt alioquin, & nullà nauſeabunda qualitate moleſtum. Ad hæc color & lucidita te refert vinum album. Quod ſi

etiam gratius ad guſtum reddere velis, & ad præparandos corrigendosque humores aptius: addes, aliquot guttas *ſpiritus vitrioli dulcorati, vel aciditatis ſulphuris*. Hoc enim ceu fermento acido naturæ, melius fermentabuntur ſuperfluitates tartareæ, & ad expulſionem aptiores reddentur. Sed ſingulis hebdomadis hydromel hoc conficiendum & ſingulis matutinis aſſumendum ad ℥iij. vel ℥iiij. tribus vel quatuor horis ante prandium: continuando, non ad quatuor vel quinque dies, uti ſolent vulgo: ſed per plures menſes, aut etiam annos. Sicque perfectè detergentur viſcera, ut ſtomachus & reliqua membra interiora, à tartareis & mucilaginoſis impuritatibus, quæ tunicis eorum obhæreſcunt. Atque ſic etiam una & eadem opera corroborabuntur. Ita demum fluidi reddentur humores: atque hoc ipſum eſt quod *Hippocrates* præcipit quum dicit: *Ubi quis corpora purgare voluerit, oportet fluida prius facere*. At mehercle video paucos hodie noviſſe quid ſit illud *fluidum reddere*. Nam ſi, uti convenit, talia reddantur, vix levi pharmaco aliquo opus eſt ad exturbanda, vel fluida, vel quicquid humoris etjam peccantis reſtare poſſit. Semel namque natura victricem manum admovens, non ceſſat, donec omnem ejiciat hoſtem. Et boni iſti tribus vel quatuor diebus id peragere tentant. Tentant ſanè, nec efficiunt quod ſperant. Nam ut fluida reddantur quæ intus latent morborum cauſæ tenaces, tempore opus eſt, & natura functionibus ſuis adjuvante, cum craſſa difficulter moveantur ex medicorum decreto. Hoc autem non fit brevi, ſed arte, tempore, longa atque continuata vivendi ac medicandi induſtria: & quidem tali quæ nec partes proſternat, nec naturam frangat, aut moleſtet, nec ullam effatu dignam, vel corpori, vel naturæ interiori creare poſſit moleſtiam. Sic medicandum eſt: ſic expellendæ morborum cauſæ: ſic denique morbi ſanandi: ut natura & vigor ille vitæ, verus morborum antagoniſta, atque expulſor conſervetur. Quem, cave credas alium eſſe, quàm ipſammet naturam, ſeu balſamum naturæ, ſed interim efficaci remedio adjutum. Poſtquam ergo fluida reddita fuerint corpora, natura per ſe, per criſim, ut per alvum, per urinas, per ſudores, aut alias vias excrementorum ſic ritè præparatorum, exitum molietur certis temporibus, ſed tum præcipuè, quando à moleſtantibus cauſis divexata fuerit, ipſa interim artis & medicamenti ope victrice exiſtente. Immò vel abſque arte tandem hoſtem ejiciet, ubi vires nuperas recollegerit.

Digeſtio ſeu fermentatio tartarea ſuperfluitatis.

Cauſa expellenda, morbus ſanandus, natura roboranda.

Ergo ut ad has operationes, purgante aliquo naturam promoveamus: hoc eſt impedimenta ſublevemus: quo melius illud præſtare poſſit, purgans in eam rem præſcribemus: ſed facile illud, nec nauſeam movens, interim ex dogmaticorum penu depromptum, ſed arte noſtra elaboratum.

Purgans lene.

In eodem igitur hydromelite

Digitized by Google

adſentum colorem per aliquot dies macerabis *flores recentes violarum* (nam talia ſuis, hoc eſt, convenientibus temporibus paranda ſunt) *perſicorum, roſarum pallidarum, florum prunorum ſylveſtrium*, & purgans efficies gratum, quod abundè ſeroſitates evacuabit. Quod ſi efficacius reddere voles, addes aliquid *radicis mechoacam*, in taleolas ſectæ atque ſiccatæ. Sed longiuſcula opus eſt digeſtione. Nam hæc ſola & vera eſt correctio ejuſmodi remediorum. Adjicies tamen aliquid, ſi lubet *cinnamomi, aut ſeminis aniſi* in eadem infuſione, ut gratior fiat potio, atque correctior: cujus doſis eſt duarum unciarum, quæ ſufficienter purgabunt. Aut ſi virturem etiam augere lubeat, & ſimul purgare efficaciter atque benignè, humores craſſos atq; ſeroſos: aut etiam purgans ſpecificum efficere in hoc affectu: addes *ſennam, vel turbith, album & gummoſum, aut hermodactylos*: aut de ſingulis aliquid. At diu digerenda ſunt in prædicto hydromelite ut dictum eſt. Nam à calore extrinſeco adjutus calor interior, fermentari incipiet, digeri, atque tandem bullire & depurari: ſed longè alio atque nobiliori modo, quàm in officinis vulgò fieri conſuetum, levi eaque momentanea ebullitione unius ſemihoræ, aut horæ integræ ad ſummum. Ebullitio ſi quidem hæc atque digeſtio, non tam ab externo calore, quàm ab interno: Imò ab hoc vel multò etiam magis. *Omne enim optimum, quod à natura fit*. Quid tum fiat, ſi natura artis ope fuerit adjuta? Nimirum & coquetur & digeretur, & depurabitur: ſed absq; ullo albumine ovi: fietque magna ſeparatio impuri, quod in fundo reſidebit, à puro, limpido atque claro, quod vini diluti inſtar ſupernatabit. A tali medicina utique, nec nauſea nec vomitus, niſi ei exorietur, cui vel nomen medicinæ exoſum: At qui ſemel ſumpſerit: ille & gratiam commendabit, & effectu commendabiliori ſine dubio fruetur. Sic purgabuntur humores tutò atque jucundè: fidem faciet ipſamet dejectio.

Tales purgationis rationes plurimas, tam vini quàm hydromelitis forma in noſtra pharmacopœa reſtituta, juris publici facio. Poteſt etiam prædicto hydromeliti ſuo tempore *flores prunorum domeſticorum* addere. Itemque *roſas muſcatellinas*. Nam his & excellentem & gratiſſimam efficies purgationem. Talia quippe aut ſimilia in hydromelite (quod verum eſt nectar cœleſte à rore nimirum collectum) materia, quâvis caſſia, quovis ſyrupo magiſtrali: quavîſve alia purgatione vel gratiſſima, viſa ſunt præſtantiora: ut ceſſent hic *ſyrupi magiſtrales* ubi iſtud adſit. Quod ſi ſyrupi placeant, eorundem trademus deſcriptionem, in noſtro prædicto libro. Porrò à prædicta potione non opus eſt cuſtodia, aut ut patiens maneat domi: ſed liberè exire poteſt ad negocia. Placidè enim ad naturæ officium vocabitur, nulla vi nullaque naturæ proſtratione: tantùm abeſt ut ſtomachus quicquam, vel aliud, ullumve viſcus ab ea patiatur. Syrupi.

Sed

Sed continuato uſu opus eſt. Nam ita demum fluida reddentur corpora ad excretionem; malique ferocia, ſi vel altiùs radices egerit, domabitur, nec quicquam ab eo natura gravabitur. Nec dubito hanc meam ſententiam, à quovis ingenuo & candido medico approbatum iri; velint modò etiam quod unicè opto & ſvadeo, relictis impuris & nauſeam moventibus apozematis hujuſmodi artificioſioribus digeſtionibus, & medicamentorum præparationibus ſtudere, atque uti. Norunt enim (nec nos fugit) in medio uſu iſtarum coctionum vulgarium, quæ tamen vix ad quatuor dierum ſpatium conſervabuntur, ſæpè deſiſtendum eſſe: quod æger propter ingentem, quam concepit, nauſeam, vel dicto provocabilem, faſtidiat ejuſmodi apozemata. Hoc autem non fit de *hydromelite* illo, aliiſque tam præparantibus, quàm purgantibus quæ publici juris feci *in Pharmacop. Dogm. reſt.* cum aliis rariſſimis at nobiliſſimis præparantibus omnibus generis morbis accommodatis: doceo præclara *Extracta, Electuaria liquida, ſolida, corroborantia, purgantia*, ſed mitiſſimè, & unius drachmæ doſi, cum in vulgaribus, vel unciæ vix ſufficiant: ſed longius protrahor quàm ſperaram.

Pulvis diaſenna Quercetani.

Salutare & benignum quin etjam purgativum eſt pulvis noſter *Diaſenna*. Concinnatus eſt *ex ſenna, ex cryſtallo tartari purgantis & aciduli*, quæ duo baſim conſtituunt. Adjectum eſt aliquid ſaccari & aromatum ad majorem gratiam: faciliimè aſſumitur: eſt enim gratus nec nauſeam movet, ut ne os quidem ſit colluendum, vel alia facienda, poſt purgantia aſſumpta fieri ſolita. Doſis eſt à cochleari ſemis, ad cochlear unum argenteum pro natura ægrotantis. Quo ſumpto ſtatim hauries juſculum. Eſt enim familiare & egregium purgans, naturæ convenientiſſimum. Non addo hinc deſcriptionem, quam doceo in noſtra prædicta pharmac. Porrò loco pilularum Elephanginarum, Maſtichinarum, de aſſajeret aut ſimilium, quarum uſus eſſe ſolet creber ante paſtus ad corroborationem ventriculi, atque hepatis, eorumque expurgationem à tartareis & viſcidis impuritatibus. Harum, inquam, loco *Pilulæ ſequentes*, inſervire poterunt, quibus affines *Panchymagoga Pharm. Reſt.* Primo præparetur Aloe cum ſucco Endiviæ d. l.

Pilulæ ſtomacho. Hepaticæ ad tartareos humores.

Hæc aloe ſic rectè præparata erit baſis noſtrarum pilularum: quam pones in vitrum, affundendo ſuo tempore *ſucci florum violarum* optimè depurati in balneo maris (ut docebimus *in noſtra pharmacopœa reſtituta*) ℥iiij, niſi neceſſitas urgeat, expecta donec tota inſpiſſetur in conſiſtentiam aloës: quod ad calorem Solis fieri poteſt. At ſi promptè perficere voles, exhalare facies aqueam humiditatem ſuprà cineres, donec redeat in conſiſtentiam mellis. Adde rurſus *ſucci primulæ veris* optimè depurati ℥iiij. aut ſi voles ut citius res peragatur, *florum ſuccos* qui eodem tempore florent, ſimul & junctim affundere potes. Item

Digitized by Google

Succi florum pruni domeſtici & ſylveſtris ℥vj.
Roſarum pallidarum,
Florum cichorii ana ℥viiij.
Florum calendulæ ℥iiij.

Omnes hos ſuccos probè depuratos, aloe conſiſtentiæ mellis affunde, vel ſimul plures, vel ſeorſim ſingulos, prout libuerit: Et ſubinde digere & coque ad lentum calorem, dum ad priſtinam conſiſtentiam redeat. Quod ſi in principio aloes fuerint in tantum unciæ quatuor, jam ad decem adauctam ejus maſſam videbis, ab extractis ſuccorum quos adjeciſti. Huic maſſam adde

Foliorum ſennæ electorum, & in tenuisſimum pulverem redactorum ℥j.ß.
Rhab. pulveriſati minutisſimè ℥j.
Myrrhæ ℥ß.
Croci ʒj ß.
Macis ʒj.

Hos pulveres paulatim admiſce prædictæ maſſæ optimè miſcendo, & malaxando, addendo aliquid ſyrupi roſati ſolutivi, ſi opus ſit, ut omnia redigantur in debitam maſſam pilularum. De qua formabis pilulas duas magnitudine piſi, quas ſumes paulò ante cibum, vel prandii, vel cœnæ, prout libuerit.

Specificum arthriticum Eadem baſis aloës miſceri poterit *cum ſucco eſulæ, extracto ſennæ, hermodactylorum,* aliorumq; purgantium prædicto modo præparatorum: & fiet ſpecificum purgans pro arthritidis præcautione, doſis eſt pilulæ duæ, quæ ſufficienter purgabunt.

Addam & deſcriptionem pilularum meatum *belleborinarum, antipodagricarum,* quas voco. Nam & alias antepilepticas dictas parare ſoleo, & plures alias diverſis morbis accommodatas. Præſtans eſt hoc remedium ad ipſam etiam *arthritidem, hæreditariam aut inveteratam:* & in qua vulgata remedia nihil proficiunt. *Pilulæ helleborinæ arthriticæ.*

Accipe radicum belleb. nigri tranſplantati in aliquem hortum, vel qui in aliquo loco calidiore creverit, non in montium jugis ℥iiij. depurentur optimè ab omni immunditie, atque terreſtreitate. Bulliant integræ in menſura *vini rubri* optimi, in quo adde

Cariophyllorum, ſeminum citri ana ℥ß.

Bulliant omnia ſimul in olla terrea vitreata per quartæ horæ ſpatium. Poſtea aufer vinum & radices ſiccato ad ignem lentum: ſiccatas craſſiuſculè contunde. Similiter ſeorſim pulveriſa craſſiuſculè

Hermodactylorum ℥iij.
Pulpæ colochyntidis ʒj.
Rad. angelicæ & gentianæ ana ℥j.
Pulv. ſaniculæ.
Centaurii minoris.
Hyperici ana ℥ß.
Pulveris chamadryos.
Chamepityos.
Florum primulæ veris & betonicæ. ana ʒvj.
Pulveris ſeminum cardui benedict.
Acetoſæ & ſem. citri ana ℥j.
Seminum aniſi.
Caryophyllorum ana ℥ß.
Croci.
Caſtorei electi ana ʒiij.

Omnes

Omnes iſti pulveres ſecundum artem probè inter ſe mixti ponantur in cucurbita vitrea ampla, affundendo ſeri lactis per deſtillationem facti quod ſatis ſit, ut prædicti pulveres benè humectentur, quod videbis, ſi probè miſceas in vaſe: tantum autem affundes, ut duos vel tres digitos ſupereemineat. Claudatur & obturetur vas probè, ne quid expirare valeat: & pone ad digerendum in balneo maris per dies ſex ad minus. Poſtea liquorem effundes, & materiam intra linteamina conjectam torculari exprimes, ut omnis liquor ſubſtantificus extillet: quem digere in balneo calido, in vaſe optimè clauſo, & materiam poſtea digere denuò, & purifica, atque omnem humiditatem exhalare permitte, donec reſideat conſiſtentia craſſitudine mellis: Ad cujus materiæ ℥ vj. adde *ſennæ* ℥ij. & fiat maſſa pilularum: quarum doſis ℈j. pro pauperibus. Sed pro te, tuæq; conditionis hominibus, melius adhuc præparare oportet. Nam prædictus liquor, poſtquam ritè fuerit digeſtus, infundendus in cucurbitam vitream cum recipiente, optimè juncturis obſignatis, ne ſpiritus, qui ſubtiliſſimi ſunt, exhalare poſſint: Pone ad ignem cinerum mediocrem, aut ad ignem balnei vaporoſi, ſi melius efficere velis, donec omnia deſtillent ad ſiccitatem uſque. Liquorem extillatum ſerva in vaſe bene clauſo: cum quo & ſaccaro roſato aut violato fit *ſyrupus purgans præſtantiſſimus.*

Syrupus purgans præſtantiſſimus.

Sed ut fiant noſtræ *pilulæ helleborinæ*, ita procedendum.

Si prædicti liquoris fuerit libra una, addes

Rhab. pulveriſati ℥j.
Pulver. ſennæ.
Agar. trochiſcati & in pulverem redacti an. ℥ vj.
Pulveris hermodact. ℥ß.
Maſticis ℥ij.
Aromat. roſ. Gabr.
Diamoſchi dulcis an. ℥iij.

Omnibus his pulveribus probè mixtis affundes prędictum liquorem, ſenſim imbibendo ad lentiſſimum calorem, donec prædicti pulveres omnem liquorem imbiberint. Adde ſub finem eſſentiæ *aloës præparatæ* ut dictum, ℥iij. & fiat maſſa pilularum, addendo ſub finem inter malaxandum aliquid ſyrupi myrtillorum. Diu ac multum malaxentur, & piſtillo tundantur.

In *podagra* confirmata, aut in qua jam nodi fiunt, atq; tophi datur ℈j. ex quo duæ exiguæ pilulæ formantur, quas capiat ſingulis ſeptimanis ſemel, ſuperbibendo juſculum, in quo bullierit *acetoſa, borrago, bugloſſum, portulaca* & his ſimiles herbæ refrigerantes, idq; continuandum à Novembri ad finem uſq; Aprilis. Poſtea adveniente tempore æſtivo ceſſandum. Hoc remedium ad radicem uſq; mali pertingit, & ſervit tam præcautioni quàm curationi. *Valent & eædem pilulæ in aliis plurimis morbis chronicis & contumacibus.*

Pro divertentibus & revellentibus, nihil eſt quod addam. Quantum verò pertinet ad roborantia tam univerſalia, quàm particularia, nus loco *Robo, attouo ſ*... *tum.*

Digitized by Google

alia *anodyna*: alia *narcotica*: quorum ſeriem aliunde habes. Ex quibus parantur variæ formulæ remediorum ad ſedandos dolores accommodatorum.

Ex *Galeni* præſcripto jam dictum ſit, in magnis doloribus & cruciatibus, ſtatim ad compeſcendos eos animum eſſe adhibendum, relictis etiam aut poſtpoſitis tantiſper aliis intentionibus, donec doloris carnificina ceſſet. Nihilominus tamen ſunt inter dogmaticos nec infimi quidam, qui tamen volunt ſemper generalia præire particularibus atque topicis. Quapropter etiam tum quando dolor premit ægrum, v.g. *arthritidis* purgant aliquo leniente. Præterea frequentes injiciunt clyſteres, ac *in ſummis & intolerabilibus cruciatibus*, tandem etiam recurrunt ad venæ ſectionem: quam tantopere tot locis *Galenus* celebrat ad ſedationem doloris. Ergo ſi dolor fuerit *in pedibus, aut genibus*, ſanguinem mittunt ex baſilica, aut mediana brachii dextri, aut ſiniſtri: in qua & lienarem ſecant. Si *in brachiis aut manibus* dolor infeſtet, venam ſaphenam aperiendam præcipiunt: & conferre aſſirmant multum ejuſmodi ſanguinis miſſiones in tempore factas *in omnibus doloribus*, maximè verò in temperamentis bilioſis & melancholicis, quibus etiam ſpeciatim hæmorrhoidas provocant ſanguiſugis.

Probo autem omnes intentiones generales, atque ſcopos, quos ſuſcipere poſſunt docti & experti medici: Interim non video, quid gratius atque utilius ægro adferri poſſit, quàm certum & tutum levamen, tum quando maximè excruciat, & in eum carnificinam exercet dolor. Hîc clamat, hîc opem poſcit æger. Quid fit? Accurrunt medici plerique, & cataplaſmata applicant confecta ex mica panis cum lacte & croco addito pulvere roſarum & chamæmeli, fiuntque variæ formæ ex ſupradictis rebus ad ſedationem doloris. Sed quali id fiat cum ęgri levatione, norunt miſeri v.g. arthritici, & lugent. Nam iſta omnia vanè, & ſine ullo profectu. Ipſe verò medicus aſtans, non minùs ſæpe rubore ſuffunditur, & pudore, quàm æger ipſe dolore. Quod videns dolore preſſus, relicto ſæpe medico, alioquî docto, ad extrema recurrit: & nunc opem ab ignorantiſſimo quodam ruſtico, nunc à Judæo, nunc ab empirico neſcio quo, nunc à vetula repoſcit: ſecreta exiſtimans quæ ab ignaris proficiſcuntur: quaſi à quodam, neſcio quo genio ipſi eſſent inſpirata. Et dolendum ſanè unicuiq; ſe medicum profitenti ſtatim credi: cum in nullo mendacio periculum ſit majus. Sed mundus vult decipi, decipiatur ergo.

Singula vulpino more modoq; patent.
Singula vulpino tegmine tecta latent.

Quapropter adhibentur interdum res, remediorum loco, quarum nec vis, vel virtus, vel facultas talia pręſtandi, nec ratio ulla ineſt. Ideo dico, ut oſtendam in ejuſmodi paregoricis, nullam aut exiguam eſſe dolores ſedandi certitudinē quacunq; tandē forma & modo fuerint adminiſtrata. Quod ſi præ doloris ferocia neceſſi-

ceſſitas cogat (ut ſæpe ac nimis fit) recurrere ad narcotica: illaq; non aliter nec majori artificio adminiſtrata, quàm ſolent vulgò tum interdum quidem ſedatur dolor, ſenſu nimirum partis extincto. Sed ex podagrico tandem fit contractus & claudus. Quare ejuſmodi narcoticorum electio, præparatio & adaptatio artificioſa, ſummè neceſſaria eſt, ut his ſanè rebus medico neceſſariò incumbendū ſit, ſi ægrorum ſaluti, & honori, & artis dignitati conſultum velit. Perquirere igitur eum decet, quæ verè paregorica ſunt, etiamſi nō pugnent qualitate manifeſta, ut vulgo poſtulant. Perveſtiganda etiam, quæ propriè & ex effectu anodyna ſunt: nec magnopere reſpiciendum quid calore con-temperet: denique vera comparanda ſunt narcotica, non ſtupefactiva, & quæ ſenſum auferant, quales ferè ſunt opiatæ & mandragora, atque his ſimilia: ſed quæ verè narcotica ſulphurea ſunt diſcutientia ac reſolventia: qualia ſunt ſales vitriolati, atque mercuriales: & ſi ad qualitatem reſpicias manifeſtam, potiùs calidæ quàm frigidæ poteſtatis: quæ remedia ſubitò, & quaſi incantamento quodam dolorem ſedare poſſunt ad miraculum etiam uſq; tum ægri, tum eorum qui adſtant. Senſus verò, ceu jucunditate quadam perfundunt, ſive intrò aſſumantur, ſive extrinſecus applicentur, ut fateri cogatur æger vere ac propriè eſſe medicinam dolorum: quale fuit quondam Nepenthes illud Helenæ.

Vera Anodyna.

Contribuamus ergo & nos talentum noſtrum nobis à Deo optimo maximo poſt diutinam perveſtigationem benignè conceſſum.

Laudanum.

Remediorum internorum vices abundè ſupplebit meum *laudanum*, quod jam à multis annis *Nepenthes* appellavi, propter eximias virtutes quas habet, non tantùm *ad ſedandos dolores, ſed etiam fluxiones ſiſtendas, inflammationes prohibendas & extinguendas, &c.* Doſis eſt granum unicum magnitudine grani piperis minimi. Nimirum tale longè aliud comperies, quàm Philonium illud officinarum, aut pilulas de cynogloſſo, aliaque his ſimilia, quæ pro baſi habent opium. Non quòd improbem opii uſum, quod ſcio etiam ingredi theriacam, quamvis longè aliter præparatum velim, quàm fit à vulgo. Præparationem legitimam docebo alibi. At noſtræ opiatæ longè ſunt alterius naturæ, quæ potiùs ſunt nitroſulphureæ, & per conſequens calidæ potiùs quàm frigidæ, ut ex deſcriptione ejuſdem facilè deprehendes.

Deſcribam autem hîc formulas quaſdam verè Anodynas & paregoricas, communes tamen atq; deſumptas ex ſchola dogmaticorum: at quæ electione & præparatione vulgata illa longè antecellunt, cujuſmodi ante me pauci hactenus, vel ediderunt vel in lucem emiſerunt. Poſtea ſubjiciemus & illa, quæ Spagyrici multa inquiſitione, & diligenti anatomia interna rerum, ipſarumque adeò metallicarum invenerunt, & iis fœliciſſimis auſpiciis haud ſemel poſtmodum uſi ſunt. Quibus ſanè multa

Digitized by Google

multa tribuo: & ſpero iiſdem me plus ſolatii allaturum, quàm omnibus iſtis formularum centonibus, qui paſſim proſtant. Formulas autem has, huc conferam in eum finem, ut quilibet uti poſſit, & frui.

Anodyna generalia ad dolores podagricos.

Oleum viſci pomorum Quercus. ℞. Foliorum viſci pomorum minutim conciſorum ℔. ß. florum verbaſci albi, chamæmeli, liliorum, ſambuci, hyoſciami omnis generis cum ſuis capitulis (quæ pericarpia, vaſcula, aut thecas ſeminum appellant herbarii) recentibus, necdum perfectè maturis ana p. j. ramularum viridium, aut earum loco, ſpermatis ranarum, quod in ſtagnis & purgitibus ſub initium Martii reperiri ſolet ℔. j. ſeminis papaveris albi contuſi ℥iiij. cancrorum ſeu aſtacorum fluviatilium itidem conquaſſatorum cum ſuis cruſtis num. xx. limacum rubrorum, & lumbricorum terreſtrium utrorumque prius ex optimo vino albo lotorum ana ℥iiij. pingvedinis taxi ℥vj. ſpermatis ceti ℥iiij. olei violati, aut nenupharini, recenter facti ℔ vj. Aut ſi voles ejus loco accipies olei olivarum tantumdem. Si tempus permittat, & occaſio non urgeat, conjecta in vas vitreum conveniens & probè obturatum, pones in vino æquino per ſeptem aut octo dierum ſpatium. Aut ſi neceſſitas urgeat, & citiùs abſolvere velis, bulliant omnia in vaſe cupreo ad ignem per duas horas: poſtea fortiter exprime. Quod etiam facies, ſi ad digeſtionem in fimo collocaveris. Huic oleo, ab aquoſitate per coctionem ſecundum artem ſeparato, addes croci ℥ij. camphoræ ʒß. Omnia infundantur in vas vitreum, & denuò collocentur in fimo, aut in balneo, aut ad Solem per aliquot dies, Et

Habebis balſamum præſtantiſſimum, ad ſedandos quoſvis dolores podagricos. Valet etiam ad puncturas nervorum, ad contracturas & dolores, qui ab iis excitantur. Et ſvalerim profectò omnibus pharmacopœis paratum haberent, cùm eo nihil habeant præſtantius, & cujus uſus ità frequens eſſe poſſit, ut fortè ne multa vaſa plena ipſis ſufficere poſſint. Quapropter & idem dabimus in pharmacopœa noſtra reſtituta.

Cataplaſma anodynum ad omnis generis dolores podagricos.

℞. *Medullæ caſſiæ* ℥iiij.
Theriacæ recentis (quò recentior fuerit, eò melior) ʒß. *Remedia antipodagrica*
Farinæ hordei & avenæ ana ℥iij.
Micæ panis albi ℥iiij.
Lactis vaccini ℔ij. *vel iij.*

Coquantur omnia in formam cataplaſmatis, quod applicabis calidè partibus dolentibus. Si addideris ℥j. *vitrioli calcinati* & ſubtiliſſimè pulveriſati, multò præſtantius efficies.

Aliud cataplaſma.

℞. *Aquæ deſtillationis verbaſci albi, &* *Aliud.*
Filicis cum toto ana ℔ ß.
Vitrioli calcinati ut prius, & mundiſſimè triti ℥j. ß.

Digitized by Google

Farinæ avenæ ℥iiij.
Croci ℥ij.
Fiat cataplaſma.

Aqua antipodagrica.

Infeſtantibus maximis doloribus, parte rubore & multo calore oppreſſa, confert plurimum aqua ſequens, ſuo tempore parata, ex mea deſcriptione.

Aqua antipodagrica.

R. *Aquæ deſtillationis ſpermatis ranarum.*
Tapſi barbati &
Filicis ana ℔.j.ß. In his macera
Tutiæ
Lithargyri ana ℥ij.
Vitrioli calcinati
Aluminis ana ℥j.

Foveantur partes dolentes tepidè, ſæpè nova immerſione renovando linteamina. Poteſt etiam foveri locus dolens, aut propria ægri urina, vel cum ſale fuſo, in liquore conveniente diſſoluto, vel ſalis muria.

Aqua alia antipodagrica præſtantiſſima, quæ omni tempore ferè parari poteſt à D. Michelio, patricio Lucenſi, *doctiſſimo medico communicata.*

Alia.

R. *Saponis Genuenſis albi* ℥j.
Salis fuſi ad fortisſimum ignem ℥j.ß.
Vitrioli ℥j.
Acaciæ ℥ß.

Bulliant omnia in menſura, ſeu pinta aceti roſati, aut alterius communis. Cola, & de colatura tepidè foveatur pars dolens.

Emplaſtrum excellens, quod ſuperpoſitum nodis & tophis podagricis, eos diſſolvit.

Emplaſtrum.

R. *Olei viſci pomorum noſtræ deſcriptionis* ℔j. *aut* ℔ ij. Calefiat in vaſe ad ignem. Calefacto adjice
Saponis raſi ℥iiij.

Miſceantur ſemper probè cum ſpatula, donec ſapo cum oleo bene incorporetur. Poſtea adde
Ceruſæ venetæ.
Litharg. an. ℥ij. (ſemper miſcendo cum ſpatula)
Vitrioli ad rubedinem calcinati, & pulveriſati ℥j.
Cinnabrii ℥ß.

Semper agitabis dum adjiciuntur prædicta, donec optima fiat emplaſtri conſiſtentia.

Applicabis nodoſitatibus, Conducit etiam ad tophos venereos, ad omnes calloſitates, atq; ulcera phagedenica.

Atque hæc ſunt quidem remedia præſtantiſſima, quæ ex dogmaticæ ſcholæ præſcripto parari poſſunt.

Specifica remedia chymica.

At longè nobiliora efficacioraque remedia, ex minerarum familiâ depromuntur, quæ ad ſedandos dolores, nulli alteri cedunt, ut experientia multijuga compertum habeo.

Ergo *calcem vivam* per quinq; vel ſex dies immerge in aquam fontanam, ut ſal ejus elicias: Aqua autem ſupereminear calci ad quatuor vel quinque digitos. Hujus *aquæ accipe* ℔iiij. In qua *laminam chalybis* ferventis duodecies, aut etiam ſæpius extin-

Aqua præſtantiſs. extingues. Poſtea in eandem immerge *as uſtum in pulverem redactum* ad ℥iiij. *cinnabrii* ℥ß. Stent per quatuor aut quinque dies, & viridem ea aqua acquiret colorem ex vitriolo interno æris uſti.

Et habes excellens remedium ad ſubitò compeſcendos dolores.

Sunt qui loco prædictorum addant mercurium diſſolutũ in aqua forti: ſed melius, magiſque placet ratio prior: quamvis & hæc quoque ſit bona, atque probata: quamque à nonnullis audivimus eſſe eandem, qua fœliciſſimè uſus eſt *Martinus Rulandus* vir percelebris, ut videre eſt in ejus curationibus empiricis.

Denique omnino neceſſarium eſt ut talia metallica præſtent hos effectus: & inter omnia, potiſſimum vitriolum. De cujus ſtirpe ex ſententia Spagyricorum eſt quoque *cuprum*. Quæ metallica ſulphur in ſe continent verè narcoticum, non frigidum aut ſtupefactivum, ſed tale quod corporeas materias diſſolvere & ſpirituales coagulare poſſit. Aut in prædicta aqua vel infuſione addi poſſunt *marcaſita, antimoniũ & ſimilia:* Omnia in eum finem, ut ſal ex iis eliciatur. Aut in eadem aqua decoquantur.

Flores verbaſci albi.

Flores & cortices ſambuci: & in eadem per biduum aut triduum macerentur ℥iiij. *vel v. colchotaris, vel fœcum* quæ reſtant poſt aquæ fortis extractionem: qua aqua tepide foveantur partes dolentes, cum linteaminibus ſæpius iteratis.

N. *Phlegma vitrioli ſuo proprio ſale & ſulphure narcotico impragnatum, ſingulare quoque eſt ſpecificum remedium.* NB.

Quemadmodum etiam viriditas, ſeu *oleum ſalis marini* qui nobis in cibos venit: ac in eo tantum intincto linteamine partes dolentes oblinantur.

Aqua antipodagrica Quercet.

Reſervo mihi meam *aquam antipodagricam*, tum quia difficilior ejus parandi modus; quàm ut à vulgari pharmacopœo confici poſſit: tum verò mihi tanquam veterano militi, aliquid athletici artificii reſervandum eſſe cenſeo. Dicam tamen unicum eſſe ſingulare, nec vulgari induſtria à me conquiſitum, interim certiſſimum atque tutiſſimum remedium. Dicamne?

Aqua antipodagrica Quercet. præſtantiſſima omnium.

Fit ex aqua fontana ſimplici, in qua iteratè & aliquoties extinguo quædam metalla, ♀ & ♂ cui addo duas ſubſtantias metallicas, (*vitrum* ℥ii *&* ☿ *albi*) quas vel per os ritè præparatas dare ſolemus, quarum ſpiritus impreſſi in aqua prædicta, vim ei tribuunt penetrandi ad radices uſque morbi, atq; verè reſolvendi & evacuandi materias tartareas, gypſeas, atque ſales in juncturis concretos: à quibus tam intolerandi dolores excitantur. Nam ingens eis ineſt vis diſſipandi omnis generis gummi, tophos & nodoſitates podagricas,

Digitized by Google

gricas, ipſasq; adeò etiam venereas, ut experimento confirmare poſſumus. Ad hæc vim habent reprimendi, atque contemperandi ſimul earum acrimoniam, adeoque prohibendi novas generationes, atque influxus materiæ tartareæ. Ut paucis dicam, vera ea ſunt reſolventia & refrigerantia ſimul: ſed longè præſtantiorum vitium, quàm oxycrata, aquæ plantaginis aut ſolani, aut talia, quæ à vulgo parari ſolent: quæque obſtruunt potius atque incraſſant magis materiam tartaream, gummoſam atque gypſeam, jamque plus ſatis craſſam, atque in articulis & junéturis contentam: ac proinde dolores poti⁹ ingeminare & augere, quàm ſedare aut placare ſolent. Sed ſufficere poſſunt prædicta: cum ſciam talia à nemine unquam ante me tam dilucidè explicata. Quid, inquies, gloriaris ſenex? Juvenile hoc eſt. Audi amicorum ſumme. Glorior, ſed in vera, non momentanea vel levi illa gloria, quæ merè juvenilis eſt. Hanc autem mihi conceſſit Deus, peperit labor. Nec tamen mihi adeò Suffenus ſum, ut Nemeſim non ſemper poſt me ſtantem reverear atque obſervem. Sic ſoleo, nunquam non mihi eſſe ſimilis, & interdum poëticas meas nugas gravioribus inſerere. Neque hîc maximopere curo Cenſores naſutiores, obgannientes fortè livida nare, & fronte ſuperciliosa: quod uni & eidem remedio tribuam, vim reprimendi aut repellendi, & attenuandi: quodque confidenter aſtruam & aſſeverem, illud idem vim habere coagulandi & diſſolvendi. Sunt enim quæ dico, talia, quæ oculis objicere, & manibus palpanda exhibere poſſum. Talia enim & jam dictis & aliis metallicis tribuimus, quæ præſtant beneficio ſalis, quem in ſe continent, & aquæ prædictæ communicant ac imprimunt, beneficio macerationis atque infuſionis, qua & acrimonia materiæ tartareæ atque ſalſæ tollitur. Quapropter eodem medio refrigerant & attenuant, reſolvunt, diſſipant atque conſumunt, cauſam conjunctam hujus mali. Et per conſequens ſunt vera paregorica, gemina anodyna & ſpecifica narcotica dolorum.

XI.

DE DOLORE.

De dolore. Cum de *dolore* doctrina, à priſcis philoſophis & medicis adhuc non ſit nobis ſatis enucleatè propoſita, noſtrique dogmatici longè à ſcopo

ſcopo aberraſſe videantur, par eſt de eo, aliquid dicere, ne quid intactum, nobis excidat.

1. *Dolor quid ſit.*

Docent dogmatici dolorem, triſtem eſſe ſenſationem à ſubita & violenta mutatione factam, ſenſui tantùm tactus propriam.

2. *Pars affecta.*

In partibus tantùm ſentientibus hanc affectionem doloris repoſitam eſſe volunt: Verùm quid ſit illud quod ſentiat in parte aut membro, non exprimunt. Iſtius autem ſenſationis cauſam eſſe volunt alterationem, & ſolutionem continui. Alterationem quidem fieri ab intemperie qualitatum elemenrarium: Solutionem verò continui, ab inciſione ferri, aduſtione ignis, & acribus humoribus corrodentibus vel inflammantibus, & id genus aliis. Humores ejuſmodi volunt ſecunda illa corporis elementa, ſanguinem, pituitam, & utranq; bilem, ſeſe in diverſas figuras inſtar alterius Prothei convertentia. Ubi adhuc hærent, quum non explicent, quid ſit illud quod tam acutum ſenſum habet ſentiendi. Etſi enim veras cauſas doloris afferrent, vereq; affirmare poſſent corpus eſſe quod patitur. Quum tamen cadaver formam adhuc & ſubſtantiam corporis retinens, omnem tamen ſenſum depoſuerit, ut dolori ampliùs non ſit obnoxium: ſequitur aliquid eſſe in corpore aliud, quàm craſſam illam corporis materiam, quod ſentit, & corpori omnem ſentiendi facultatem impertitur: Quid illud autem ſit, norunt hermetici: Qui (ut dogmatici) agnoſcunt quidem materiam & formam corporis: ſed virtutes omnes vitales, non craſſæ illi materiæ adſcribunt, ſed ſpirituali ſubſtantiæ. Triplicem igitur hominis agnoſcunt eſſe ſubſtantiam, unam terreſtrem & elementarem, alteram aſtralem & cœleſtem, tertiam verò divinam, de qua hac ultima hîc nobis ſermo non eſt futurus. Terreſtris aut elementaris corpori materiam ſubſternit. Aſtralis verò ſubſtantiam ſpiritualem, quæ balſamus vitæ eſt, in quo vita, ratione & vi ſpirituum aſtralem facultates omnes toti corpori ubique ſuppeditat.

Cùm igitur in vita poſitæ ſint ejuſmodi vires omnes: vita vero conſtet ſpirituali balſamo: ſequitur in ſpiritibus balſami omnes facultates corporis eſſe reconditas. Ergo & illa vis ſentiendi in illis poſita eſt.

Quid eſt igitur quod ſentit & dolet?

Spiritus ſcilicet ille aſtralis per totum corpus diffuſus, qui omnes etiam alias corporis functiones per ſua inſtrumenta obit. Ergo ſi ſpiritus patitur, à re corporea pati non poteſt, præterquam à ſibi ſimili, hoc eſt à corpore ſpirituali, vel à ſpiritu corporali. Dum enim concurrunt ſpiritus corporei, inter ſe contrarii & repugnantes, turbas excitant, & bellum movent: ſiquidem ſpiritus ſpiritui bellum infert, ut inimicus inimico: *Quid ſit quod dolet.* qua-

Digitized by Google

quales videmus eſſe venenoſos ſpiritus, qui ſpiritibus noſtris ſalutaribus vim inferentes, tandem vitam illis ſubtrahunt ſi fortiores fuerint. Sic calor alterans ut vocant dogmatici, ſi intentior eſt igneis ſpiritibus ſuis, per cutem ſubit ſpiritus noſtros, ubiq; per totam cutem diffuſos (ut nulla ſit cutis atomus quæ vita aut ſpiritu ſuo vitali careat,) ac noſtros violentia ſua offendit & lædit: Qui alioqui ignei ſpiritus, quum benigniores ſunt & moderatiores, imminutum frigore, vel alia re noſtrum calorem fovent, nedum deſtruunt, ut non ſecus afficiantur noſtri ſpiritus ab adurente calore, ac ſuffocatur vita noſtro ciborum ingluvie, & nimia eorum copia. Quanquam præter quantitatem, alii cibi ſua qualitate lædunt & moleſti ſunt. Quod præſtat vehementior calor, idem efficit ferrum, ſed alio inſtrumento & alia proprietate: ſiquidem dum in corpus intruditur, harmoniam & compagem corporis quam ſpiritus corporis ſuſtinent, diſſuit: idcirco ipſos ſpiritus afficit ipſos vellicando & pungendo, illorum ſcilicet continuum ſolvendo & diſſecando, qui ſoli vim ſentiendi obtinent, eamque ex conſortio corporis cum omnibus membris communicant. At quòd varius ſit dolor & multiplex, benè quidem dogmatici, quum diverſas ſpecies illius conſtituerant, ut alium pungentem, alium gravem, alium ſtimulantem, alium diſtendentem, alium ulceroſum, & id genus alios ſtabilierunt. Quod naſcitur partim ex diverſorum ſpirituum diverſis proprietatibus, partim ipſorum membrorum differentiis.

3. *Cauſæ doloris.*

Sed hactenus de ea parte corporis, quæ vere dolorem ſentit dictum ſit, quibus pauca præter ea quæ ſuperiùs ubiq; conſperſa ſunt, de cauſis doloris adjicimus: quarum cognitio veram ſedationis doloris methodum ſuppeditabit.

Cauſas diximus à dogmaticis referri ad qualitates elementorum quæ alterationem inducunt, & ad continui ſolutionem: Quod ad alterationem attinet, *Galenus* ex aſperi & levi tactu dolorem inferri ſcripſit qui ſymptoma eſt tactus, idque contendit contra *Archigenem*, qui alia doloris principia & cauſas ex *Hippocrate* ſtatuebat, acerbum videlicet, acidum, auſterum, mordax, dulce, ſalſum, amarum, & alia saporum nomina, quæ ſuis proprietatibus ſenſum tactus afficiunt, prout natura ſpiritus eorum, vel violentior vel moderatior exiſtit: quod videre eſt in ſaporibus linguæ admotis: quamvis enim tactum omnibus ſenſibus communem eſſe apud philoſophos, tum Peripateticos tum *Platonicos* in confeſſo ſit: neq; ullam actionem nec paſſionem ſine ipſo tactu fieri poſſe, affirment: ſapores tamen acres, acidos, auſteros, ſalſos linguæ dolores inferre etiam differentes ipſi non negabunt: quum id quotidiana experientia comprobet. Etenim ex re acri: ut à fumo oculi dolent, & lacrymas emittere coguntur, atque inde ophthalmiæ ple-

Digitized by Google

plerumque generantur: ex ſalſa à cerebro in tracheam arteriam aut fauces deſtillatione, doloribus etiam acerrimis illæ partes conflictantur. *Galenus* igitur immemor, quòd vel ipſe *Hippocrates*, febrium differentias, quæ tactu ipſo dignoſcuntur, mordaces, appellaſſet, acutas & ſalſuginoſas, injuſtè Archigenem accuſavit, quod dolorum differentias ſaporum nominibus manifeſtas reddiderit, eiſque nomina ex ſaporum differentiis deſumpta accommodarit.

Dogmatici. Diſcrepantes me herclè adeò ſunt inter dogmaticos de dolorum cauſis ſententiæ, ut illud quod in dolore ſentitur, hactenus incognitum illis fuiſſe ſcripſerit *Bentius*.

Conciliator enim ut & *ipſe Bentius* diſputabant num dolor ſit paſſio tactus ſenſuſve communis, an imaginativæ imperfectæ, ſenſui exteriori conjunctæ.

Doctus *Scaliger* aſſeverat dolorem non ſentiri neque voluptatem, ſed ſpeciem quæ dolorem parit. *Alii* autumant dolorem non eſſe ſenſum, ſed affectum ſeu paſſionem in appetitu ortam ex ſenſu. Cum enim ſentimus ſequitur in appetitu affectus & paſſio. Animal enim in ſentiendo laborat, ut ſcribitur *ſeptimo Ethic.* Sentire autem pati eſt, ut ſecundò. De anima opinatur *Averrhoes*.

Hermetici. In hac tam inconſtanti & fluctuoſa Oceano ad portum tranquillum, & tutum hermeticum me confero, atque cum illis conſtanter aſſevero dolores in univerſum omnes à ſpiritibus ſalium reſolutis proficiſci, in quibus ſaporum dona & proprietates adeſſe alibi diximus. Faciliùs enim intelligitur dolores quoſdam colicos ex acetoſiſſimis, acerbiſſimis & acutiſſimis ſalium tincturis per omnia penetrantibus proficiſci, quàm ſi ex frigiditate (quæ tanta in vivente vix eſſe poteſt, ut tam immanes dolores ciere poſſit) vel ex ſiccitate eos oriri dicamus. Notum eſt acida valde dentes & gingivas dolentes reddere: ſalſa verò & acria oculos, linguam, palatum, ut jam diximus. Similes igitur dolores in aliis quoque partibus fieri, ex ſimilibus cauſis non eſt dubitandum: quarum acrimonia & eroſione vera cauſa dolorum ex dogmaticorum ſententia excitatur: cum *Galenus* ſcripſerit multis in locis, nihil inferre dolorem poſſe, niſi idem ſolvere continuum valeat. At verò ſapores qui non ſunt extremi dolores non inferunt, etſi tactu ſentiantur, quales ſunt dulces nutritivi, miteſque potiùs quã corroſivi, aut ulcerantes.

Cæterum loca quæ intenſiſſimis doloribus afficiuntur, confluentiam habent cum ſalibus potiſſimis, ut orificium ventriculi, inteſtina, veſica, ipſique articuli, de quibus nunc agimus. Continent enim mucilagines, in quibus ſpiritus ſalium acutiſſimi & extremi ſæpè latent: tandemque poſt longam digeſtionem ſeparantur, atque efferveſcentias ſuas pariunt, ſicque dolores iſti arthritici prodeunt in juncturis: ſimileſque dolores in aliis partibus; ut hemicraniæ in capite, *orexes* in ventriculo, *dyſenteria* in inteſtinis *ardores urinæ* in veſica

inde efflореſcunt. At viſcera quia non habent magnam ſalium tincturam, magiſque de mercuriali & natura ſulphurea participant, tantis doloribus afficiuntur.

Qui verò *dolores* fiunt *ab iniuriis externis*, ut à contuſione, ſectione, uſtione, calfactione vel refrigeratione toto genere à prædictis differunt, quòd non fiant à tincturis, ſeu qualitatibus vitalibus in corpore exiſtentibus, ſed à qualitatibus externis & mortuis producantur.

4. Indicatio Anodyna.

Cognita verè dolorum cauſa cum partibus dolentibus ſimul intellectis, ut ſuprà demonſtratum eſt, *vera anodyna* doloremque ſedantes inveſtigari poterunt. Atque dolores ex ſalium acrium vel coagulatione, vel reſolutione aut efferveſcentia ſubortos, cum ſalibus, tanquam ſpecificis anodynis medicandos eſſe ediſcant qui hoc neſciunt, vel ſcire nolunt. Spiritus enim ſalis vitriolati exaltatus, acerrimus, acutiſſimus non ſolùm cum liquore aliquo anodyno, ſuæ acri qualitati contrario contemperabitur: imò etiam cum ſale vel oleo tartari acerrimo & acutiſſimo, ita ut ex illorũ mixtione, à quadã antipathia alter alterius acrimoniam ita abſumat contemperetque, ut ex his, vel per ſe exhibitis, vel cum pauco ſaccaro commixtis fiat medicina vel ſyrupus ſuavis guſtu, & valde gratus atque potabilis *ad febres omnes intermittentes*, *ictericias, cachexias, hydropes, ut ad roborанda, & ab obſtructionibus liberanda nutritioni famulantia viſcera*, *utiliſſimus*. Atque hæc ſunt à fundamentis medicinæ hermeticæ, veræque medicinæ *Hippocraticæ* deprompta: quæ qui luſcus aut luſcioſus videre & faber fabrilia tractans mentis oculis contemplari negligit, meretur ſanè ut in cæcitate ſua, & caliginoſa inſcitia relinquatur.

Dolorem ſedantia dogmatica.

Porrò omnia remedia, quæ dolorem dare poſſunt, ſecundùm doctrinam dogmaticorum (quos meritò ſemper præfero & honore proſequor) ſunt in triplici differentia. Alia enim ſunt paregorica: alia anodyna: alia narcotica.

1. Paregorica.

Paregorica ſunt ex eorum ſententia, quæ δυσκρασίας mutant quæque qualitate contraria cauſam morbificam oppugnant: ut quando ad intemperiem calidam applicant frigida aut refrigerandi vim habentis ad frigidam calida.

2. Anodyna.

Anodyna dicuntur ea quæ verè dolores ſedant: quibus reſolvendi tribuit facultatem Galenus: quæ tenui ſunt ſubſtantia, calida primo gradu, & ita contemperata, ut familiaritate elementorum, naturæ partium conſentiant: cujuſmodi ſunt butyrum, lac & pinguedines omnium animalium tam terreſtrium quàm aëreorum & aquatilium. Inter ani-

animalia terreſtria, *axungia taxi, vulpis, urſæ, felis, cuniculi, meliores* habentur. Sed his omnibus præfertur axungia humana. Inter aves pinguedo gallinæ & anatis primas tenent. Ex piſcibus præferunt *axungiam anguillæ*, cujus uſus proinde vulgatiſſimus eſt. Inter olea commendantur compoſita ſequentia, *oleum catellorum, lumbricorum*: Inter alia olea, *oleum viſci pomorum* ſimplex & compoſitum, quod alibi deſcriptum. Item olea chamæmeli, liliorum, florum, ſambuci, florum, verbaſci, amygdalarum dulcium, ſeminum papaveris albi; hæc præ aliis celebrantur. Inter ſemina ſunt ſemen lini fœnugræci, malvæ, bimalvæ, cotoneorum, pſillii, & eorum mucilagines, quæ in officinis elici ſolent. Inter farinas ſunt farinæ hordei & avenæ.

Supereſt ut addamus aliquid de tertio ordine, qui *narcoticorum* eſt. *Narcotica* vocant dogmatici, quod ſtupefaciant, ut opium, cicuta, mandragora: qualia exiſtimant eſſe ſummè frigida; & impropriè dicuntur à Græcis, ὑπνώδεα, ſeu ſomnum inducentia, quum pro ſomno veternum inducant atque ſtuporem, ut & ſummè frigida: verùm non quatenus talia, ut ſentiunt vulgò. Nam ita & ab aqua hoc fiat, nive aut glacie, quæ ſummè ſunt frigida: quòd earum rerum vapor aut halitus, ſeu fœtidus odor ad cerebrum pertingens, ejus actiones offuſcet, obruat, & in veternum præcipitet. Adde quòd ea ipſa calida potiùs ſint dicenda, quàm ſummè frigida, quòd, præter evaporandi vim quam habent, ſint oleaginoſa atque ſulphurea, ut patebit ea rectiùs intuenti: qui reperiet ex ſimilibus, papaveris, hyoſcyami oleum elici flagrans, flammamque concipiens.

Ex prædictis omnibus tam paregoricis, quam anodynis & narcoticis, parantur variæ formulæ remediorum, ad ſedandos dolores accommodatorum, ut ſunt olea, unguenta, linimenta, cataplaſmata, embrocationes, fomenta, & ſimilia, quæ partibus dolentibus applicata dolores ſedant, ut ajunt: aut quod qualitate prædita ſint contraria cauſæ morbi: quod paregoricorum proprium eſt: aut quòd offuſcent, & quaſi auferant ſenſus. Ejuſmodi ſunt narcotica: aut propter magnam ſimilitudinem atque familiaritatem cum partibus, quæ calorem contemperant: quod anodynorum eſt. Plura narcotica, tum Dogmatica, tum Hermetica videre licet *ſupra de Arthritide*.

* * *

Et ſic gratia Dei opus hoc medicum ad finem deductum eſt. Cui ſit laus, gloria & honor, cum filio ac Spiritu ſancto, in ſempiterna ſecula, Amen.

[redacted]

A01 1460916

Digitized by Google

Digitized by Google

IN QVERCETANVM REDIVIVVM.

Index rerum & verborum locupletiſſimus

ubi numerus primus tomum, ſecundus paginam denotat.

A.

AD abortum expellendum nitrum utile 2.556
Acerbi ſaporis qualitates 2.746
Aceta montana quid 2.360
Acetum acetoſam vitrioli qualitatem repræſentat 2.589
Acetorum varia diſcrepantia 2.686
Aceta quænam metallorũ diſſolutionibus utilia 2.687
Acetum tardiorem reddit ſuppurationem 2.893
Acetum vini albi à rubello longè diſcrepat 2.685
Acetum gummata calefacientia ſuccoſque venenatos corrigit 2.463
Aceti virtutes
 quibus nexium
 nervis & pectori inimicum 2.70
 varius in medicina uſus 2.71
 Deſtillatio ut fiat
 ut aciditate ſuâ ſpoliandum 1.130
Acetum inter omnia vegetabilia proximè ad vitrioli naturam accedit
 ſingulare remedium ad ictus ſerpentum
Acete terra reſperſa quare ſpumet
 facultates habet diſſolvendi attenuandi ac incidendi
 eius aciditas ad qualitates frigidas nõ eſt referenda
 aliis alia quare acriora 2.785
 eius aciditas unde 1.126. 2.787
 continet in ſe ſal armeniacum 2.763
 medicata 2.317
 ſcylliticum
 roſaceum 2.318
 ſimplicium uſus 2.319
 effectus refrigerantes unde
 oleum & ſal 2.787
 quâ ratione inflammationibus utile 2.763
 quâ ratione curet febres 2.763
 cum oleo mixtum in vulneribus ſclopetariis utiliſſimum 2.889
Achilles artis culinariæ peritiſſimus 2.75
Acida non omnia frigida 2.749
Acidi qualitates 2.746
Aciditatum mineralium excellentia 2.718
Aciditas rerum omnium fermentum 2.772. 1.204
Acida omnia ſudorifica 2.774
Aciditatum vegetabilium imperfectiones 2.717
Aciditates balſamicæ minerales nulli corruptioni obnoxiæ 2.118
Aciditas reperitur in omnibus rebus 1.204
Aciditas an cauſa fermentationis? 1.205
Aciditates ex mineralibus extractæ præſtant iis quæ ex vegetabilibus
Aciditatum maxima differentia 2.717
Acipenſer piſcis Gallis dicitur eſturgeo 2.55
Aconitum venenum maximum 3.40
Acria omnium maximè calida & ſicca tenuium ſunt partium 2.747
Actio quid? 1.6
 eſt triplex 1.6
Actio externa microcoſmi 1.43. 1.65
 interno-externa 1.40. 1.64
 hominis interna 1.130
 læſæ quid? 1.41. 1.146
 rerum naturalium externa 1.41
 rerum naturalium triplices 1.40
 interna 1.40
 læſiones pro varietate partium variæ 1.155
 unde omnes prodeant 1.175

Ada-

INDEX RERUM.

Adamas cur omnium lapidũ ſolidiſſimus & duriſſimus apud veteres quare in uſum medicum non venerit 2.732
ad diſſolutionem eiuſdem præter menſtruum requiritur etiam ſal ex ſanguine hircino extractum 2.729
Æginetæ primus inter Græcos uſus argento 2.637
Aeris neceſſitas 2.4
vocabulo eiuſdem in homine quid voluerit Hippocrates
refrigerandi novem modi 2.5
humidi & frigidi correctio 2.6
inquinatum & corruptum corrigentia 2.7
cum terra tanquam duo extrema per tertium utriuſq; medium aquam ſc. optumè coniunguntur 1.39
quid? 1.81
quale principium 1.35
diſpoſitionis conſideratio
quoad qualitates elementales
quoad hypoſtaticas 1.81
quoad ſpecificas
transmutatio unde? mutatio à cœlo 1.82
ratione ſolis 1.83
lunæ 1.84
ratione ſtellarum quarundam fixarum 1.84
ratione meteororum 1.87
ratione meteororum in illo genitorum 1.91
ob ſitum loci & exhalationum globi inferioris 1.91
à corruptione ſubſtantiali 1.92
corruptionis modus 1.92
in corpore humano manifeſtat motus totum microcoſmum maximè autem cavitates replet & pro diverſitate regionis in qua dominatur variat 1.144
& venti ut fiant morborum cauſa 1.158
ſalubrioris utilitas 1.187
quomodo ad conſervandam ſanitatem tractandus ibid.
ut vulneribus nocivus 2.880
Aerea quæ & qualia poſſint coagulari 2.605
Aeris ſpuma cum peplio in pilulas formata purgat aquas hydropicorum 2.557
Ære in emplaſtris & unguentis ſuis ad chirurgiam tantùm utuntur Medici diverſis modis præparatio 2.641
Ærugo cum melle trita & ſmyrnea potione bibenda data parturientes juvat 2.557
Affectus nonnulli per criſin in paralyſin deſinunt 3.184
Affectuum p. n. diſtinctio dogmaticorum 1.155
Affectiones animi quanam evellendi 2.ib.
Ex affectu in διάθεσιν quomodo fiant affectus in ἕξιν 1.168

Agarici vires & corrigentia 2.819
Agentia ἐμφυτῆ
κατ' ἐντελέχειαν 1.18
Αἱμωδία dentium unde 3.184
Alauda 2.45
Albedo non ſemper eſt bonitatis coctis 1.62
Alchymia quid? 2.217.2.567
ſeptem organis ad rerum perficiendas mutationes indiget
gradus 2.218
Alchymiſtæ de falſo num puniendi 2.573
Alexandri Magni vigilantia 2.107
Alexipharmacum præſtantiſſimum multis experimentis comprobatum 2.890
aliud paratu facilimum
proditioribus 2.897
Alimentorum hominibus uſualium ante inventum ciborum artificium genera varia 2.15
Alimenti & replementi diverſa conſiderandi ratio 2.141
Alimentoſa remedia ex carnibus 2.81
Alimenta animalium præcipuè verò hominis quâ ratione convertantur in ſuccum rubicundũ dulcē 2.494
temperamentis corporum alendorum diſſimilia ante præparationem omnia injucunda præparatione redduntur ſuavia
quò minus dulce, maturum ac dulce eò minus etiam calidum 2.747
purè talia quæ?
medicamentoſa 2.756
Aliquid ex alio fit dupliciter 2.612
Allium 2.26
Theriaca Vaſconia
proprietates magnæ 2.780
conglutinandi virtus mira
uſus quibus populis familiaris
utrum viſui obſit
odorē eius Leopardi & Panthera ferre nequeunt 2.781
adhibitum pro quovis vitando infortunio
coctione multum amittit nativæ acrimoniæ 2.782
Alces vera præparatio 2.376
uſus & vires
panchymagoga
ex eadem multi varia purgantia 2.379
melanagoga 2.380
corrigentia 2.818
Aloſa Gallis alouſe Vaſconibus colat piſcis moderatus ſit uſus 2.[illegible]
Alteratio in morbis quid?

remedia

remedia qualia? 1.204
Alvus quibus eſt citata, illis poſt cibum quieſcendum 2.141
Alumen Quære. ſalſugo terræ. 2.712
ex eo præparata. 2.713
Amara non omnia ſunt calida 2.749
Amaritudo rerum omnis digeſtione & coctione in MB. tollitur 2.516
dependet à ſale gemmæ
Amara habent virtutem detergentem ac evacuantem abſq; his excretio in corporibus ritè non expeditur 2.761
Ambitio
remedia
exempla punita 2.156
Ambra præparatio 2.482
Contra Ambuſta aq. ex cancris 2.900
medicamenta chymica 2.861
Ametria principiorum quid? 1.144
triplex
elementalis quid?
hypoſtatica
ſpecifica
eiuſdem ex anatomia mellis & ſacchari cognitio 1.145
Principiorum ſimplex
c. 146
partium ſolidarum elementaris
hypoſtatica 1.151
Ametritiana gregaria mulieris notabile conſtantiæ exemplum 2.208
Amphora pendens quis dictus? 1.192
Amoris Venerei fructus 2.163.164
baſis & origo aliarum affectionum 2.163
virtutem in vitium ut Circe homines in pecus, vertit 2.164
ex hoc quot & quanti morbi 2.164
quare depictus cæcus
qualis
exempla 2.166.2.167
vehementia eiuſdem inſignes hiſtoria 2.167
remedia tria
præcipuum alimentum luxus 2.171
Amuletum contra peſtem ex arſenico
primus huius inventor 2.727
contra epilepſiam 3.199
alia 3.127
Amygdala 2.34
Analepſia quid? 3.111
Analogia variæ hominis naturalis & ſupernaturalis 1.97.98
aſtrorum & meteororum errantium cum morbis microcoſmi 1.128
Anaxagoræ conſtantia & patientia audita filii morte 2.205
Anthoyas Gallorum qualis piſcis 2.57
optimos producit mare mediterraneum ib.
Angelus quid? 1.7
duplicis ſunt ſortis 1.159
Angina ſigna & remedium 2.718
Anguilla plus noxæ quam utilitatis in corpore parit 2.62
Anima quid? 2.515
definitio Ariſtotelica 1.12
humana à brutorum differentia 1.62
Per Animam mundi quid intelligendum 1.67
Anima mundi ſive ſpiritus univerſi animatus quo modo in hac inferiora agat 1.66
Anima humana à ſpiritu diſtinguitur 1.97
naturalis fundatur in natura 1.98
ut inſit cuilibet ſemini 1.55
Animalium capita 2.46
Animalia quædam hominibus maxime infeſta nō tantum ob nocendi promptitudinem verùm etiam ob [illegible] 2.189
Ex Animalium felle Medico Philoſophus elicit egregium purgans 1.213
In Animalibus omnibus tria principia hypoſtatica reperiuntur 2.819
Animalia longæva ad vitæ propagationem valentia 2.757
Animalia venenata plurima reperiuntur, qui proprio ſuo veneno vera ſunt antidoti 2.829
Animalia ſubterranea quomodo radicali natura balſamo tempore hybernō nutriantur 2.831
Animi paſſiones quatuor 2.150
Ad Animi affectiones remedium univerſale
particulare 2.170
Animi afflicti vera ſolatia 2.205
Animus corporis gubernator infinitas ſyderum proprietates in ſe naturaliter poſſidet 2.114
Annulus geſtatus alvum movit 2.220
Anodyna generalia ad dolores podagricos 3.219
quid? 3.266
Anſer 2.43
podagrica quali ſulphure debeant eſſe referta 3.261
encomium ibid.

 domeſti-

Digitized by Google

domeſticus ibid.
Antepilepticum Paracelſi 2.706
Anthraces unde 1.112.116
Antidotus diapipereon quibus affectibus utilis 2.72
Antidotorum & Electuariorum differentia 2.435
varia 2.436
cephalica maior 2.437
cephalica minor pro gregalis
thoracica maior 2.439
minor
cardiaca major
minor 2.440
ſtomachica maior
minor
hepatica maior 2.441
minor
ſpleneticamaior
minor
nephriticamaior 2.442
minor
hyſterica 2.443
maior contra peſtem
alia 2.444
minor contra peſtem 2.445
de granis maturis iuniperi 2.446
de margaritis Galeno perperam aſcribitur 2.618
Myrepſi è Zinzibere proprietates eiuſq; ingredientia 2.675
panchreſtos antimonii
virtutes
antimonii pantagogos
vires 2.684
ζωόφιλος 2.685
affectus quibus conducibilis 2.685
ſoterics antimonii quibus utilis
Lyſipyretos 2.687
antimonii theodotos
theopemptos
panaretes 2.688
polychreſtos
Iſocryſos 2.689
Lyſipones ſive anodynum diaphoreticum antimonii 2.690
ſymphona Galeni tuſſientibus & tabidis utilis 2.717
de ſulphure omnes à Myrepſo deſcripta ſunt pectorales 2.714
Antidoti Theodoreti deſcriptio & vires 3.134

Antigonus per morbum ſapere diſcit 2.190
Antimonii florum alborum miranda efficacia 2.399
encomia 2.565.678
in eiuſdem regulo mercurius conſpicitur
in eo continetur ſulphur ſolare, quod extrinſecam argenti faciem inaurare poteſt
ex eo ſeparatur ſal ad vomitum proiiciendum utile
ſal quomodo praeparandum ad movendam ſolummodò alvum
Antimonialis mercurii mira proprietas in amplexando prae caeteris metallis auro 2.566
Antimonii vera praeparationes à Fr. Baſilio Valentino traduntur 2.674
Antimonium quid? 2.675
veterum de eius qualitatibus opinio 2.673
fuſione in plumbum mutari falſum ib.
de eius facultatibus opiniones recentiorum 2.675
praeparata varia 2.676
alvo movenda adaptatum omnibus corruptis ac venenoſis humoribus electivè repurgandis maximè idoneum 2.677
virtutes
omnes morbos tollit
quinta eſſentia & magiſterium corpus mundificat à lepra contra veſaniam utile
magiſterium confortativum in caduco
oleum praeſervat ab omnibus amentiae ſpeciebus 2.678
vitrum
vera eiuſdem praeparatio non conſiſtit in vitrificatione
pro varia praeparatione effectus varii 2.679
vitrum poſt unam aut alteram macerationem virtute ſua non deſtituitur
non eſt, ut veteres voluere, aſtringentis qualitatis 2.680
tinctura 2.682
diaphoreticum ibid.
vires
panacaea
vires & doſis 2.683
ſt. diaphoretici 2.682
de ſtirpe eſt & genere vitrioli 2.737
Antimonialium ſpirituum admirandi effectus unde? 1.24
Ex Antimonio medicamentum anodynum 1.24
Antipodagrica remedia 3.259
ſpecifica chymica 3.260

Antiqui

Antiqui rebus metallicis fuere uſi 3.118
Antonii Pii Imperatoris mors caſeo Alphino accelerata 2.50
Antiquitus nulla peracta ſine ſaltatione ac choro Muſico ſacra 2.123
Anthraces & carbunculi pro uno eodemque malo minimè habendi 3.23.
Apoplexia etymon
definitio
de ea dogmaticorum opinio 3.168
Signa
fomes & mintra
& epilepſia juxta dogmaticos differentia 3.169
ſymptomatum cauſa 3.170
Apoplexia ut fiat 3.170
cauſa ejus formalis 3.169
In apoplexia obſtructionis cauſa particulares externa & interna
cauſa remotiores 3.171
Apoplexia theoria Hermetica 3.172
cauſa non conſiſtit in materia craſſitie 3.173
cauſa juxta Hermeticorum mentem 3.174
indicationes curativa & accommoda remedia 706.3.169
circa ejuſdem curam obſervationes
gradus tres 3.169
quando lethalis 3.172
in ea qua V.S. 3.172
veterum de V.S. ſententia
ſententia autoris 3.173
conducunt perfuſiones oxyrrhodina
ſigna mortis 3.172
In phlegmatica clyſter ſingulariter utilis 3.174
cura & ſigna 3.173
vomitorium
clyſter qualis requiratur 3.173
in hac ipſa an conveniat phlebotomia 3.174
potio purgans
intentiones particulares
roborantia 3.175
In apoplexia & epilepſia cauſa non ſunt eadem 3.177
Apophlegmatiſmus & maſticatorium quid? 2.412
duplices ibid.
Apozema digeſtivum in calculo 3.233
ſolutivum catholicum 2.287
Appetitus quibus excitetur juxta dogmaticos quibusve ſecundum Hermeticos 1.120.133
Circa appetitum quis ordo ac proceſſus ibid.
quid? 1.132
deſtructio juxta dogmaticos unde 3.206
juxta Hermeticos 1.133.
Appetitus in homine triplex
ſenſitivus
concupiſcendi ſex ſpecies
iraſcendi 2.155
Aqua piſcis Gallis dicitur Merlan 2.56
Circa Aquam fortem mira obſervatio 1.26
Aq. fortis, quòd metalla diſſolvat, id non acrimonia ejuſdem ſed ſpiritibus ſalis aſcribendum 1.27
ſtagnantes ut aerem inficiant 3.35
quale principium 1.37
veneno corrupta peſtem quandoque inducunt 3.38
In Aqua vita unde vis & acumen ib.
Aq. vita ex hydromelite 2.69
Aqua ſive mare correſpondet lieni & venis gaſtricis 1.62
Ad quid?
tria principia 1.92
quâ ratione dicatur paſſiva quâve activa 1.93
qualitates
uſus ejuſdem ad vita conſervationem maximè neceſſarius
Differentia quintuplex 2.92
pluvie duplices
nivales febricitantibus ac ictericis maximè nociva
fontana accuratè conſideranda in quam partem fluant
orientalis cæteris præſtat
optimarum nota
Fontana ad Septentrionem è petris ſtillantes aliis deteriores
ad Occidentem quales
quales ad Meridiem
Putealis
In Aquarum putealium & fluviatilium examine terrarum natura & loca unde ſcaturiunt, probè obſervanda 2.93
Fluvialis & ſtagnoſa qualis
fluviorum pingues omnes ex torrente arenoſo profluentibus habentur præſtantiores
bona certiſſima ſigna
ſtagnoſa ac paluſtres quieſcentes peſſima 2.94
Delectus
Vires
non alit ſed alimenti eſt vehiculum 2.95
vitali facultate non caret
an uſum habeat in medicamentis 2.96
Singulariter cardiaca contra peſtem 3.96

Digitized by Google

cur vitæ particeps

minus vitales poſſidet ſpiritus vino & aliis potibus & vinum aliorum potuum baſis 2.97

in quibusdam affectibus præferenda vino

cocta præſtantior cruda ejuſque præparatio

panata

ſaccharata 2.98

vita ex omnibus rebus alimentoſis poteſt elici 1.104

à fluxu ſuo impedita putreſcit 3.106

mente Iulio turbatur & floreſcit 1.157

theriacalis ſpecificum ad cachexiam præſtantiſſimum 3.212

ſtillatitiarum præparatio 2.240

ex extractis cardiacis elicita omnes præſentiſſimum ſunt tum præſervationis tum curationis peſtis remedium 2.503

ut conciliandus iisdem ſimplicium color & odor

extrahendi ratio per balneum vaporoſum

vita è vegetabilibus deſtillandi ratio

vita ex omnibus alimentoſis poteſt elici 2.240

vita ex roſis 2.241

ex tritico 2.242

ſimplicium alia calida, alia frigida, alia temperata ibidem

calida officinales

frigida officinales 2.243

temperata

cephalica ſ.

antapoplectica ſ.

antepileptica ſpecifica Rondeletii 3.124

antiparalityca ſ. 2.244

fraxini cum ſuo ſale ſpecificum ad ſurditatem non inveteratam remedium

ophthalmica ſ.

pectorales ſ.

papaveris rheades

ad pleuritidem ſingularis

Peti S ad aſthma ſingularis

Ad hydropem

Ad arthritidem

Ad grumos ſanguinis

cordiales ſ.

ſtomachales ſ.

Hepatica

ſplenetica

diuretica

mitigantes

conſtipantes

vulneraria ſ. 2.245

alexipharmaca 5

ſudorifera 5

hyſterica 5

anticolica 5

ad hydrophobiam

ad calculum

ad lumbricos

Antifebriles

Arthritica

Ad ambuſta 2.246.275

ſpermatis ranarum ad omnis generis phlegmonas utilis

artificioſè compoſita 2.246

imperialis communis 2.248

theriacalis cephalica, apoplexiæ paralyſi & epilepſiæ ſpecifica 2.252

antepileptica major Q. 2.253

antepileptica major nobilior 2.254

minor 2.255

ſpecierum examen 3.149

ad epilepſiam, apoplexiam & paralyſin 2.255

hirundinum antepileptica varia earundemque præparationes 2.256

picarum c.

ophthalmica 2.258

ex croco metallorum

ophthalmica cœrulea

aciem oculorum acuens cæcitatemque in ſenibus incipientem prohibens 2.259

ex urina pueri

alia inſignis 2.7.

ad hemoptoiſin

ad phthiſin & ulcera pulmonum præſtantiſſima 2.260

antipleuritica

mirabilis ad collapſas vires reſtaurandas, elixiri vitæ æquiparanda 2.261

caponis

ad cordis roborationem contra venena & Peſtilentes affectus 2.262

antipeſtilentialis præſervatoria & curatoria 2.263

theriac. mas. doſis eruendi modus 3.164

theriacalis communis

bezoartica ſudorifera 2.263

excellens præſervatoria 2.264

bezoartica 2.265

excellens euporiſta 2.266

antifebriles ibid. & 2.267

Digitized by Google

ad febres peſtilentiales & ardentiſſimos 2. 267
antinephritica varia 2. 267. 268
ad calculum comminuendum varia 2. 269
nephrocathartica preſervativa 2. 270
hyſterica 2. ibid.
præſtantiſſima è mineralibus ad dolores podagricos 3. 261
antipodagrica D. Michelii patricii Lucenſis 3. 260
antipodagrica ℞ omnium præſtantiſſima 3. 261
ilia 2. 704
contra colicam ventriculi, inteſtinorum à cruditatibus & flatibus subortam 2. 270
ſcorbutica & hydropica 2. 271
dyſenterica ſingularis non ſolum in communi verum etiam peſtilentiali cruento alvi fluxu, omnique hæmorrhagia ex quacunque parte prodeunte
hypnotica 2. 272
ad gonorrhæam fœtidam & virulentam, inveteratam etiam præſtantiſſima
ad ictus ſclopetariorum itemque ad ulcera & vulnera
balſamica excellentiſſima adverſus omnis generis apoſtemata, ulcera interna & externa, potiſſimum contra fiſtulas & ulcera phagædenica ac maligna
ad carbunculum & anthracem peſtilentem
ad vomicos, abſceſſus & apoſtemata 2. 273
antipodagrica varia 2. 274
è cancris extemporanea 2. 275
aromatum ad Syrupos concinnandos baſinque conſtituendam utiles
cinamomi cum vino & aqua roſarum 2. 276
caryophyllorum cum aqua communi ib.
purgans s. &c. 2. 277
& oleum ex omnibus herbis & floribus calefaciendi vi præditis ſimul & una elici poſſunt 2. 278
benedicta vomitiva & purgativa ſimul ib.
antepileptica ex magneſia dicta & cruſta panis reliquis omnibus antepilepticis aquis præferenda 2. 279
ſtillatitia ad eliciendam purgantium vim meliores ſunt decoctis 2. 288
roſarum ex infuſione roſarum depurata 2. 344
ligni ſancti poſt extractionem deſtillanda ſeparata ſingulare adverſus luem veneream remedium 2. 490
vitæ tartariſata omnium rerum purgantium generale poteſt eſſe menſtruum 2. 512. 517
ſalſa febricitanti exhibita mirus effectus 2. 530
cæleſtis Paracelſi 2. 680
frigida potus ſatis etiam copioſus in febribus ardentibus ſalutaris 2. 712
vitæ corallina ad epilepſiam & apoplexiam excellens 2. 731
vitæ ex margaritis ib.
vitriolata ac acida quibus affectibus utiles
ferrea proſunt morbis partes nutritioni dicatas occupantibus ut & matricis vitiis 2. 737
mineralium generatio 2. 738
ſicca Hermeticorum quid 2. 786
ſimplex omni ſale deſtituta nulla unquam frigiditate aceſcit 2. 785
cancrorum ad inflammationes ambuſta & carcinomata 2. 849
mellis ad gangrænam ſingularis 2. 850
ſtercoris bubuli hydropicos & ulcera cancroſa ſanat 2. 852
ex cancris contra ambuſta 2. 900
Spaenſes & ſimiles minerales quare urinas moveant 2: 724
Arabum natura 1. 190
de deſtillandi ratione opinio revellitur 2. 231
in curanda epilepſia methodus nititur ſex ſcopis 3. 143. 144
medicorum catalogus ibid.
Arbicoti qualis fructus 2. 29
Arbores longævæ ad conſervationem vitæ humanæ conferunt
multo abundant ſale & ſulphure 2. 738
quænam in corporibus humanis vermes generent 2. 757
Arcanum quodvis non ab exteriore cortice ſed ab interiore nucleo eruendum 2. 831
Arcubaliſtæ egregii Vaſcones 2. 127
omnium præſtantiſſimi quinam? 2. 128
Ardor ſtomachi 1. 196
Ardores urinæ unde? 1. 116. 212
Argentum quare humidius auro 2. 561
luna unde dicatur 2. 562
prædominatur in eo mercurius puriſſimus 2. 562
vivum dicendum æreum 2. 605
præparatio
propriè cerebrum ſpectat
tria principia 2. 637
Ariſtippi Cyrenæi ſobrietas 1. 190
elegans reſponſum militi datum ibid.
Ariſtotelici quod ſpiritibus tribuendum id toti ſubſtantiæ tribuunt 1. 20

Ariſto-

Ariſtoteles ſomnolentis oſor 2.107
minus operationes chymicos illi fuiſſe cognitas, excuſatur 2.231
Ariſtotelis axioma, à calore coagulata frigore diſſolvi & contra, non eſt abſoluta veritatis 2.577
Aromatum catalogus 2.771
Ars medica quid 1.1
Ars medica generalis duplex
medicatrix
ejus partes
quare dicatur ars bene medendi 1.4
Ars jaculatoria maximo in pretio antiquitus habita 2.128
Artis gymnaſticæ inventores 2.119
Ars falconaria quorum propriè exercitium 2.133
Ars diſtina natura ad uſum hominis reddit idonea 3.696
Ars parandi ſpiritus ſulphuris & mercurii philoſophorum ex vegetabili ad faciendum verum aurum potabile 2.589
Ars maximum præſtat naturæ adjumentum 2.723
Artium magna eſt varietas 3.141
Ars novi nihil producit ſed naturam adjuvat 1.21
in variis evacuandi generibus naturæ imitatrix 2.143
Artis veritas variat pro artificum ingenio, neutiquam vero ſcientia 2.231
Artis ſpagyricæ nobiles operationes 2.342
ſcriptores Arabici 2.571
Græci ibid.
Latini 2.572
Ars chymica ad auri præparationem quatuor inſtrumentis indiget 2.622
incipit ubi natura deſinit, ibid.
Artaxerxis vigilantia 2.100
Articoca ſive carduus non aculeatus 2.25
Articulatio quid? 3.242
Arſenici ſpiritus mirificè contaminati 1.25
amuletum è collo ſuſpenſum an valeat contra peſtem 3.74
præparatione chymica è lethali fit ſalutiferum 3.75
modus præparandi 2.725
uſus in quibusdam veterum antidotis 2.714
crudus uſus ad gangrænæ curationem noxius 2.923
prava qualitas in quo hæreat 2.724
præparata ex eo
butyri fixi magna vis ad venena & maligna ulcera aut aliud ſepticum ritè præparatum in chirurgia non eſt periculoſum 2.725
ſublimati dulcis vires
perfecta elaboratio unde cognoſcatur 2.726
fixum purgans excellens 2.727
Artificium, quod non perfecit natura, complet 2.611
Arthritis & calculus frequentius ſupervenit iis, qui hebate acriori ac fervidiori ſunt præditi 1.150
Arthriticorum dolorum ac tophorum vera cauſa 1.116 151.1 240
eſſentia 3.237
pars affecta 3.242
differentia ibid.
in ea per quas vias deſcendat defluxio 3.240
inter ejus cauſas refertur etiam jus hæreditarium
cauſæ hermeticæ
generationis modus juxta Galenum 3.241
ſecundum Hermeticos 3.242
jus hæreditarium quid 3.244
curatio dogmaticorum 3.246
prophylaxis hermeticorum 3.250
remedium ſpecificum 3.254
vera anodyna 3.258
Artulanus qualis avis 2.45
pro Arvis impinguandis præſtat præ cæteris fimus columbinus 2.523
Aſſyrii juvenibus & ſenibus præputium circumciſuri affectum apoplexiæ ſimilem quando iisdem inducunt 3.170
Aſtaci Gallis dicuntur Eſcreviſſes 2.29
ex iis remedia 2.59
Inter Aſtacum & cancrum fluviatilem aut marinum magnum diſcrimen 2.848
Aſparagorum uſu fœminæ ſterileſcunt 2.24
